à M. Charles Robert
hommage de l'auteur.

ΧΡΗΣΜΟΙ
ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΙ.

ORACULA
SIBYLLINA.

EXCUDEBAT AD. LAINÉ,

VIA DICTA DES SAINTS-PÈRES, 19.

ΧΡΗΣΜΟΙ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΙ.

ORACULA SIBYLLINA,

EDITIO ALTERA EX PRIORE AMPLIORE CONTRACTA,
INTEGRA TAMEN ET PASSIM AUCTA,
MULTISQUE LOCIS RETRACTATA,

CURANTE C. ALEXANDRE,
INSTITUT GALLICI,
IN EOQUE ACADEMIÆ INSCRIPTIONUM ET LITERARUM SOCIO.

PARISIIS,
APUD FIRMIN DIDOT FRATRES,
VIA JACOB, 56.
M DCCC LXIX.

PRÆFATIO

NOVÆ EDITIONIS.

Quum Sibyllinorum priorem editionem meam penitus exhaustam viderem, præter exemplaria nonnulla Excursuum, quos bibliopola copiosius excudendos curaverat, statui novam parare editionem e priore contractam, quæ plerisque lectorum, quo brevior, eo commodior; eruditis autem propter elaboratum magis textum et novam interpretationis recensionem nec ingrata esset nec inutilis. Hoc fuit hujus libri consilium. Quod si quis me roget, cur, qui olim tandiu istis immoratus sim vaticiniis, sero nunc, tanquam unum canere edoctus, ad idem redeam argumentum, dicam ad merendum bene de scientia suam cuique opellam sufficere; pauperi colono satis esse si parvum agrum probe colat. Addam, exiguum licet, hunc fundum proventu non carere, et habere, quas præcipue metere juvet, sacræ etiam doctrinæ fruges. Huc enim redit quod in Præfatione scripsi prioris editionis, ad pernoscendas christianæ religionis origines multum tribuendum esse apocryphis primorum temporum, inter apocrypha vero Sibyllinis. In quo me recte vidisse, argumento est, quod, ubi mea prodiit editio, multi docti et graves viri, neque in Gallia tantum, sed etiam ac multo magis in Germania, philologiæ domicilio, qui aliter nunquam fortasse de Sibyllinis cogitassent, animum ad hæc studia adverterunt : e quibus præcipui possunt temporum ordine recenseri, J.-H. Friedlieb, in Introductione ad suam horum carminum editionem græco-germanicam, Lips. 1852; Ricardus Volkmann, in utraque sua de Sibyllinis elucubratione, Stettin, 1854 et 1861; H. Ewald, in tractatu de Origine et tenore et pretio librorum Sibyll., Götting. 1858; Ed. Reuss, in epimenide religiosa doctrinæ reformatæ, Argentor., april. et mai 1861. Ii omnes, quum de tota re Sibyllina, tum præsertim de unius-

cujusque libri origine et ætate disseruerunt. Qui si mecum non usque consenserunt, adeo me non piget istius dissidii ut contra multum inde profecturas putem positas in medio quæstiones. Quum autem singulis contradicentibus respondere nec locus nec tempus sinat, omnibus me satisfacturum puto, si cum uno rem agam, qui et plenius hanc materiam tractavit, et sæpius, quod ægre fateor, a sententia mea discessit.

Ewaldus, vir in utraque philologia sacra profanaque clarissimus, idem in judicando sagacissimus, sed interdum properantior et, si fas dicere, confidentior (quanquam hoc illi præ ceteris hominibus condonari æquum censeam), dissertationem de Sibyllinis supra citatam ac sæpe infra memorandam, primum inter acta Societatis Regiæ Göttingensis insertam, deinde separatim publicandam curavit. In qua quum multa, immo pæne omnia reperiam a sensu meo remota, quid præ ceteris discutiendum aggrediar, non diu quæram, quia primus occurrit ætate et pretio liber tertius, de quo mihi maxime litem movit doctus adversarius. Ætate primum nuncupavi hunc librum, exceptis tamen duabus partibus, una scilicet, III, § 1, cunctorum eruditorum consensu a sequentibus recidenda, et, quantum quidem mihi videtur, media, § 3, serius interpolata, de qua præcipue lis agitur. Nam quod ipsam non cum duabus utrinque proximis, § 2 et 4, eodem ævo scriptam censuerim, vitio mihi vertit clarissimus vir. Nota me in his quæ dixi et quæ dicam, designandis singulorum librorum partibus sive sectionibus eos adhibere numeros, quos primus in editionem invexi meam, quosque video nunc a plurimis admitti.

Atenim, dicet aliquis, quantulum interest, hoc an illo modo libri istius tertii partes distribuantur? Quantulum, inquis? Immo multum. Quum enim, ut dixi, antiquissimus omnium hic sit liber in iis saltem partibus quas genuinas habet, ideoque ceteris libris condendis præfuerit, necesse est, quod re ipsa monstratur, complures ab ipso pendere alios, cum iisque partem haud exiguam Sibyllinæ compositionis.

Sed priusquam ad eam sectionem accedam quæ mihi cum viro docto litigiosa est, oportet recte statui ceterarum ætatem, quæ ab omnibus genuinæ censentur. Designat eam Sibyllista ipse duobus locis, ac primum § 2, v. 192, sq.:

Proles dum septima regnet
Ægypti regum qui Græca ab origine surgent;

iterum vero, § 4, v. 608, sqq. :

Quum novus Ægypti rex septimus arva tenebit,
Septimus a regno Græcorum, quod grave terris
Imponet quondam Macedum bello inclita virtus.

Tertium de ea re testimonium, prorsus cum istis unum sonans, quia ex controversa sectione sumendum, alibi discutietur. Nec multum refert septimus hic Ægypti rex Græcus uter sit intelligendus, Philometor, qui prior fuit regni compos, an ejus frater natu minor Evergetes II, vulgo Physcon appellari solitus : quia septimus uterque jure dici potest, sive regum seriem ordiatur Alexander Magnus, Græcæ in Ægypto dynastiæ conditor, sive numero excludatur. Præterea constat ambos fratres simul aliquandiu regnasse inter annos 170-164; sed unus antea Philometor, quo tempore Ægyptum Syrus rex Antiochus, infra non semel memorandus, occupavit. Quare plerique Philometora malunt hic agnoscere : cur alii diverse senserint, infra, ubi opus erit, disquiretur.

At expressior est apud Sibyllam temporis designatio, ubi, post alterum illum de septimo rege locum supra citatum, statim ita procedit, 811, sqq. :

Quum vero ex Asia rex ingruet iste, rapaci
Par aquilæ, qui totam equitum peditumque catervis
Obducet terram, franget qui cuncta ruetque,
Et regnum Ægypti prosternet, et omnia secum
Asportans, vastum discedet prædo per æquor.

An melius definiri poterat Antiochi Epiphanis Syriæ regis expeditio major, annorum 170-169, qua sub Philometore Ægyptum invasit, totam regionem, excepta Alexandria, regemque ipsum sui juris fecit, postremo victor discessit, exuvias auferens terræ per biennium a se possessæ direptæque? Expeditionem ejus indico majorem : nam secundam omitto dicere anni 168, quæ vix incepta Romanæ legationis adventu frustrata est, quæque a Nostro plane reticetur. Ipsa, quam retulimus, prædictio scriptam se docet Antiocho Ægyptum tenente, dum ab ipso vel obsidetur Alexandria vel imminentem quotidie obsidionem timet : paulo autem serius divulgatam necesse est, quum rex

idem circa finem anni 169, concessa ad tempus Alexandrini pace, discederet.

Quidni autem serius aliquanto, siquidem haud dubie post eventum? Quia ab istius expeditionis tempore mutanda omnia in Ægypto et in Judæa prædicuntur : in Ægypto nova omnino gentis fata, quin et vetus religio deserenda, hominesque ad judaïca sacra convertendi, 545, sqq.; 562, sqq.; 606, sqq.; 624, sqq.; 732, sqq.; 766, sqq. : in Judæa, amissa diu cum libertate felicitas electo populo restituenda, 573, sqq.; 702, sqq.; 766, sqq., oriturumque Messiæ regnum, 652, sqq. Quæ omnia post Antiochi expeditionem irrita manserunt : tandiu fortasse exspectanda, donec redituri sævissimi regis metus perseveravit, quo terrore præoccupatas aliquandiu fuisse hominum mentes vel ipse testatur Danielis prophetæ locus, cap. 11, v. 44, sq.; post illius vero tyranni mortem, quæ anno 164 consecuta est, ita demum eventu delusa falsique manifesta, ut facilius retineri a credulis oraculorum captatoribus, quam ab ullo, nisi prorsus deliro, pseudo-vate excogitari potuerint.

At hæc doctissimi Ewaldi mentem adeo non permoverunt, ut horum carminum originem, ob quasdam dicendas infra causas, etiam quadraginta annis prorogare minime dubitaverit, usque ad extremum pæne Physconis ævum, ad annum certe 124. Quid vero tum promissus Ægypto Judææque novus rerum status? quid mutanda Niligenarum sacra? quid paratus Abramidis triumphus? quid speratum Messiæ regnum? Et alia multa huic docti viri conjecturæ infra objicientur.

Constituta nunc partium tertii libri genuinarum ætate, dicendum cur ab ea removerim originem suspectæ partis, § 3, neque aliquot tantum annis, sed tribus fere sæculis, usque ad Cæsares et Antoninos : hæ meæ fuerunt rationes.

Primum a versu 295 usque ad finem sectionis § 3 agnoscere mihi visus sum argumenti tenorem omnino diversum a duabus utrinque partibus, § 2 et 4. Nam in his Romæ mentio bis tantum aut vix ter occurrit, apertissime quidem, 175, sqq.; 520, sqq.; obliquius paulo et obscurius, 638, sqq.; in summa versibus 39 ex 516. Mediam vero partem, § 3, animadverti continuo fere ad illam Romanam spectare materiam, nunc diserte expresso Romæ ipsius nomine vel Italiæ vel Italidarum vel Æneadarum

(confer 350, sqq.; 356, sqq.; 364; 412; 464, sqq.); nunc involuto magis, sed tamen haud dubio sensu, sicut locis suis ostendetur, 324, sqq.; 330, sqq.; 381, sqq.; in summa versibus fere 38 ex 194, id est, quinta fere carminis parte. Hæc mihi prima fuit dubitandi et suspicandi origo.

Deinde non eumdem de istis rebus agnovi sententiarum colorem. Nam in partibus § 2 et 4, Romæ mentio fit tanquam præpotentis sane, nondum tamen tanquam unius soliusque orbi terrarum imperantis. Immo superba illa gens vix aliter memoratur quam ob avaritiam (id sæpe Romanis per omnes Sibyllinos libros exprobratur) et ob rapinas intra Græciam perpetratas, bellis nempe Macedonicis et Achaïcis, quorum memoria recentissima erat, paucis, juxta nos, annis anterior. In media autem parte, § 3, nullis Græciæ aut Europæ limitibus circumscribitur illius civitatis potentia, sed « qua sol radiat totum regina per orbem » sine æmula dominatur, 385, sqq.

Juvat etiam considerare quam diversa pro diversis sectionibus Romana respublica fingatur. Nam in secunda parte libera adhuc et sui compos obsequitur unice senatui suo, 175, sqq. :

Post aliud regnum incipiet, gens vestibus alba,
Multiplici capite, etc.

In tertia autem parte quid aliud quam subdita dominis paret, dominos sibi impositos vicissim mutat, ac de imperio, tanquam de nuptiis, contendentes viduo excipit thalamo, 356, sqq. :

O mollis divesque Latinæ filia Romæ,
Deliciis auroque fluens, inhonesta virago,
Ebria mille procis nubes, ancillaque fies.

Hoc vero non sine interioribus turbis bellisque civilibus, ut aperte ibi dicitur, 464, sqq. :

Italia, haud tibi Mars externis ingruet armis,
Civilis sed te sanguis, nec debilis ille,
Obruet.

Quumque Sibylla de tremore quodam terræ in Phrygia sævituro dixisset, iste motus, inquit, 411, sqq.,

Arsuros toto præsagiet orbe tumultus,
Æneadasque, genus fratrum licet indigenarum,
Mutua venturos in prælia, propter amantes,

id est, propter viros ambitiosos, dominandi cupidos, quos paulo

ante procis assimilabat. Quis non his in versibus agnoscere sibi videatur Romani imperii vices, misere discerpti inter æmulos, præsertim post Neronis exitum? Quæ omnia minime Philometoris temporibus prædici aut etiam prævideri potuisse, recte quum sentiret Ewaldus, voluit saltem ad bella civilia referre quæ ante Cæsares exarserunt; atque hæc inter alias causa fuit cur nostrorum carminum origines ad ultima Physconis tempora promoveret, ut supra dictum, nempe ut cum Gracchanis seditionibus congruerent, e quibus, non tam per se gravibus quam facile compressis, viderit doctus vir quonam mirabili instinctu prænoscere potuerit vates noster Mariorum et Syllarum et Triumvirorum bella civilia. Nos quidem tantum sagacitatis tamque longe providam rerum politicarum scientiam, Polybio aliquo dignam, Sibyllistæ ægre concedimus.

Non vero sinistris tantum ominibus, sed acerbissimis adversus Romanos imprecationibus horret tertia pars, quales hæ sunt, quibus poeta damnatam urbem alloquitur, 329, sqq. :

Strata cadaveribus cernes tua tristia rura
Natorum, quos ira Dei, pestisve, famesve,
Bellave sustulerint atque implacabilis hostis,

et infra, 467, sqq. :

Tum calidos propter cineres prostrata jacebis,
Et tua præsago lacerabis corda dolore,
Non jam feta bonis, sed nutrix facta ferarum.

Utrum gratuitæ istæ sunt otiosi vatis imaginationes? an infensissimi Romanorum inimici crudelissima vota? Hæc vero neque concipi neque excogitari potuerunt Philometoris aut etiam Physconis temporibus, tum quum Romani Judæis innotuerant beneficiis magis quam injuriis.

Illius vero, quo Judæi postea exarserunt, implacabilis odii, causa non est arcana : oppressa gens, capta et deleta urbs, excisum templum. Hoc præsertim ultimo crimine incensæ fuerant hominum mentes, quod aperte videre est, 324, sqq. :

Occiduæ gentes,... vobis est pœna luenda
Omnibus, et dura pereundum lege, quod altam
Æterni sedem et magni penetralia regis
Ferratis graviter mandistis dentibus. Ergo
Strata cadaveribus, etc.

Hæc est perpetua apud Judæos Sibyllistas excisi templi comploratio, qualis legitur libro V, 397, sqq. ubi incensum Romæ memorans [sub Commodi principatu] Vestæ delubrum, refert illuc poeta patriæ ædis incendium, atque ita exclamat :

Exstinctæ tibi sunt aræ quas rite fovebas,
Tum quum præcipitem flammis superantibus ædem
Impuris iterum manibus procumbere vidi,
Ædem perpetuo florentem Numine, templum
A sanctis positum, quin et sine fine futurum
Ex animo quondam speratum et corpore toto.

Talia sunt libri V desideria, diligenter cum supradictis componenda. Invenietur enim liber iste V, cum hac nostra tertii libri parte, § 3, mire conveniens, non tam aliis de causis quam propter effusas in Romam imprecationes, quarum vel hoc unum exemplum sit, V, 161, sqq. :

Mortales inter tu pessima fata subibis,
Proque malis mala multa feres, longasque dolebis
Sola per ætates, deserta, colentibus orba,
Aversata solum proprium...
Væ tibi, væ semper terræ urbs impura Latinæ,
Mænas viperea, ad ripas viduata jacebis,
Et Tiberi fluvio tristis defleberis uxor...
Sola scelesta mane, rapidisque exercita flammis,
Tartareas habita sedes inamabilis Orci.

Quorum malorum causa ea ipsa quæ libro III affertur, ira nempe Dei electum sibi populum ædemque sacram ulciscentis adversus Babylona (sic Romam Noster paulo ante, V, 158, aliique passim Sibyllistæ vocant),

Et terram Italiæ, cujus cecidere sub armis
Sancti Hebræorum populi divinaque templa.

Porro per totum fere quintum librum invenias eadem erga Romanos odia easdemque ipsis intentatas proximi exitii minas, interdum iisdem prope verbis, ut V, 161, sqq. (cfr. III, 467, sqq.). Quibus nihil simile occurrit in tertii libri partibus § 2 vel § 4, et jure quidem, nondum exstantibus causis.

Hinc quod olim suspicabar, firmius nunc credo liberiusque affirmo, interpolatorem libri III eumdem esse cum libri V auctore : sed et addam cum auctore libri VIII, § 1. Nam qui hoc

postremum carmen cum libro V attentius comparaverit, agnoscet, quod etiam olim videram aut præsenseram, ejusdem Judæi Alexandrini manum utrique carmini appositam : tempus idem in utroque designatum, Antonini Pii seu trium imperatorum, V, 50, sqq.; VIII, 50, sqq.; eamdem de Hadriani morte, tanquam Romanis fatali, næniam, V, 49, sq.; VIII, 59, sqq.; easdem præsertim in Romam imprecationes, quas supra libro III, § 3 et libro V, legimus, acerbas æque aut etiam acerbiores legendas libro VIII, 62, sqq.; 73, sqq.; 93, sqq.; 125, sqq.; 131, sq.; 152, sq.; 165. Unum denique auctoris propositum tribus supra dictis carminibus commune videtur præesse, unusque præfigi scopus, ut Romæ proximus finis cum proximo rerum fine prædicatur, Antichristo accedente jamjamque adstante, hoc tantum discrimine inter libros V et VIII, § 1, quod liber quintus in mundi conflagrationem desinit, securus quid postea fiat; liber octavus, § 1, longius idem argumentum prosequi videtur, a mundi præsentis exitio ducens alterius mundi initium, quantum ex mutilo et truncato epilogi fine colligi potest, qua de re nos alibi.

Atenim poterant ista omnia de extremis imperii Romani mundique ipsius fatis prædici sine libri III interpolatione. Sane : neque id sibi invidit Noster in libris V et VIII, § 1. Sed quum primus ipse Judæorum accederet ad retractanda sive complenda Sibyllæ vaticinia (Alexandrina videlicet, sola tunc suorum manibus teri solita), voluit, quod fere omnes volunt falsarii, nova veteribus immixta mutuo se patrocinio tueri : vetera, in quibus manifesto nihil poterat ad recentiorum ætatum vices referri, opportunis additamentis et ad communes suo tempore sensus accommodatis lectorum avidæ fidei commendavit, ut quasi novæ Sibyllinorum editioni gratiam vulgi et inde (quidni enim?) quæstum pararet. Insuper minime ignorare poterat vir intelligens, prioribus Sibyllinis id maxime nec injuria objici posse, quod post Antiochi expeditionem ejusque belli causa multæ in iis prædicerentur rerum civilium sacrarumque in Ægypto et extra Ægyptum commutationes, quarum nulla, uti dictum est, ad effectum pervenisset. Huic objectioni responsum iri putavit Noster, si post ortas ex illa expeditione calamitates aliqua Ægypto quies et nonnullorum sive anno-

rum sive etiam sæculorum intervallum concederetur. Quod ipse faciendum curavit his versibus, III, 314, sqq. :

Et tibi magna aderit clades, Ægypte, tuasque
Inviset funesta domos, nil tale timentis;
Incumbetque tibi dispersio, morsque, famesque
Septima quum regum stirps venerit : inde quiesces.

Notanda maxime verba ista : « inde quiesces », quæ non temere neque leviter jacta esse monstrat ductus hinc manifesto vel palam huc respiciens libri V versus 457, de Cleopatra, velut quinta post Philometorem regnatura :

At genere in quinto postquam de clade quierit
Ægyptus...

Quænam enim illa clades, aut quo pertinet quietis post ipsam mentio? quemve libri quinti lectorem id intellecturum speravit Noster, nisi hæc scribens de interpolatione sua libri tertii ac de illo hemistichio, « inde quiesces », cogitabat?

Quæ si ad firmandam opinionem meam non abunde sufficerent, insuper monstrarem gentium urbiumque calamitates quas hæc tertia pars complectitur, consuetam licet Sibyllinis omnibus materiam, in hac tamen potissimum sectione observatu dignas esse, quippe ad notiora tempora, id est, ad Cæsarum media inter Augustum et Antoninos regna, pertinentes. Sed hæc commodius exponentur in notis sub voluminis finem rejiciendis.

Nunc præmissis quæ ad rerum intelligentiam necessaria erant, locum licet adire mihi et clarissimo Ewaldo maxime controversum, dignumque maxime controversia: non enim tertiæ modo hujus partis, aut ipsius libri III, sed etiam totius Sibyllinæ collectionis difficillimum obscurissimumque.

Initium sit a versibus 381, sqq., ubi prima nobis inter Macedonas et Romanos dirimenda lis occurrit. Nam quum paulo ante, poetico arbitrio, depinxisset vates imaginem aureæ cujusdam felicitatis in Asia Europaque perfruendæ (an potius in Judæa sola sub miti Persarum imperio?), sic pergit, 381, sqq. :

Ast Asiæ fatale Macedonia aspera vulnus
Inferet; Europæque dolor succrescet acerbus
Saturni de gente notha servisque creata.
Illa quidem validam muris Babylona domabit;

Et qua sol radiat, totum regina per orbem
Dicta, trahet miseram fatali clade ruinam,
Non ad multivagos legem extensura nepotes.

Horum secundum sequentesque versus Castalio Sibyllinorum editor alter primusque interpres fidenter ad Romanos retulit, adscripto ad marginem Romæ nomine, et recte : nam in tertio versu hemistichium istud « servisque creata », non potest aliter quam de Romuleo asylo capi. Itaque auctor libri XI, 199, sqq., quum hunc versum in suum carmen translatum de Alexandro et Macedonibus accipere vellet, ultima verba suppressit. Frustra laboravit Ewaldus (Dissert. pag. 12) ut illam servorum mentionem ad sensum qualemcumque traheret : omnes scilicet Alexandri successores ab auctore, Judæo homine, quia religione gentiles essent, ignobiles, illiberales, ideoque figurato sensu nothos et servos habitos esse : quam interpretationem, quia minime cum moribus illius ævi convenit, satis sit sine commentatione lectoribus proposuisse.

At triumphat Ewaldus in hoc versu :

Illa quidem validam muris Babylona domabit.

Nec attendit, Macedonicis quippe rebus unice præoccupatus, post Trajani victorias hunc captæ Babylonis titulum non minus de Roma quam de Macedonia verum esse; nobis igitur objici minime posse hunc versum. Immo recordari potuisset, si voluisset, vir doctus, in Sibyllinis, absurda sane, sed tum vulgata apud ineptam plebem jactatione, de Babylone jam sub Tiberio a Romanis subacta vanam percrebuisse famam, ad quam ter alludunt Sibyllistæ, hic et V, 23 et XII, 41, cujus erroris originem suo loco quæremus. Sequentes versus, nostri nempe loci tres ultimos, patet neutri magis favere opinioni, quum ad utramque gentem, suo vicissim tempore imperium amissuram, æque possint pertinere.

Nec quemquam offendere debet quod in hac ambarum gentium comparatione Macedonia minus spatii obtineat quam Roma, unum nempe versum pro quinque Romæ concessis : id enim alias quoque in Sibyllinis observatur, ut IV, 88 ; VII, 108; VIII, 8 : adeo populorum, sicut privatorum, eversis rebus, cito obsolescit memoria.

At Ewaldus totam hanc pericopen eo libentius de Macedo-

nibus accepit, quo facilius sequentia ad Syros suos, quorum maxime gaudet historiis, tanquam Macedonum heredes, transferret. Nam virum illum injustum et violentum, in Asiam ex improviso venientem, 388, sqq. :

Descendet subitus nec fando auditus in agros,

Felices agros Asiæ, etc.,

non dubitat Antiochum agnoscere Epiphanem, Roma ubi aliquandiu detentus obses fuerat, repente in sua regna redeuntem. Esto, si hæc adhucdum recentia canerentur, ut videlicet Philometoris temporibus, etsi ne tum quidem in Ægypto valde nota fuisse credibile est. Sin vero Physconis, ut vult Ewaldus, id est, quadraginta post annis, quis non miretur tam prolixam tamque solemnem fieri mentionem istius reditus jamdudum obliterati? quum omnes fere, nisi fallor, obliti essent an Epiphanes Romæ obses fuisset et quomodo ex illa custodia evasisset; præsertim quum de ejus in Ægypto et in Judæa rebus gestis, multo sane plus momenti apud Alexandrinos et Judæos habentibus, plane conticescat vates. Et quorsum illæ verborum ambages illæque figurarum tenebræ tanquam ad nomen dissimulandum hominis jamdudum mortui, neque in Syria, ubi ante multos annos regnaverat, quanto minus in Ægypto, alieno regno! ullam ob causam reticendi?

Statim vero transitur ad ejus principis mortem, radicem unam relinquentis, 396, sq., filium nempe Eupatora impuberem, evellendam mox, ut ait poeta, eorum ipsorum prole quorum prolem delere pater voluerat. Facile hoc ultimum de Demetrio Sotere capi potest, cognatæ stirpis exstinctore successoreque; neque ego aliter interpretari vellem, si cum Ewaldo Syriæ negotiis infixus hærerem. Sed mavult ipse de Judæis accipere, tanquam funesta Seleucidis gente. Soteris vero regnum e Sibyllina prophetia ac pæne e Syriacis historiis nescio quomodo eradit, legitimi licet Seleucidarum heredis. Pro eo Alexandrum Balam intrudit, Rhodium illum impostorem, aut si quis plus indulgeat, spurium anteaque ignotum Epiphanis filium, quem decem Syriæ regibus successorem dat, seu post decem cornua adventitium fingit cornu, hanc figuram a Daniele accipiens, cap. 7, v. 7, et recte quidem, nisi eadem cornua de decem Cæsaribus, sicut infra dicemus, recursura essent in Apocal.

cap. 17, v. 12, sqq. : quare nullum ex illa metaphora vel argumentum vel indicium sumi potest. Utique post Epiphanis mortem, bis a poeta incertum cur memoratam, statim, si docto viro fides, Bala inducitur hoc versu, 397 :

Atque novam plantam denis e cornibus edet,

iterumque hoc hemistichio, 400 :

Adnatum regnabit denique cornu.

Sed intermedius versus 399, corruptus, ut cuique patet, minimeque expediendus, interpreti miram suggerit imaginandi copiam. Nam quum versus iste, qualis mutilatus in manuscriptis legitur, ad literam ita sit ex græco in latinum transferendus : « Et ipse a filiis, quos... (sequuntur aliquot barbaræ voces) pessumdabitur », vult Ewaldus hoc versu significari Balam, « a filiis », id est, repugnante licet græcæ linguæ usu, ab adolescentibus quibusdam, sive ut ipse vertit, a juvenibus bellatoribus intrusum in Syriæ solium, bellatores istos reges esse docens pro Balæ causa fœderatos : intelligit vero, ut opinor, præter Philometorem præcipuum belli auctorem, Pergami et Cappadociæ reges, qui tamen Balæ non multum opis attulerunt, ambo utique nequaquam juvenibus assimilandi, ut nec ipse Philometor, qui tum saltem quadragenarius erat. Præterea non explanat interpres quomodo vel qua textus emendatione græcum verbum quod latine « pessumdabitur » sonat, in contrarium repente sensum vertatur. Sed ne sic quidem satisfit doctissimi viri conjecturis. Nam quum Balam post annos quinque solio excidisse certum sit; quumque interpretis multum referat, ob eas quæ supra dictæ sunt rationes, Sibyllina hæc vaticinia posterius edita censeri, neque ante tentatas a Gracchis seditiones annis 133-123, prorogat ipse spuriam Balæ stirpem, eamque, neglectis temporum intervallis, cum alterius impostoris Zebinæ non minus spuria stirpe conjungit atque continuat, ita nec sine labore perventurus ad annum 124, quem his carminibus assignat. Hæc omnia vereor ne cui ingeniosa magis quam speciosa videantur.

His tamen acquiescit vir clarus, quem fatemur vix aliter suis se expedire posse angustiis : ita falsam viam ingressis nusquam licet in vero consistere. At nobis qui Sibyllinos hosce libros sub imperatoribus Romanis et quidem sub Antoninis

scriptos credimus, longe diversa succurrit interpretatio. Ita enim constituimus hunc locum de Hadriano, Judææ gentis eversore supremo, 388, sq. :

Descendet subitus nec fando auditus in agros,
Felices agros Asiæ, spectandus amictu
Purpureo, vir iniquus, atrox, torrentior igne,
Fulmine prognatus. Feret hinc Asiatica durum
Terra jugum, multumque bibet madefacta cruorem.

Nota Asiam hic a poeta vocari præcipue quidem Judæam, sed et ceteras Asiæ partes a Judæis turbatas tunc atque commotas seditionibus, quas Hadrianus sævissime compressit.

Sed tamen hunc etiam fatalis demetet Orcus,

Selinunte nempe, anno 138,

Et quorum voluit prolem delere, per illos
Progenies cadet ipsa viri,

nempe per Judæos, in quo me juvat aliquatenus cum Ewaldo convenire. Ego vero Judæos intelligo decem Judæorum tribus ex oriente cum Antichristo redituras ad Romani imperii perniciem : quam exspectationem in vulgus olim dissitam testaretur, nisi omnibus nota esset, Sibyllinus liber II, 171, sqq. Confer, si vacat, Exc. nostr. VI, pag. 498, et Malvendam de Antichristo, et auctores ab eo citatos. Hæc, ipso sic volente sensu, post Hadrianum fient : at quomodo?

Quippe una manebit
Ex ipso radix, quam Mars homicida secabit
Atque novam sobolem denis e cornibus edet.

Unam quippe radicem relinquet ille Antoninorum, interituram Antichristi armis post decem cornua, id est, post decem principes a Vespasiano numeratos, sicut ipsos in Apocal., cap. 17, loc. cit., numerari videmus, haud dubie sic recensendos : tres Flavios, deinde Nervam, Trajanum, Hadrianum, Antoninum ejusque filios adoptivos (Aurelium et L. Verum), post illos denique decimum Antichristum, quasi adventitium successorem sive, ut apud nos infra canetur, « adnatum cornu ». Illam decem cornuum interpretationem non fortuitam neque temerariam esse monstrat, interpres ipse sui, sanctus Apostolus, loc. cit., eamque palam amplectitur divus Hippolytus de Antichristo, § 52, sic latine vertendus : « Postquam igitur acie vicerit

« [Antichristus] tria ex decem cornua, eaque radicitus exci-
« derit... » Sint igitur nobis cum Hippolyto decem illi Cæsares, hi vero tres Antonini, atque ita hoc versu :

Purpureæ prolis ferietur Martius auctor,

Antoninus ipse Pius designabitur, pacificis licet quam bellicis notior artibus (sed cum poeticis epithetis minime est calumniandum, et ipse juvenis bello quoque inclaruerat). Occidet autem per suos, ut Sibylla prædicit, adoptivos filios :

Perque suos, sua quos in regna vocarit, alumnos
Occidet : adnatum regnabit denique cornu.

Ne indigneris, neque Antoninorum causa reclames, de quibus ante eventum potuit vates omnia quæ voluit, imaginari : voluit autem dira atque enormia propter insitum adversus Hadriani stirpem odium; nec sane pejora quam quæ prædicturus est Sibyllista sive alius seu potius idem libro mox secuturo, V, 220, sqq., Antichristi de Antoninis referens victoriam :

Ac primum, triplex caput ab radicibus imis
Falce metens, aliis hanc porriget impius escam,
Ut carnes horrenda vorent alimenta paternas
Impuri reges.

Vides illos reges sive imperatores invicem se non occidentes modo, sed comedentes, patrem ipsum a liberis discerptum ac devoratum. Horrescis tu, nec secus ego. Scio tamen quousque furoris impelli possint in comminiscendis adversus inimicos criminationibus hominum fanaticorum mentes, civilibus simul et religiosis odiis incitatæ. Minusque ad hæc obstupesco, quum eadem fere vel similia, certe vix minus horrenda, de eodem argumento deque iisdem Antoninis prædicta lego apud auctorem Judæo-Christianum ejusdem cum nostris Sibyllistis ævi, pseudo-Esdram, lib. IV, cap. 12, v. 21, sqq. : « Et quo-
« niam vidisti tria capita [Romæ videlicet sub bestiæ cujusdam
« imagine descriptæ] quiescentia, hæc est interpretatio. In no-
« vissimis ejus suscitabit Altissimus tria regna [seu tres potius
« regnatores]... Ipsi vocati sunt capita aquilæ... Et quoniam
« vidisti caput majus non apparens, hæc est interpretatio ejus.
« Quoniam unus ex eis super lectum suum morietur [Antoninus],
« et tamen cum tormentis. Nam duo qui perseveraverint, gla-
« dius eos comedet. Unius enim gladius comedet qui cum eo

« [id est, alterum interficiet]; sed tamen hic [alter] gladio in « novissimis cadet. »

Hæc ego pleraque, hunc vero maxime pseudo-Esdræ locum, et illud supra divi Hippolyti testimonium olim exposueram, quum in prioris editionis meæ Exc. V, tum in curis posterioribus ad quintum librum : quæ si legisset doctissimus Ewaldus, forsan hac Præfatione opus mihi non fuisset. Sed existimat, uti reor, vir occupatissimus alienas lucubrationes nimium sibi temporis detrahere : unde solemnis ei consuetudo, ut quæ rationibus evincere longum censeat, fastidiis eludat, sicut Dissert. pag. 10, not. 1 : « Nihil est itaque quod immoremur tam leviter jactis opinionibus et conjecturis. » Item, pag. 14, not. 1 : « Ratio ipsa qua C. Alexandre decem hic Romanos Cæsares cum Hadriano vult invenire, nullo modo stare potest. » Item, pag. 19, not. 1 : Nemo potest Caroli Alexandre sententiæ in hoc acquiescere. » Item, pag. 21, not. 3, sub finem : « Et Caroli Alex. opinio de totius loci sensu tam parum defendi potest ut mihi vix longiore mentione digna videatur. » Item, pag. 26, not. 1 : « Argumenta quæ huc afferenda censuerunt C. Alex. et Friedlieb vix merentur, modo verus orationis tenor capiatur, ullam controversiam. » Et pag. 31, not. 2 : « Dubitat quidem [de Prooemii origine] C. Alexandre : ejus vero rationes minime defendi et facile confutari possunt. » Item, pag. 40, not. 3 : « Equidem post superiores elucidationes supervacuum duco Caroli Alex. opinionem amplius discutere. » Item, pag. 52, not. 2 : « Rationes quibus nititur Car. Alex. adeo sunt infirmæ, ut postquam meliores innotuerunt, vix sint diligentius refellendæ. » Num hæc, oro, argumenta sunt? Et an hoc est serio ad veritatem quærendam accedere? Nam etsi docet vir summus horas se integras Sibyllinis curis impendisse (Dissert. pag. 6), ego aliquid etiam in his studiis profecisse mihi videor, qui non *stundenlang*, sed *jahrenlang*, magnam ævi mei partem istis difficultatibus enucleandis insumpsi. Neque hæc contentionis causa refero, sed desiderii, quia nihil mihi optatius esset quam graviter de rebus gravibus disceptare cum viro gravi, quæstiones controversas bona fide in utramque partem librante, et adversantibus aliud opponente ac suæ sententiæ arbitrium.

Sed animadverto longius multo quam statueram quamque

fortasse oportebat, abstractum esse me studio defendendæ bonæ causæ. Quod si in ceteris quoque Sibyllinis libris tantumdem mihi indulgeam, nihil causæ sit quin Præfatio molem voluminis excedat. Id ut caveam, malo hic facere disserendi finem; de reliquis vero quærentem remittere quum ad Excursus prioris meæ editionis, tum, si cui otium non suppetat, ad Introductionem statim in hoc volumine secuturam notasque textui subjiciendas, vel si minus etiam vacet, ad brevia, quæ singulis libris præmittentur, Argumenta.

INTRODUCTIO AD SIBYLLINA

SEU

DE SIBYLLINORUM NUNC EXSTANTIUM CARMINUM ORIGINIBUS, FATIS, COLLECTIONIBUS, MANUSCRIPTIS, EDITIONIBUS.

I. Origo Sibyllinorum nostrorum.

Fuit tempus quum Sibyllarum gentilium, de quibus olim exspatiatus sum in Excursibus meis I, II et III, fama longe lateque diffusa cum ipsarum carminibus, hodie per fragmenta tantum ibidem a me collecta superstitibus, Judæo cuidam græce perito in animum induxit tam celebres tamque florentes profani vulgi fide prædictiones similibus oraculis æmulari, quibus Judaïcæ gentis fata in præterito celebraret, in futurum vaticinaretur. Hæc prima fuit librorum nostrorum origo. Quorum antiquissimas diuque solas duas fuisse partes genuinas libri III, § 2 et 4, olim in Excursibus IV, V, et modo in hujus voluminis Præfatione, certissimis argumentis demonstravi; easque partes a Judæo Alexandrino esse scriptas regnante Ptolemæo Philometore, tum quum Antiochus Epiphanes, Syriæ rex, Ægyptum invasit miserrimeque vastavit. Quo tempore tanta fuit in illa regione rerum et animorum perturbatio, ut Judæi, ex quibus fere tertia pars constabat Alexandrinæ plebis, actum esse sibi fingerent de Ptolemæorum stirpe, de Ægyptiaco regno, deque ipsis Ægyptiorum sacris (testimonia conferantur ibidem a me prolata) : nullum igitur unquam Judæis aptius fuit tempus ad somniandam et in proximo sperandam gentis suæ renovationem cum promissa sub Messiæ regno felicitate. Quibus somniis tam plenæ sunt illæ, quas diximus, tertii libri partes, quarta vero præsertim, ut poeta non aliud sibi argumentum proposuisse videatur. Porro spes illæ, tum potissimum conceptæ, tandiuque

probabiles, quandiu vel in Ægypto consedit Antiochus, vel proxime rediturus magno hominum terrore exspectabatur (iterum confer citatos ibi locos), exstincto post quadriennium illo rege, non, quod quis putaret, evanuerunt : sed, ut nihil tenacius est quam boni futuri exspectatio, nihil obcæcatius quam erga res arcanas simul et gratas fiducia, perstitit delusarum licet prædictionum auctoritas; confirmatisque Ægypti rebus, stante Ptolemæorum dynastia, restitutis veterum deorum sacris, dilatis igitur in longum vel incertum tempus quæ in proximo sperata fuerant, non desierunt Judæi istis pasci deliriis; adeoque non in contemptum abierunt oracula nostra ut contra vulgi fiducia crescerent, ac denique cum ipsis gentilium Erythræis confunderentur, nec famam modo eorum, sed et nomen ipsum ad se traherent contra ipsius Sibyllæ testimonium, quæ se Babyloniam seu Chaldæam professa erat, repudiato Erythrææ cognomine his versibus, III, 868, sqq. :

Hæc sunt quæ moneo, Assyria Babylone profecta,
. . . .
Et tamen, ut fictæ mentitam nomina gentis,
Ex Erythris natam me Græcia dicet, etc.

II. Carminum nostrorum christianismo nascente conditio.

Nihil videtur de Sibyllinorum nostrorum conditione mutatum per duo fere sæcula ; ac primævi Christiani, plerique ex judaïsmo orti, Alexandrini præcipue, quam apud suos repererant oraculorum istorum fidem, integram servaverunt. Iis tamen postremis temporibus magnæ rerum judaïcarum vices animos illius gentis commovere debuerant, compressa nempe Romanorum armis reliqua Judææ libertas, capta urbs, eversum templum : quibus omnibus excitæ mentes mire ad concipiendos poeticos affectus paratæ erant.

III. De Sibyllino libro IV.

Ecce autem primo Titi regnantis anno, post Chr. 79, nuntius affertur Vesevum montem in Italia arsisse, inaudito hactenus prodigio, multasque circum se urbes magnas et civibus frequentes absumpsisse, tanquam præludium et initium universæ conflagrationis a prophetis ipsisque Sibyllis prædictæ. Hinc

velut olim antiquiore illa Ægyptia, sic nunc nova Italica clade percussis mentibus, erupit quasi subito œstro Alexandrini cujusdam Judæi haud illiterata mens in novum carmen, qui nunc quartus Sibyllinorum liber habetur.

De hujus carminis ætate ambigi nefas; ita se tempusque suum ultro designat, 130, sqq. :

> Sed quum, diffractis Itala tellure cavernis,
> Manibus ex imis ad cælum flamma feretur,
> . . .
> Tunc homines noscant præsentem Numinis iram,

statimque causa additur :

> Et merito, quoniam genus occidere piorum.

Ita Vesevi montis incendium exhibetur non modo tanquam recens et horribilis clades, sed etiam velut prima scintilla exardescentis iræ divinæ in Judææ gentis ultionem : opportune quidem sub Tito gentis eversore; nec minus opportune inter illa quæ modo canebantur de Nerone fugitivo, 117, sqq. et hæc quæ statim addentur de ejusdem propinquo reditu in orbis Romani perniciem, 137, sqq.

Habet enim hic liber supra ceteros hoc insigne, quod primus traditionem continet de Antichristo Nerone paulo ante vulgari cœptam, sub illis vero temporibus ita diffusam ut omnes pæne Sibyllinos impleat libros. Multa ego quondam de hoc argumento in Excursu meo VI, cap. 16, quorum præcipua etiam in meis ad hunc locum notis exponentur. Ibi docebo unde hæc traditio orta sit, et quomodo simul in Christianos, simul in Judæos propagata, odio Neronis apud utrosque, illos ob inceptas persecutiones, hos ob memoriam Judaïci belli, cujus primus auctor fuerat.

Sed oritur quæstio ad utros pertinere censeatur noster poeta. Ad utrosque profecto, siquidem Judæo-Christianus; tamen ad Christianos potius. Quidquid enim de ejus viri religione disputatum sit ab hominibus gravissimis, ab uno præsertim conjectandi sagacissimo, nisi singularia magis captante quam simplicia et cuivis obvia, nunquam mihi poterit aliter quam de Christiano lavacro, et quidem de plena immersione sola inter primævos Christicolas usitata, versus hic intelligi, 165 :

> Tum corpus fluvio totum mersate perenni.

Quare istos etiam versus statim ab exordio carminis hujus legendos, 24, sqq. :

Felices illi vivent terrestribus oris,
Æternum laudare Deum, qui rite solebunt
Ante cibum et potum...,
Omnia qui visu templa avertentur...,
. . . . nec lucra parabunt
Turpibus accumulata modis...

istos, inquam, versus pariter de Christianis accipi necesse est, non, ut quidam voluere, de Judæis : quorum nec tanta in precando « ante cibum et potum » assiduitas; nec ab aspectu templorum forte obviorum tam aversi vultus; nec tanta lucri abstinentia vel priscis illis temporibus, ne de nostris loquamur, fingi potuit. Immo satis aperte respicit vates ad persequentium probra in Christianos congesta, 37, sqq. :

Quin homines sanctos risu probrisque lacessent,
Crimina nil meritis, quin et sua crimina pravi
Affingent, fuerint ipsi quæ turpiter ausi.

Credas audire te apologetarum querelas toties repetitas, de falsis impiorum adversus pios criminationibus. Quod si a morum præceptis aut exemplis animum convertere velis ad theologicam hujus libri doctrinam, relegas suadebo vel unum epilogum, 178, sqq., ubi de hominum futuro post judicium statu tam recti tamque orthodoxi proferuntur sensus ut Clemens Romanus, vel quicumque fuit Constitutionum Apostolicarum secundo sæculo scriptor, non dubitaverit transcriptos inde versus duodecim integros fidelibus tanquam credendi normam proponere.

Hujus ergo libri IV auctorem vel ex ipso carminis contextu Christianum tuto possumus asserere, ante finem primi sæculi sub Tito imperatore viventem, ideoque supparem apostolicis temporibus, immo parte aliqua Novi Testamenti, quarto certe evangelio, anteriorem. Quantum huic operi pretium, si vera sunt quæ dixi, tribui oportet! Neque omittam addere, ut non fortasse præ omnibus apocryphis, ita certe præ Sibyllinis omnibus christianis primum huic carmini antiquitatis deberi locum. Quod videtur firmare qui primus e Nostris ad illud prophetandi genus se accinxit, tum quum in ipso libri sui exordio

proprium Sibyllæ nomen primæ inscribit paginæ, nomen haud sæpius quam bis in toto Sibyllino corpore reperiendum, III, 814, et IV, 22, in tertio scilicet libro, judaïcorum, et in hoc quarto, christianorum antiquissimo.

Sed plura infra de hoc libro deque ejus auctore disserenda succurrent.

IV. De Procemio Sibyllino.

Apertam semel viam pseudo-Sibyllinæ vaticinationis sive alii seu forte idem longius persecuti sunt : quorum ex ingenio prognatum est carmen illud quod vulgo Procemium Sibyllinum inscribitur, ita dictum non alio jure quam quod Theophilus et Lactantius primos ejus versus tanquam ex principio Sibyllæ seu Græcæ sive Erythrææ afferunt. Frustra autem in mstis, ideoque in primoribus edd., hoc carmen quæras, e quibus quomodo fuerit vel quam ob causam deletum, infra disputandi locus erit : nunc tempus est ipsum penitus inspicere.

Scriptum est fere unice adversus insaniam gentilium, quos vanitatis arguere et ad veri Dei cultum revocare conatur. Ætas carminis remotissima primisque secundi sæculi initiis suppar, nisi etiam anterior, demonstratur antiquissimorum Patrum, Justini præsertim, testimoniis sub medium ejus sæculi scriptis. Alexandrinum ab omnibus doctis agnoscitur, quod ea pæne Sibyllistis omnibus communis patria sive sedes fuerit, et quod adversus Ægyptiacas religiones potissimum invehatur, 30, sqq. Sed de auctoris religione, licet plurimi christianam consentiant, fuerunt qui dubitarent : quos inter præcipuus, nisi ævo primus, habendus est Bleekius, vir eruditionis sagacissimæ, de Sibyllina literatura bene meritus eximia lucubratione inter theologicas disputationes a Schleiermachero collectas, Berolin. 1819. Qui mihi non satis videtur attendisse ad doctrinam aperte christianam in hujus carminis prologo et epilogo expositam : in prologo quidem de Deo Patre et Spiritu sancto, quamvis a Filii persona non satis ibi distincto (sed hoc vitium fuit apud primævos Christianos, præsertim judaïzantes, minime rarum); in epilogo autem de statu hominum post judicium futuro, qui ibi prorsus ad catholicum sensum exhibetur. De his plura nos reservamus in annotationes post textum Sibyllinum sub volu-

minis finem addendas. Quæ tamen, ut mere theologica, Bleekius non videtur multum curasse, magis permotus his versibus, 19, sqq. :

Præmia sed mentis perversæ digna feretis,
Æterno quoniam veroque auctore relicto,
Cui decuit laudes et sanctas ferre hecatombas,
Manibus infernis fecistis sacra, etc.

Unde colligit vir doctus non posse Christianum haberi scriptorem qui cruenta commendet sacrificia. Ad hoc tamen vel id unum satis responsum sit, his versibus non commendari cruenta sacra, sed queri tantummodo poetam quod falsis numinibus, non vero Deo offerantur. Addi potest primis illis Ecclesiæ temporibus Christianos, judaïzantes plerosque aut ex Judæis ortos, non eodem quo nos odio sacra illa, diu suis præscripta patribus, aversatos fuisse : sed hoc quoque in notas reservandum.

V. De libri octavi parte secunda.

Sequitur vel proxime accedit temporum ordine pars libri octavi, § 2. Quæ quidem christiana certe non ambigetur, ipsum Christi nomen jam ab initio carminis in acrostichide profitens, deinde vero de Christi rebus tota pæne conscripta. Nec de antiquitate dubitandum, quia Justinus hanc manifesto in mente habuit, Cohort. ad Gr. § 37, ubi græce ita loquitur : « Facile vobis erit justæ religionis doctrinam ab antiqua discere Sibylla, » et paulo infra, § 38 : « Credite veteri et valde antiquæ Sibyllæ cujus libros contingit in orbe terrarum universo servari [aperte nostram cum antiquiore confundit vir sanctus], non modo de diis sic vulgo dictis, tanquam falsis planeque vanis, fatidico vos instinctu docenti, sed etiam de servatoris nostri Jesu Christi futuro adventu ac de omnibus ab ipso patrandis clare et aperte vaticinanti. » Quod Justini testimonium ad nullum alium quam octavum hunc librum referri posse manifestum est, quia nullus alius, præter secundum multo recentiorem, de vita et gestis Christi tam diserta quam Justinus ait tamque explicita profitetur. De celeberrima, qua hic liber incipit, acrostichide, nihil nunc dicendum, quia pars hæc argumenti fusius in notis tractabitur.

VI. De tribus proxime recognitis carminibus.

Habemus itaque tria Sibyllina carmina christiana, primævæ Ecclesiæ tribuenda, proximoque tempore scripta inter ultimos annos primi sæculi et secundi primos, ut facile potuerint ab eodem auctore condi. Utrum revera ab eodem scripta sint, tuto neque asseri neque negari potest. Vix tamen credas brevi spatio dimidii minusve sæculi, grandem Alexandriæ proventum exstitisse poetarum seu Judæorum sive judaïzantium, intra vel extra christianos ordines. Præstat igitur conjicere tres hosce libros, sententiarum et dictionis colore simillimos, vel ex uno cerebro vel saltem ex una quasi schola prodiisse. Scholam istam non aliam invenimus quam Therapeutarum, qui e Judæis profecti ac Judæorum nomen retinentes, non multo ante Christi tempora, sectam quamdam seu potius novam vitæ disciplinam monasticæ similem haud procul Alexandria circa paludem Mareoticam condiderant. Scripsit de iis Philo librum de Vita Ascetica, in quo non videtur, quidquid Eusebius Photiusve de ea re senserint, Christianos indigitasse Judæus auctor. Tempora enim obstant, quum hæc Philo scripserit sub Caio vel Claudio Cæsare, ad summum, si tamdiu vixit, sub Nerone, neque ipse de Therapeutis Ascetisve suis tanquam recens admodum ortis loquatur. Ceterum quum post Philonem, id est, paulo post æram nostram, Therapeutarum nomen prorsus ex historiis evanuerit, credibile est, allata in Ægyptum evangelii luce, Ascetas illos, quo minus a christiana morum disciplina aberant, eo facilius ad nostra sacra fuisse conversos, id innuente Eusebio, quum ait Alexandriæ vulgo vocitatos ipsos fuisse divi Marci discipulos. Mutata vero religione mutatoque nomine aliquid e pristinis moribus apud eos remansisse, facile quivis concedat. Atque huc redit quod de poeticis eorum studiis tradit Philo, loc. cit. : « Non solum contemplantur, inquit, sed etiam cantica hymnosque in Dei laudem componunt vario metrorum carminumque genere. » Etiam quanto in honore fuerit ipsis ars illa, inde colligas, quod in quibusdam dierum festorum sodalitiis, teste semper eodem Philone, ibid., is qui convivio præfuerat, « assurgens hymnum in laudem Dei primus canit, aut recens a se compositum aut desumptum ex aliquo vatum vete-

rum. » Ut ergo libros nostros therapeuticæ scholæ tribuamus, sufficit unum ex istis poetis sectæ suæ superfuisse. Conveniunt austeræ illi et quasi monasticæ Therapeutarum vitæ etiam ea quæ supra sunt a nobis ex libro IV allata, de piorum virorum precibus matutinis vespertinisque « ante cibum et potum. » Convenit etiam quod, sicut alias dictum est, Procemio Sibyllino cum libro VIII, § 2, commune quiddam aut persimile docti interpretes agnoverunt, illum nempe philosophicum et quasi metaphysicum colorem orationis utrique carmini inspersum, ut in Proœmio syllogismi mere dialectici speciem, 39, sqq., et libro VIII digressiones de homine, tanquam viva Dei imagine, 378, sq.; 402, sq.; de substantia a Deo Patre accepta, forma autem a Filio, VIII, ibid. et passim : quo etiam pertinent crebra nimis libro eodem recurrentia imaginis et formæ et semel ideæ vocabula : quæ omnia nimis docta viderentur, nisi constaret talibus studiis innutritas fuisse Therapeutarum mentes : « Dant operam, inquit, philosophiæ per manus acceptæ a majoribus, scrutando ejus allegorias. » Nota hanc præsertim ultimam vocem, cui bis et ter insistit Philo, laudans præcipue in illis hominibus allegoriarum studium, nec mirum, summus ipse talium figurarum admirator et pro sua parte sectator. At si attendas, omnia fere quæ libro VIII de passione Christi traduntur, 290, sqq. per allegorias explicantur, easque (fatendum enim) tam contortas atque violentas, ut Philonem ipsum, si Christianus fuisset, aut Origenem, nisi multo posterior, ita locuturum fuisse credas. Sed aliquid magis etiam therapeuticum in hoc ipso libro notare est, præceptum nempe ceteris tum Christianis incognitum abstinentiæ carnis, 403 :

Huic tu pone volens puram sine sanguine mensam,

quod præceptum Therapeutis solemne fuisse docet Philo, ac vel ipsis diebus festis observatum : « Mensa pura est a cruentis dapibus. » Philonem juvat hic non modo sententia, sed ipsis pæne verbis cum Sibylla consentientem reperire.

VII. De carminibus Sibyllinis Antoninorum tempore scriptis, III, § 3, V, et VIII, § 1.

A primo sæculo desinente vel secundo incipiente transeundum statim ad secundum plusquam dimidium, id est, ad

Antoninorum tempora, quibus ostendi ego, nec conjectando tantum, sed multis in eam rem allatis argumentis indiciisque, simul vel pæne simul tria carmina esse scripta : 1° partem mediam libro III interpolatam; 2° librum V integrum; 3° libri VIII partem primam. Hos tres fetus esse monstravi auctoris unius sub Antonino Pio viventis, patria vel domicilio Alexandrini, ortu et professione Judæi, a nostra fortasse religione transfugæ, ex eaque retinentis, hoc solum, vestigia quædam apocalypticæ lectionis. Quæ quia mihi videor ad liquidum perduxisse, non iterum aggrediar, remisso lectore quum ad Excursum V editionis meæ prioris, cap. 6, sqq., tum ad hujus ipsius voluminis Præfationem, quæ attente relegatur, oro.

VIII. De Sibyllinorum carminum conditione ante et statim post Antoninos.

Lætor nostræ religionis gratia, quod post primæva Sibyllinæ artis experimenta a Therapeutis profecta, deinde per unum et amplius sæculum, ad Antoninos et Septimium usque Severum, nemo Christianus eamdem pseudo-prophetiæ viam incesserit, sive therapeutica Musa sine heredibus exstincta fuerat, sive ab ista propagandæ fidei ratione sponte abstinuerat christiana simplicitas. Sed vel ea simplicitas credulitati aditum paraverat. Supra enim mirati sumus ex antiquissimis Patribus Justinum, singulari, quamvis sibi non insueto, sagacitatis criticæ defectu, veterem et valde antiquam vocare Sibyllam, cujus carmina ne uno quidem ante se scripta sæculo facile agnoscere potuisset. Apertius non viderunt Clemens Romanus, et auctor, quisquis fuit, Constitutionum Apostolicarum, et Athenagoras, et Theophilus, aliique prope suppares, qui testimoniis Sibyllinis opera sua complere solent, uti citatis ipsorum locis in utraque editione mea palam fit. Sed quod magis obstupescas, Clemens Alexandrinus, inter Christianos ævi sui doctissimus, Sibyllinis non minus tribuit quam ceteri; atque ex ipso libro V, Alexandriæ sub Antoninis scripto, degens ipse in eadem urbe neque multis annis posterior, versus octo integros locis quatuor affert velut antiquos et genuinos . quasi non ejusdem libri primores LII versus, seriem continuam exhibentes principum Romanorum a Julio Cæsare usque ad tres Antoninos, etiam

cæco lucem afferre potuissent! De Antoninis ac de Nerone Antichristo post ipsos venturo, omnia quæ per totum illum librum canuntur falsa et falsi manifesta, necesse est vel non satis attente legerit Clemens, vel, ut arcana et mysteriis involuta, futuris interpretibus reservaverit. Notandum tamen est gravissimos viros Irenæum et Origenem a citandis Sibyllinis prorsus abstinuisse, et sic alios videlicet, sed paucos. Itaque Celsus sophista, minus suis scriptis quam ipsorum refutatione notus, quum Lucianea dicacitate (amicus quippe Luciani) Christianos apud Origenem V, § 61, Sibyllistas vocitaret, si nimiam ipsorum erga Sibyllina fidem taxare voluit, non multum a vero aberravit : sin ut mendaces et mendaciorum confictores universos insimulavit, inique cum iis egit, qui hactenus a fingendis hujusce modi commentis, præter unum forte Therapeutam posteris ignotum, abstinuerant. Crimen illud sibyllizandi Judæorum magis quam Christianorum facere Celsus debuerat.

IX. De libris VI et VII.

At ecce nec multo post Antoninos, nempe sub Alexandro Severo, sæculo III nondum inclinato, Sibyllista demum prodit aliquis non dubie neque dissimulate Christianus. Is duobus carminibus innotuit, uno brevissimo, neque vaticinii instar (nihil ibi quippe de rebus futuris), sed hymni potius in Christi laudem compositi : altero verius magisque proprie Sibyllino; nam et formam affectat fatidicam et materiam nostris omnibus communem vatibus, urbium nempe et nationum calamitates a præsenti tempore usque ad mundi finem. Diversa carminis utriusque forma; unum tamen facimus auctorem, quod et theologicæ doctrinæ convenientia et rerum vocumque similitudo confirmat. Christianus, etiam ubi non orthodoxus, aperte est : nam de divinitate atque æternitate Filii ante res omnes creatas, VI, 2, sqq.; VIII, 32 : item de humana natura ab eo assumpta, VI, 22; VII, 24, 53, 66, divinaque simul permanente etiam post mortem in cruce consummatam, VI, 26, 28, tam disertus est tamque expressus ut nemo magis inter catholicos vel fidei suæ addictissimos. Sed idem de divina natura per Spiritum sanctum Christo, ut ipse vult, infusa baptismi demum Joannei tempore, ita discrepantem a nostra theologiam exponit ut hæreseos cri-

men effugere non possit : minus etiam schismatis : nam ritus novos planeque Ecclesiæ ignotos introducit, VII, 75, sqq.; Ecclesiam Judæo-Christianam, licet in multis, ut opinor, ab ipsa discedens, solam agnoscit, et orthodoxos, velut antiquam mutantes doctrinam, a Sanctorum corpore separat, VII, 132, sqq. De legitimo clero verba sunt ejus latine versa :

Hos vero graviora manent, qui fenore turpi
Improba vaticinantur, et augent tempus acerbum;
Induti qui pelle ovium, se nomine falso
Hebræos jactant, alio de sanguine creti;
Verba dare inprimis gnari et mala ponere lucro;
Qui mores vertent hominum, sed fallere justos
Non poterunt, vera Numen pietate colentes.

Hæc heterodoxus homo. Quæ vero in fine libri turpia atque infanda de se confitentem inducit Sibyllam, nescio unde petiverit quemve ad finem huc attulerit. Nec magis scio, in Ægypto ne an in Asia librum istum bonis malisque mixtum scripserit, quanquam in Asia potius ob pullulantes ibi sectarum insanias. Utique si non locum, tempus certe suum indicat ipse, dum de novo Persarum imperio loquitur, VII, 40, sqq. ac de infausta adversus eos Alexandri expeditione, VII, 45, sqq. Scripserit oportet reverso imperatore ab illa clade, necdum vita exuto, quantum ex ipsius silentio colligi potest : inter annos igitur 232 et 235.

X. De libris I et II, obiterque de libro III, § 1.

Utinam tam bene librorum I et II definiri posset ætas! Verum illos libros, sive jam antiquitus divisos, sive primitus in unum contractos, serius constat ab ordinatore Sibyllinæ collectionis retractatos, mutilatos, interpolationibus auctos esse, ut nusquam fere prisca manus ab adventitia dignosci possit. Initia libri I, de fatis humani generis ante diluvium, integra videntur paucis exceptis mansisse, ab auctore primario partim e sacris Bibliis, partim ex Hesiodo desumpta : finis, jam a versu 319, de vita et passione Christi, ex octavi libri laciniis, incertum a quo, sed potissimum ab ordinatore supra dicto consutus est. Libri II pars prior, 1—154, quamvis Phocylideis intertexta rhapsodiis, et unum maxime Phocylideum fragmentum habens

longissimum, 56—149, textui male insertum, vix tamen potest ab ordinatore tota esse profecta; sed plagiarii antiquioris fetus est, sicut jam olim a me demonstratum, rursus alibi nec uno loco monstrabitur. Postrema certe pars de judicio supremo unius est auctoris, qui eam e Novi Test. libris totam fere desumptam, ingenii poetici luminibus adornavit. Quonam autem tempore? Id nullo potest indicio satis certo colligi, nisi potissimum tribuatur hoc carmen sæculo III jam provecto propter quasdam Origenismi maculas passim inspersas, præsertim 331, sqq. Epilogus vero, 341, sqq., haud dubie ab ordinatoris manu processit, sumptus ex libri VII epilogo, attenuatis modo, quæ nimia ibi Sibyllæ imputabantur, flagitiis.

Et nunc procedere tempus esset ad librum III, § 1, viam quippe parantem a libro II ad sequentia, nisi constaret totum istud carminis fragmentum meram esse transitionem ab ordinatore confectam præsertim ex Procemii Sibyllini, idcirco male suppressi, laciniis, ut infra magis patebit.

XI. De libri VIII partibus § 3 *et* 4.

Pæne parentheseos loco hic agendum de libri VIII partibus, § 3 et 4, unum potius singularem efficientibus librum, quem, si liceret, quoniam partem octavi, § 2, nonum vocari librum nuper mihi placebat, decimum ipsum libenter appellarem, ut vacuus in Sibyllina collectione locus impleretur. Quanquam hic Sibyllinus vix est reputandus : neque enim vaticinium, sed hymnus est, qualem fere librum sextum, breviorem licet, observavimus supra, p. XXVI. Hic pariter in laudem Dei Patris et Dei Filii compositus, utinam integer ad nos pervenisset! Inflexæ enim post æram nostram græcæ poeseos monumentum unum præ ceteris haberemus orationis elegantia conspicuum, quod optimis illius ævi poematibus et conferri plerisque et multis præferri posset. Scriptor ignotus; sed Oppiano, cui fortasse suppar fuit, me quidem judice, præstantior, primum styli motu qui apud Oppianum nullus est; deinde verborum delectu, non ut apud illum, propter nimiam archaïsmi ambitionem, obscuro sæpe et duro et infeliciter laborioso. Nonno potius, nisi tanto prior ætate, comparari posset ac nescio an illum vincit orationis minore fastu, majore

metri varietate. Totius vero carminis hic est tenor. Primum laus inchoatur Dei Patris, omnium quæ sunt conditoris, nutu omnia regentis et temperantis. Deinde Pater cum Filio consultat de creando homine, futuro sub Dei auspiciis rerum universarum domino. Impletis demum temporibus descendit e cælo Filius ipse, et Mariæ Virgini, interprete Angelo, nasciturus ex ea nuntiatur. Suavis hic in suavi opere locus, quo vel solo firmari posset nostrum de auctoris arte judicium. Ita nuntiatus nascitur divinus infans, et ex præsepio jam cælo terrisque imperans, in cælo stellis addit astrum novum, in terra a pastoribus magisque adoratur... Verum hic in textu patet ingens lacuna : omissa quippe Christi pueritia et vita et morte, transilitur statim ad religiosa morum præcepta, 481, sqq., ubi olim in editione priore statueramus initium novæ partis; nunc inutile ducimus quidquam tale novari. Quid enim si in primario scriptoris consilio statim post Christi resurrectionem condita ab eo doctrina celebrabatur? Ita facile et recte, nisi fallor, pars hæc cum priore continuari potest, et ex duabus octavi libri partibus unus fieri, uti modo dictum est, liber decimus. Hæc vero præcepta reliquo carmini respondent eximia dictionis concinnitate; et ob insignem præterea simplicitatem christianæ vitæ christianique, quem obiter tangunt, cultus, vix possunt ad Ecclesiæ tempora referri sæculo III recentiora, præsertim si cum Lactantii similibus locis conferantur quos ex ultimis Divinæ Institutionis libris inter hujusce operis notas afferre me juvabit.

XII. De libris XI, XII, XIII, XIV.

Doleo quod mihi non licuerit prioribus Sibyllinorum partibus contentum hic sistere. Sed restant ultimi quatuor libri, rebus vanissimi, verbis insulsissimi, recte in finem voluminis quasi in sentinam conjecti. Quos ante horum aliquot annorum breve spatium diligentissimi exploratoris Angeli Maii cura repertos, si manuscriptorum abstulisset invidia, non esset valde lugendum : patet enim qui eos confecit, prorsus imparem fuisse operi suo. Ausus est totius historiæ decursum a diluvio universo per variarum gentium in terris dominatarum annales, perque Romanorum imperatorum, quos primis nominis cujusque literis designat, perpetuam seriem, usque ad Odenatum

persequi, in cujus regnum, quasi prosperum diu mansurum, adulatoria prædictione desinit cum libro XIII. Nec dubium primitus hunc illi statutum fuisse scribendi finem. Delusus vero præpropera Odenati morte calamum depositum resumpsit libro XIV; atque ibi deficientibus historiis in futurum se conjecit, vanis literarum numeris vana designans nomina principum qui nunquam regnaturi erant : ridendus hoc ipso vates, magis autem contemnendus, si, quod ego reor, solo lucri studio tantum tamque vanum opus aggressus est. Judæus vel hinc posset intelligi, etiamsi non originem suam tot locis proderet, ac præsertim libri XIV extremis LX versibus. Alexandrinus inde etiam cognoscitur, quod turbas cruentas post Odenati mortem Alexandriæ motas ita narrat ut testis et particeps interfuisse videatur. Nec origine tantum, sed etiam professione Judæus fuit. Quanquam id nusquam aperte declarat, homo, ut opinor, terrestribus magis quam religiosis intentus negotiis. Immo, quod aliquis miretur, bis ad Christi natales, Augusti tempus designans, alludit, XII, 30, sqq. et 232, sqq. Mirum, inquam, nisi jam simile quiddam in auctore Judæo libri quinti observassemus, ubi causam hujus rei dedimus, promiscua nimis inter duas unius gentis familias opinionum commercia, multis sæpe ab altera professione ad alteram commeantibus. In fine tamen minus obscure ad sua castra redit, dum æternam suis felicitatem cum universa terrarum dominatione, omissa tamen Messiæ mentione, promittit,

Cum sanctis patribus producto in sæcula regno.

XIII. Sibyllinæ poeseos a tertii sæculi fine conditio.

Novissimi vatis impudentia satis ostendit quousque deciderit ante tertii sæculi finem pseudo-propheticæ artis conditio, quam ad ineptos auctores redacta sit, simulque quantum debuerit a doctorum existimatione dejici. Et jam illius sæculi initio notaveramus graviores quosdam et intelligentiores viros a Sibyllinis, summo tum consensu celebratissimis, citandis vel laudandis abstinuisse. Quanto magis post unum fere sæculum decrevisse putes hominum fiduciam! Sed in oriente potius quam in occidente, ubi segniora ingenia et ad deserendas, quas serius acceperant, fabulas tardiora. Itaque post Clementem Alexan-

drinum, nullum fere Sibyllinæ vaticinationis fautorem Græcum reperias. At Lactantius istorum carminum fama præoccupatus adeo manet, ut eorum testimoniis opera sua conferciat. Quo magis inducor ad credendum, quæ semper mea persuasio fuit, Constantini imp. Orationem ad Sanctos quæ inter Eusebiana græce legitur, primum a Lactantio conscriptam esse, qui suo tempore Latinorum doctissimus et alter quasi Cicero habebatur, addictus juvenibus principibus erudiendis, ideoque in aula florens. Is ad componendam orationem latinam tanti rhetoris fama dignam, in concilio Nicæno latine forsitan prius quam græce recitandam, electus ab imperatore fuerit; electus simul Eusebius, non minus apud Græcos quam ille apud Latinos ingenio clarus, qui specimen artis a Lactantio prolatum, non per se videlicet, sed per emptos aliquos interpretes, in græcæ orationis speciem converteret : quare vulgo Eusebianis operibus accensetur. Inde scatet oratio illa Sibyllinis testimoniis, quorum nullum unquam Eusebius in sua ipse scripta admisit. Ex Eusebii postea, uti credebatur, sed verius ex Lactantii fide dimanavit in vulgus apud Græcos celebrata illa acrostichis, quæ in Sibyllinis exemplaribus libro VIII, unde orta est, interdum etiam libris universis præfixa legitur; quæque in multis passim obviis græcorum codicum fragmentis sola secum et a reliquo Sibyllino corpore separata sub Eusebii nomine proponitur. Eadem seu pars ejus maxima (versus nempe XXVII de XXXIV), a quodam divi Augustini sodale ex græco versa, latine sub simili acrostichidis forma, apud sanctum Patrem, de Civitate Dei, XVIII, cap. 23, nimis fidenter prolata est. Cujus auctoritate nixa, per totum medium ævum in occidente regnavit, diuque in Ecclesiis hymni loco decantata est veræ instar prophetiæ : hodie, etiamsi cantari, saltem laudari non desiit in Romanis euchologiis, hoc funebris næniæ versu :

Teste David cum Sibylla.

Id mihi causæ fuit, cur fusius ac plenius quam soleo, quæ olim de illius acrostichidis argumento disputaveram in Excursu V, cap. 5, inter notas huic editioni subjectas ad VIII, 217, resumerem, ubi, si vacat, eas vide.

XIV. De Sibyllinorum carminum collectione hodierna.

Lactantius docet Sibyllinos libros suo tempore sparsos necdum in corpus unum compactos lectitari solitos fuisse, græce, ut opinor, et a paucis Latinorum, quippe nondum latine versos. Ejus verba sunt : « Harum omnium Sibyllarum carmina et fe« runtur et habentur, præterquam Cumææ... Et sunt singula« rum singuli libri,.... suntque confusi, nec discerni ac suum « cuique assignari potest. » Quod ille de exemplaribus apud Latinos servatis, idem de vulgatis quoque inter Græcos affirmat auctor Anonymæ Præfationis apud nos, pag. 15, ubi « Sibyllina, inquit, oracula quæ sparsa et confusa legebantur » ; simulque docet isti se vitio medelam afferre voluisse, dum disjecta membra conatur in unum corpus redigere. En totius hodiernæ collectionis origo quam nemo hactenus ex illo pæne ignoto Præfationis Anonymæ fonte petiverat. En tibi Sibyllinorum librorum ordinator ipse se revelat, idemque auctor, sine dubio, interpolationum et transitionum passim textui insertarum, homo, quantùm videtur, studiis addictus theologicis, operam libris transcribendis (id ipse fatetur, Præf. pag. 15) navare solitus, ideoque, nisi fallor, monachus. Qui quando vixerit, ex ipsius testimoniis colligi potest. Tum nempe quum religio christiana sine æmula regnabat, et tamen multi adhuc falsorum Deorum cultum retinuerant (Præf. pag. 21, et Transit. ad libr. II, pag. 49); tum quum Sibyllina volumina crebro vulgi manibus terebantur, et ob id ipsum in contemptum abire cœperant (Præf. pag. 21); tum quum Græci a Latinorum lectione minus erant, quam plerumque fuerunt, alieni : id ipse monstrat, Lactantium ducem fere per omnia sequens, proprioque nomine compellans (Præf. pag. 18, extr.). His ego indiciis eo jampridem adductus eram, fateorque me cunctando et meditando in ea opinione confirmatum, ut sexto putarem sæculo præfationem hanc esse scriptam sub Justiniano imp., simulque conditam Sibyllinorum, quam nunc habemus, collectionem. At quo pacto conditam, præfator idem nos docebit : « Mihi, inquit, visum est oracula ista [quæ modo sparsa et confusa dicebantur], ad sacrarum literarum lectionem et cognitionem pertinentia, in unam quasi seriem et compagem redigere, quo facilius à

legentibus uno intuitu percipiantur : » simulque multa recenset quæ Sibyllinis e libris colligere sibi proposuerit « ad sacrarum, ut ipse dixit, literarum cognitionem pertinentia », de Deo ac de sancta Trinitate; de incarnatione Christi, ejusque vita, passione, resurrectione; in fine, de futuro judicio justaque omnium quæ a viventibus gesta fuerint retributione; item de omnibus quæ in Mosaïcis chartis prophetarumque libris habentur, de mundi creatione et hominis formatione primum, dein ejectione e Paradiso, etc. Satis ex his patet consilium ipsi primum fuisse ut ad theologica maxime documenta Sibyllinæ poeseos attenderet, ex iisque corpus, quantum liceret, integrum historiæ sacræ conficeret. Neque inepte id exegit libris I et II, nisi quod in medio libro I post diluvium universum lacunam rerum ingentem reliquit, postea, si materia suppeteret, implendam. Immo verius materia non caruit quam in illam lacunam conjiceret : sed habuit copiosam nimis copiaque incommodam, quippe inter sacra et profana ambiguam, atque ita sibi dubiam utro potius loco poneret. Nam dum sacris pascitur historiis narrator quasi ecclesiasticus, aucta, ut fit, epulando fame, aliud videtur animo concepisse propositum, ut post absolutam rerum sacrarum tractationem profanas etiam aggrederetur. Trahebat volentem opportunitas, quia partem non parvam hujus argumenti, a diluvio universo ad Cyri tempora, transactam jam tertio libro inveniebat. Itaque a secundo ad tertium, id est, a sacris rebus ad profanas, transitionem paraverat, quæ hodie nobis est liber III, § 1 (plura nos alibi de illa transitione), quæque consilium monstrat auctoris ampla et infinita meditantis, in hos quippe versus desinens, 61, sq. :

Nunc singula pandam
Quæ mala sint homines passuri, quasque per urbes.

Hæc ille : qui tamen operis prolixitate magis, ut puto, quam difficultate deterritus, promissi non præstitit alteram partem, sed velut ante cursum defessus, in ipsis carceribus substitit. Transitionem vero paratam, talemque jam qualem aliquando emissurus erat, deserere noluit, addita ipsi, ut speciem aliquam libri et mensuram parvi haberet voluminis, appendice minime sane opportuna, in quam fragmenta seu frusta conjecit variorum librorum, prius a se collecta instituti operis causa, dein

brevitatis aliamve ob causam relicta, tum rursus ex rejectaneis protracta. Tales sunt pericopæ ibi legendæ de Romæ temporibus futuris, 46, sqq. et de Belia Antichristo, 63, sqq. et de vidua regnatura, 77, sqq. : quæ omnia male inter se seu potius minime consuta, librarios antiquos et editores fefellerunt, prologum hunc esse probe cernentes, ubi vero desineret ignorantes, ejusque ideo finem modo hic, modo illic ponentes, plerumque tamen, uti jam dictum, post v. 62, ab Antichristi Beliæ initiis. Aliud ortum est ex hoc infelici prologo malum. Ejus enim causa pæne amisimus Sibyllinum unum librum integrum, quem compilator, decerptis ex ipso multis versibus in suæ transitionis usum, postea ut inutilem ex ipsa collectione suppresserat, periturum haud dubie, sicut revera ex omnibus codd. evanuit, nisi ejus fragmenta quædam in Theophili Antiocheni operibus reperta partem nobis eam saltem servassent, quæ nunc Procemium est Sibyllinum. Sit hoc aliquatenus pro solatio. Sed multo plus solatii accedit, immo gratulationis, quod compilator, abjecta demum oneris suscepti graviore parte, abdicatoque condendæ historiæ profanæ consilio, reversus ad meliora, libros Sibyllinos istius propositi causa congestos, quos fortasse minuta in frusta dissecturus erat, integros servaverit : hi nobis Sibyllinum corpus hodiernum constituunt, quo nisi per illum careremus. Pro quo beneficio, si quid aliunde in Sibyllam peccavit, venia dignus est. Ut puta, si libros nobis a se relictos ordine minus recto disposuit, non est hoc nomine nimis acerbe criminandus. Ac fortasse ne istud quidem jure ipsi potest exprobrari : nam si quis voluerit hinc libros I et II, illinc IV et VIII, propter allatas supra causas, seorsum a ceteris ponere, ceteros III, § 2 et 4, V, VI, VII, XI, XII, XIII, XIV, inveniet a collectore non male dispositos. In summa gratias illi homini agere magis quam litem movere æquum est.

XV. De archetypæ collectionis ac de codicum manuscriptorum auctoritate.

Archetypæ collectionis (sic illam voco quæ a nostrorum carminum ordinatore creata est) tantam fuisse constat jam a primis temporibus auctoritatem, ut neque æmulam ullam repererit, et libros singulos, quotcumque prius cursitare per ho-

minum manus consuerant, prorsus obliteraverit. Hujus rei argumento est quod in omnibus nunc exstantibus manuscriptis atque ideo in editis, libri omnes reperiantur eodem inter se procedentes ordine iisdemque distincti numeris. Ita quum libri quatuor ultimi, sero demum suis eruti tenebris, in lucem prodierunt, inventi sunt numeris inscripti palam ex antiquo ordine retentis, XI, XII, XIII, XIV. Unum jure objici potest, nonnullis in codd., bonis quidem illis, sed paucis, agmen ducere librum qui vulgo octavus est, ac tum libros I et II in unum coalescere, quod et ipsorum titulis arguitur apud nos diligenter asservatis : verum id per exceptionem a librariis quibusdam introductum non alia, ut videtur, causa quam quod medio ævo plus aliquid dignitatis tribui solebat octavo libro propter illam qua insignitur acrostichidem. Proprie igitur dici potest archetypam collectionem nobis nunc ipsum esse Sibyllinum opus : idque valet non de ordine modo librorum, sed etiam de scriptura sive, ut vulgo loquuntur, de textu, qui eo verior habendus est quo magis ad collectoris mentem accedit.

Frustra igitur philologus eminentissimus nec sine honore memorandus C. Lud. Struve, anno 1817, juvenis etiam tum, « fragmenta librorum Sibyllinorum, quæ apud Lactantium « reperiuntur, emendata, » singulari commentatione protulit. Minus quippe attenderat Sibyllinum textum talem hodie quærendum esse qualis in veteri exstitit collectione, non qualis in singulis exemplaribus ferebatur quibus olim sancti Patres usi sunt, lectiones exhibentibus sæpe inter se discrepantes, interdum etiam a citantibus insciis, memoriæ vitio, permutatas. Quanquam non negamus aliquid opis nonnunquam ex iis afferri posse ad scripturam vetustiorem divinandam. Codices enim, licet ab uno omnes profecti, atque in summa parum diversi, tamen in parvis quibusdam haud raro differunt, sive consueta librariis vulgaribus levitate, sive nimia diligentia doctiorum quorumdam, qui lectiones sibi suspectas emendare conati sunt nunc ad grammaticas, nunc ad theologicas rationes; quorum maxime interventu plus minusve solerti factum est, ut quæ nunc undecim exstant exemplaria certas quasdam in classes distingui possint, in tres vero præcipue.

XVI. De Sibyllinis codicibus manuscriptis.

Manuscriptorum prima classe continentur :

1° Codex Betuleianus, a quo fluxit editio princeps anni 1545, tam diligenter Betuleii opera collatus typisque excusus ut, quod ipse de se testatur et ego expertus comperi, editio pro codice haberi possit. Is diu asservatus Augustæ Vindelicorum, Monacii nunc visitur in bibliotheca regia Bavarensi (apud nos literis Pr. designatus);

2° Codex Antimachi sive Vindobonensis, sæpius nomine citari solitus Antimachi possessoris olim sui, medici Ferrariensis eruditi, qui decerptas ex ipso lectiones non paucas, simul cum Anonyma Præfatione græca prius ignota, amico suo Castalioni, secundo Sibyllinorum editori, transmisit. Is nunc in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi servatur (nobis A);

3° Codex Bodleianus, seu bibliothecæ Bodleianæ Oxoniensis, a me quondam in Anglia peregrinante collatus (B);

4° Codex bibliothecæ Scorialensis, olim mei causa collatus beneficio amici desideratissimi, comitis Bresson, Gallici tunc in Hispania legati (S).

Secunda classe continentur :

1° Codex Florentinus in meam olim gratiam collatus a viro eximio de Furia, custode tunc Laurentianæ bibliothecæ, viro, quidquid contra dictum sit, eruditis officiosissimo, ipsiusque manu totus fere mei causa transcriptus, dignus hoc honore, ceteris enim ejusdem classis eo pretiosior quod aperte iis præluxit (F);

2° Codex Regius Parisiensis, eleganter et diligenter exaratus, sed fine carens, desinens quippe in versum libri V, 105, hoc tamen solamine, quod, ut ceteri plerique hujus classis, a libro incipit octavo, tribus ergo tantum deficientibus V, VI et VII. Is ab Opsopœo primum in usum editionis suæ, a me deinde collatus est, tertiumque a viro docto Friedliebii editoris adjutore (R);

3° Codex Leontarius seu Regius 2, priore plenior, sed minus eleganter descriptus a Leontare, librario cetera non ignoto, manum ipso suam signante et annum transcriptionis, 1475 : is quoque cod. a me et ab amico Friedliebii collatus est (L).

Tertia classe continentur :

1° Codex Hardtianus sive Monacensis, ex Hardtii catalogo primum nosci cœptus eruditis, in bibliotheca regia Monacensi asservatus. Is papyraceus, forma compacta et exigua, scriptura non bona, exaratus est a Michaele Rosæto librario Græco Coronensi, annum testante 1541. Exhibet libros IV et VI integros cum octavi, § 2, parte non modica, quodque præcipuum ejus est munus, libros integros XI, XII, XIII, XIV, collatus a me quondam et a viro doctissimo Friedliebio (H);

2° Codex Mediolanensis seu bibliothecæ Ambrosianæ, publicatus primum ab Angelo Maio, Mediolani 1817, includens vero duntaxat librum XIV, cum libro VI brevissimo et libri VIII, § 2, aliqua parte (M);

3° et 4°. Codices Vaticani duo, ita inter se similes ut aperte alterum ex altero descriptum fuisse necesse sit, ambo continentes libros quatuor ultimos, XI—XIV, ab Angelo Maio reperti et editi anno 1828 (V, 1 et V, 2).

Hi sunt undecim codices majores, soli fere in numero habendi. Nam fragmenta quædam Sibyllina manuscripta, quæ passim inter bibliothecarum quisquilias inveniuntur, brevia illa quidem et parvæ frugis, etsi suis locis, ubi quid proprii habebant, minime neglexi, consulto tamen hic prætermittenda duco. Majores codices, seu tres potius quas eorum distinxi classes, ut cognatione proximas, ita forma consimiles esse dixi; ubi differunt, factum hoc sæpius retractantium vitio sive interdum merito. Utique, si ad solam textus integritatem respiciatur, potiores habendæ sunt, non quæ castigatiores, sed quæ minus retractatæ. Quo nomine pretiosissimam æstimari oporteret tertiam codicum classem. Quum enim mendis scateat innumeris, quorum plurima librariis manifesto sunt imputanda, insunt quoque multa quæ non potuerunt nisi ab antiquiore collectionis hujus exemplari originem ducere. Præterea in rebus theologicis errores plures vel graviores retinuit (pudet hoc quoque laudi vertere) quam alia exemplaria, ubi seu correcti sive attenuati lectorem fallunt. Num igitur necessario tertiæ classis lectiones ubique ceteris præferendæ sunt? Minime, quia inde textus efficeretur tam vitiosus ut nequaquam ferri posset. Præterea retractantes ipsi potuerunt interdum melioribus uti codicibus; vel ut erant homines non inepti, suis interdum

conjecturis melius ducti quam literæ scriptæ religione, propius ad verum, id est, ad primarii collectoris mentem, accedere. Hic igitur, ut in re quacumque litigiosa, judicio opus est ad eligendum quod optimum, qui editoris honor est in tali re pæne unicus. Ego utique, quoties lis ageretur inter duas lectiones æque probabiles, profiteor me libentius semper ad illam accessisse quæ tertiæ classis testimonio firmaretur.

Ceterum qui de hoc toto codicum Sibyllinorum argumento plura quæsierit, adeat editionis nostræ prioris admonitionem et curas posteriores ejusdem secundæ parti subnexas. Nunc tempus est ad libros editos, ex iis codicibus ortos, accedere.

XVII. De Sibyllinorum editionibus.

Primam seu Principem editionem in publicum emisit Basileæ, 1545, in-8 min., totam græcam cum latinis in fine annotationibus pauculis, Xystus Betuleius (*Sixt. Birken*), qui Augustæ Vindelicorum bonas literas docebat, sumptam, ut supra dictum, ex codice tunc Augustano, diligentissime a se transcripto. Quas addidit annotationes, breves sunt et parvi momenti, pleræque tamen rectæ et viam ad ulteriora pandentes.

Secunda, latina tantum, id est, prioris versionem duntaxat exhibens sine græco textu latinam metricam, in eadem urbe prolata est anno statim insequente 1546, in-8 min., a viro erudito et ingenioso Castalione (*Sebast. Châteillon*), bonarum artium Genevæ primum, dein Basileæ professore : cujus versio, quanquam a me non semel retractata et forsan aliis post me retractanda, fundamentum tamen est eritque omnium quæ secutæ sunt vel sequentur.

Tertia, quæ simul secunda græca simulque secunda latina, item ab eodem Castalione procurata est Basileæ, 1555, in-8 min. : in qua doctus editor versionem suam latinam passim, etsi raro, retractavit; textum vero græcum emendavit sæpe feliciter, tam suis conjecturis quam lectionibus e codice manuscripto, nunc Vindobonensi (A), secum ab amico suo Antimacho benigne, uti dictum est, communicatis. Præfationem quoque græcam ex eodem manuscripto primus, ut alias dictum, edidit, quam ab Antimacho missam sibi, ut erat in codice, ano-

nymam, mittentis fetum esse putavit, errore apud posteriores editores usque ad nos permansuro.

Quarta, Parisiis, 1599, in-8, editorem habuit Joannem Opsopœum sive Obsopœum (*J. Koch*), ortum ex urbe Bretten in Palatinatu, magnam vero vitæ partem Lutetiæ et Heidelbergæ commoratum, medicum et philologum, hoc tamen potius nomine inter eruditos ævi sui notum. Is in recensenda Sibyllinorum editione duobus codicibus manuscriptis adjutus est, uno Regio Parisiensi (qui nobis supra R), altero integro Pithœano, post Pithœi mortem divendito, ut videtur, et nunc alicubi latitante, nisi ipse est Leontarius a nobis supra descriptus (L). Volumen hoc, præter nonnulla prolegomena, textum græcum exhibet passim ab Opsopœo emendatum; versionem latinam metricam Castalionis, raro, si usquam, retractatam; notas in fine breves, sed minime contemnendas. Digna igitur editio quæ diu præcipua habita sit ac pæne sola. Addit pretium, quo nostram carere fatemur, volumen alterum huic adjungi sæpiusque cum ipsa religari solitum, oracula continens gentilium deorum ex historicis aliisque profanis scriptoribus ab Opsopœo collecta diligenti, ut par erat, cura, magis tamen diligenti quam utili : nam quæ continet omnia melius ex ipsis auctoribus quærenda sunt, apud quos solos idoneum possunt habere commentarium; præterea, si quis hodie laborem eumdem susceperit, crescente in dies materia, nusquam operis finem inventurus sit.

Quinta, Amstelodami, 1687-88, tomis duobus in-4 condita est a Servatio Gallæo (*Servais Galle*), quod ad textum græcum et latinam versionem spectat, nihil fere ab Opsopœana differens nisi pluribus mendis typographicis; aucta vero, quum sub ipso textu, tum in Excursibus secundi (seu verius prioris) voluminis, notarum immensa congerie ex ignobilibus plerumque theologastris excerptarum parumque ad rem pertinentium, vel editoris eruditionem magis quam criticum acumen testantium.

Sextam post longum intervallum ipse protuli, voluminibus duobus, quorum prius in duas partes divisum, Parisiis, annis 1841, 1853, 1856, in-8. Qua in editione, ne quid mihi nimium indulgeam, textum Sibyllinum totum pæne refeci ex codicibus vel primum vel rursus opera mea collatis (A. R. L. B. S. H.) :

quos paucos adire vel ipse vel per amicos non potui (Pr. M. V, 1. V, 2), scriptura ad principes editiones accurate recensita, feci ut nemo desiderare posset. Addidi Castalionis versionem metricam multis locis emendatam, et ubi opus fuit, præsertim quatuor ultimis libris integris, suppletam. Sub textu et in textus fine notas adjeci partim criticas, partim exegeticas. Secundum volumen totum implent Excursus septem, in quibus, quam plenissime licuit, disserui : I. de Sibyllis in genere ac præcipue de profanis Sibyllis, quas ibi omnes ordine novo recensui; II. de Sibyllinis apud Græcos gentiles oraculis, Erythræis videlicet aliisque, quorum omnium fragmenta in appendicem contuli; III. de Sibyllinis apud Romanos oraculis, Cumanis vulgo dictis, quorum historiam totam detexui, et fragmenta, quæ supersunt, ex Phlegontis aliorumque fide, appendicis loco rursus edidi; IV. de Sibyllinis apud Judæos et Christianos carminibus, quæ judaïca ante et post nostram æram, christiana vero primis æræ nostræ sæculis circumferri cœperunt, cum appendice de ipsorum fatis per totum medium ævum; V. de Sibyllinis libris hodiernis, quales vulgatis edd. exhibentur; VI. de materia Sibyllinorum historica, geographica, ac præcipue dogmatica; VII. de græcitate et metrica Sibyllina. Accesserunt rerum et verborum indices copiosissimi, multoque ampliores quam quem ad hujus secundæ editionis institutum sufficere putavi. Volumen ultimum totumque opus claudit Bibliographiæ Sibyllinæ expositio pro meis viribus, quales tunc erant, diligens et plena.

Septimam editionem publici juris fecit, Lipsiæ, 1855, in-8, Josephus-Henricus Friedlieb, vir doctus et impiger, præsertim in recognoscendis librorum scriptorum editorumque lectionibus pertinacissimus explorator, qui editione mea, tunc intra libros octo primores consistente, non tantum fortasse quantum jure poterat usus est, idque, uti reor gratulorque, honesto erga me officio; quatuor vero ultimos libros nondum ante ipsum editos, eodem, quo ego, tempore Monacii Bavarorum conferebat ipse, collatosque me prior edidit. Idem ad textum græcum versionem adjecit germanicam numeris astrictam, de cujus indôle poetica non meum est cognoscere. Variantes lectiones summa cura collegit et in operis finem, nimis licet incommode, rejecit. Notas de suo nullas protulit; sed initio volu-

minis Introductionem quum rerum pondere, tum etiam orationis forma eximiam. Quibus meritis editionem adornavit singulari commendatione dignam; digniorem quoque, nisi superstitione manuscriptæ lectionis et nescio quo rei metricæ græcæ fastidio textum reliquisset manifestissimis mendis inquinatissimum.

Tentamen editionis novæ, hactenus librum primum non excedentis, necdum subsidiis ullis instructæ, quæ a doctissimo Ric. Volkmann, viro jam antea de Sibyllis bene merito, prolata seu præmissa est Sedini (*Stettin*), 1854, 4°, invitus, donec magis integrum prodierit, prætermittere cogor.

Octava nunc per me prodit editio, quam volui, priore mea breviorem, non ideo lectoribus minus commodam neque doctis prorsus offerre inutilem. Quid in hac mihi proposuerim, initio Præfationis huic volumini affixæ monui. Promissa quomodo præstiterim, ceteris judicandum permitto. Id unum testari audeo, nihil me pro viribus meis neglexisse quo ad illustradam rem Sibyllinam aliquid lucis afferri posset.

XVIII. Conclusio.

Ne vero tot undique comparata subsidia frustra sint, moneo rursus atque enixe suadeo quod jam sæpe suasi, ut Sibyllinos libros si quis intus perspicere meditetur, non indifferenter, ut in editis collocatos invenerit, aut temere, ut obvium quemque habuerit, sed eo legat ordine quem semper proposui neque unquam satis proponam, nempe pro ipsorum ætate, quam vel ex hac ipsa Introductione facile, qui voluerit, discet. Sic enim antiquiora facem recentioribus præferent; interpolata sensum nonnunquam genuinis reddent ab ipsis olim acceptum; locorum obscuriorum tenebræ mutuis, tanquam ex opaca nube, fulgoribus interlucebunt. Dabitur etiam diversarum opinionum atque sectarum origines plenius cognoscere, dum ipsæ per derivatos invicem canales deducentur a judaïsmo ad christianismum, a primævæ doctrinæ christianæ puritate ad hæreticas seu schismaticas aberrationes. Ita atque hac mente distributa nostra carmina non modo cognitu utiliora, sed etiam lectu jucundiora evadent: cujus utriusque emolumenti causa lectionis ordinem illum ipsum aut vix mutatum, quem olim in Excursu meo V, cap. 18, proposui, rursus exponam.

ORDO LEGENDI SIBYLLINA.

1° Ante omnia legere oportebit libri III partes genuinas, § 2 et 4, carminum nostrorum antiquissimas, mere illas quidem judaïcas, siquidem scriptas, ut supra dictum, a Judæo Alexandrino, Ptolemæi Philometoris temporibus, anno fere ante Christ. 168;

2° Librum deinde IV, maximum hunc natu Sibyllinorum christianorum, scriptum ab Alexandrino semi-judaïzante et fortasse Therapeuta, primo post æram nostram sæculo vergente, sub Tito imperatore vel Domitiani initiis, anno 79 vel sqq.;

3° Procemium Sibyllinum, plane itidem christianum, scriptum pariter Alexandriæ, sub idem tempus, et fortasse ab eodem qui libri IV auctor fuit vel ex eadem schola profecto;

4° Librum VIII, § 2, cum duobus prioribus carminibus ejusdem, ut videtur, originis therapeuticæ;

5° Librum III, § 3, seu partem mediam libri III, duabus utrinque proximis interpolatam, multumque ab iis quum ætate, tum etiam tenore diversam : non enim Ptolemæis, sed Romanis imperatoribus supparem; nec tamen ad christianæ religionis incunabula pertinentem, scriptam quippe a Judæo sub Antoninis vivente, quantum colligere dabitur e libro V, iisdem temporibus et ab eodem videlicet auctore scripto;

6° Librum V, pariter, quod ipse nobis revelat, Antoninorum et quidem Antonini Pii temporibus editum, ab Alexandrino mere Judæo, etsi non prorsus literis nostris alieno, passim quippe ad Apocalypsim respiciente, ut merito suspicari liceat transfugam nostris e castris catechumenum;

7° Librum VIII, § 1, eadem origine profectum qua duo priora carmina, eodemque tempore vel paucos post annos, pariter certe sub Antonino Pio;

8° et 9° Libros VI et VII, ætate paulo quam tria prius dicta carmina recentiores, neque illos certe judaïcos, sed a Christiano conditos ultra modum judaïzante, unde, sicut in multis orthodoxo, ita in quibusdam hæretico, in pluribus schismatico, scribente sub Alexandro Severo circa annum 234;

10° Libros I et II, christianos et præter unam vel alteram

Origenismi maculam, qua videtur sæculum prodi tertium, orthodoxos; sed ætati non satis certæ ascribendos, cauteque legendos, ut qui retractati, mutilati, amplificati fuerint a compilatore Sibyllinæ collectionis;

11° Libri VIII partes duas extremas, § 3 et 4 (nisi potius ambas in unam contrahendas), optimas illas quidem, scriptasque, ut videtur, sæculo III vel medio vel jam vergente; a prioribus igitur carminibus tempore non longe remotas, fors et anteriores, sed a me huc usque dilatas, quia vix Sibyllinæ habendæ sunt, hymno scilicet, ut supra notatum, quam vaticinio similiores;

12° Libros XI-XIV, ultimos natu ultimosque repertos et editos, nec ordine tantum, sed etiam ingenio extremos, omnium quippe deterrimos, scriptos a Judæo Alexandrino sub Odenati tempora circa annum 267;

13° Præfationem Anonymam, serius multo quam priora carmina ac sexto demum sæculo, sub Justiniano imp., scriptam ab aliquo, ut videtur, monacho, qui se Sibyllini corporis hodierni conditorem profitetur, quique transitionum passim interjectarum ac totius libri III, § 1, auctor habendus est: ergo minime Sibyllinam illam quidem, et si ad priora conferatur, subrecentem, nec tamen negligendam, quia melius ex ipsa quam aliunde noscitur totum hujus collectionis institutum.

ΧΡΗΣΜΟΙ

ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΙ.

ORACULA

SIBYLLINA.

ΧΡΗΣΜΟΙ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΙ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΛΥΚΟΝ.

Ἄνθρωποι θνητοὶ καὶ σάρκινοι, οὐδὲν ἐόντες,
Πῶς ταχέως ὑψοῦσθε, βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες;
Οὐ τρέμετ', οὐδὲ φοϐεῖσθε Θεὸν, τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν,
Ὕψιστον γνώστην, παν[επ]όπτην, μάρτυρα πάντων,
Παντοτρόφον κτίστην, ὅστις γλυκὺ Πνεῦμ' ἐν ἅπασι
Κάτθετο, χ' ἡγητῆρα βροτῶν πάντων ἐποίησεν.
Εἷς Θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει, ὑπερμεγέθης, ἀγένητος,

Arg. Exhortatio ad gentiles ut a falsorum deorum cultu ad unum verum Deum convertantur. Hoc Procemium, sic quidem apud recentiores inscribi solitum,

Titulus hoc loco nullus antiquus est, quia, ut diximus, non carmen aliquod integrum profertur, sed fragmentum e Theophili detractum operibus atque ipsum tribus constans segmentis. Neque alio jure Procemium inscribitur quam quod Theophilus ait lectum suo tempore fuisse in principio Sibyllinæ vaticinationis, ἐν ἀρχῇ τῆς προφητείας αὐτῆς. Lactantius autem lib. IV, cap. 6 : « Sibylla, « inquit, Erythræa in carminis sui prin- « cipio. » Inde colligitur confectum fuisse hoc carmen ut Sibyllinis, quæ tum circumferebantur, carminibus Erythræis vulgo dictis (iisdem quæ nunc lib. III, § 1 et 4) præfigeretur, atque inde primum illum locum usque ad Lactantii tempora servasse. Nec titulus modo, sed et antiquæ scripturæ deest auctoritas, præter unum codicem ex quo Theophili princeps editio processit : levi tamen detrimento, quia textus videtur ad nos pervenisse satis integer paucisque mendis maculatus. Præterea lectiones aliquas novas dederunt Ecclesiastici scriptores, Justinus, Clemens, Lactantius, qui hinc desumpta testimonia non uno loco attulerunt.

1, sqq. Segmentum hujus carminis primum, 1-35, apud Theophilum legitur libro II, pag. 375, ed. Paris., cum hac transitione : Σίϐυλλα δὲ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι γενομένη προφῆτις, ἐν ἀρχῇ τῆς προφητείας αὐτῆς ὀνειδίζει

ORACULA SIBYLLINA.

PROOEMIUM

EX THEOPHILI LIBRIS AD AUTOLYCUM.

Mortales homines, sata carne et vana propago,
Vosne adeo efferri, neque finem cernere vitæ!
Non tremitis, summumque Deum (vos aspicit ille)
Non formidatis! qui novit cuncta videtque,
Magnus alit qui cuncta parens, atque omnibus almum
Insinuat Flatum, terrestria corda regentem.
Unus de cælo regnat Deus : ille supremus,

e codicibus abest Sibyllinis atque ex editione principe, suppressum jam antiquitus ob eam quæ infra dicetur causam (cfr. Arg. libri III, § 1), repertum postea τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος λέγουσα, Ἄνθρωποι θνητοί, κ. τ. λ. Quod est latine : « Sibylla vero apud Græcos ceterasque gentes vaticiniis clara, initio prophetiæ suæ, hominum genus increpat his verbis : Mortales homines, etc. »

1. Citatur a Clemente Alexandrino primus hic versus, Stromat. III, pag. 517, ed. Ox. Idem recurret imitatione manifesta sub initium libri III, v. 8 : cujus libri sectionem primam magna ex parte desumptam esse ex hoc Procemio palam ibi agnoscemus ; eaque videtur fuisse causa cur Proœmium ipsum a plagiario supprimeretur : confer ibi not.

2. Recurret verbum ὑψοῦσθαι superbiendi sensu infra, 59, et lib. VIII, 419, sicut in sanctis libris haud raro, Psalm. 87, v. 16 ; 130, v. 1, etc.

4. Cf. II, 177 ; partim etiam, I, 152.

5. In fine ἅπασι primum dubitari potest utrum ad omnes creatas res, an ad homines solos pertineat ; sed versus sequens controversiam dirimit. Atque idem fere valet quod in Sap. Salom. cap. 7, v. 23, Πνεῦμα διὰ πάντων χωροῦν πνευμάτων, vel idem certe quod apud ipsam Sibyllam infra, 18, πᾶσι βροτοῖσι νέμων τὸ κριτήριον, juxta doctrinam Evangelii Joannis, cap. 1, v. 9. Lactantius quoque de hominibus solis intellexit, loc. supra cit.

6. Lactantius, quod mireris, pro βροτῶν habet Θεόν : qua de re vide not.

Παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα,
Αὐτὸς δ' οὐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σαρκὸς ἁπάσης.
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν Θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ;
Ἀλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατεναντίον ἠελίοιο
Ἄνθρωποι στῆναι δυνατοὶ, θνητοὶ γεγαῶτες
Ἄνδρες, ἐν ὀστήεσσι φλέβες καὶ σάρκες ἐόντες.
Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου,
Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτύχθη
Αὐτογενὴς, ἀγένητος, ἅπαντα κρατῶν διαπαντὸς,
Πᾶσι βροτοῖσι [νέμων] τὸ κριτήριον ἐν φαῒ κοινῷ.
Τῆς κακοβουλοσύνης δὲ τὸν ἄξιον ἕξετε μισθὸν,
Ὅττι Θεὸν προλιπόντες ἀληθινὸν ἀέναόν τε
Δοξάζειν, αὐτῷ τε θύειν ἱερὰς ἑκατόμβας,
Δαίμοσι τὰς θυσίας ἐποιήσατε τοῖσιν ἐν Ἅδῃ.
Τύφῳ καὶ μανίῃ δὲ βαδίζετε, καὶ τρίβον ὀρθὴν
Εὐθεῖαν προλιπόντες, ἀπήλθετε τὴν δι' ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων. Τί πλανᾶσθε, βροτοί; Παύσασθε, μάταιοι,
Ῥεμβόμενοι σκοτίῃ καὶ ἀφεγγέϊ νυκτὶ μελαίνῃ,
Καὶ λίπετε σκοτίην νυκτὸς, φωτὸς δὲ λάβεσθε.
Οὗτος ἰδοὺ πάντεσσι σαφὴς, ἀπλάνητος ὑπάρχει.
Ἔλθετε, μὴ σκοτίην δὲ διώκετε καὶ γνόφον αἰεί·
Ἠελίου γλυκυδερκὲς ἰδοὺ φάος ἔξοχα λάμπει.
Γνῶτε δὲ κατθέμενοι σοφίην ἐν στήθεσιν ὑμῶν·
Εἷς θεός ἐστι, βροχὰς, ἀνέμους, σεισμοὺς ἐπιπέμπων,

feliciter in Theophili episcopi Antiocheni libris ad Autolycum, ubi divisum in plura fragmenta legitur, ac demum Sibyllinæ collectioni restitutum a Casta-

8. Justinus, hunc et duo sequentes proferens versus, Cohort. ad Gr. § 16, non παντοκράτωρ habet, sed αὐτοφυής, fortasse memoriæ lapsu, ob αὐτογενής quod sequitur, v. 17.

10. Hic et tres sqq. sunt apud Clem. Alex. in Protreptico, pag. 61, iterumque Stromat. V, pag. 714. Ad eumdem Sibyllæ locum respexerunt Minutius Felix, § 19; Cyrill. adv. Jul. pag. 32; alii. Neque ipsi profani ab ea sententia alieni fuerunt: testis ipse comicus Philemon in Fragm. laudans τὸν πάνθ' ὁρῶντα καὐτὸν οὐχ ὁρώμενον. Sed profanis fons præcipuus videtur fuisse Xenophon, Memorab. IV, cap. 3.

10. Ex Deuteron. cap. 5, v. 26.

17. Refert se ad h. l. Lactantius, I, cap. 7, ita scribens : « Itaque [Deus] a « Sibylla αὐτογενής et ἀγένητος et ἀποίη- « τος nominatur. » Sed ἀποίητος neque hic neque usquam in Sibyllinis hodiernis legitur : unde suspicabatur Ops. habuisse Lactantium in exemplari suo ἀποίητος pro διαπαντός, quod vix credimus, sed illum potius memoria lapsum esse.

18. Theophili codex, πᾶσι βροτοῖσιν ἐνὼν τὸ κριτήριον, quod mutandum fuit

Omnipotens, nunquam genitus, coram aspicit unus
Omnia, mortali non aspectabilis ulli.
Corporeo quis enim valeat contingere visu
Cælestem verumque Deum, super astra sedentem,
Quum nec flammantis radiantia lumina solis
Sustineant oculi mortales cernere contra!
Vos, homines, venis compacta et carnibus ossa,
Hunc colite, hunc unum, qui solus regnat in orbe,
Qui solus semperque fuit, semperque futurus;
Ingenitus, de se genitus, tenet omnia semper,
Humanosque regit communi in lumine sensus.
Præmia sed mentis perversæ digna feretis,
Æterno quoniam veroque auctore relicto,
Cui decuit laudes et sanctas ferre hecatombas,
Manibus infernis fecistis sacra, superbi
Insanique homines : hinc longe a tramite recto
Errastis per iter scopulis et sentibus horrens.
Desinite (ah ! quis vos transversos abripit error?),
Desinite incassum tetras palpare tenebras,
Mortales miseri ! notisque nigrore relicto,
Arripite oblatam lucem : patet omnibus ecce,
Clara, errore vacans : ne currite semper ad umbram,
Quum sol ecce nitens late omnia luce serenat.
Sed vos hæc animis sapienter inurite vestris :
Unus, qui ventos et fulgura mittit et imbres,

lione secundo editore. Utique, nisi libro IV posterius aliquantulo videretur, natu maximum haberi posset Sibyllinorum carminum christianorum cum libro VIII, græcitatis causa, simul et veritatis : nam quod de Filio seu Verbo optime dici poterat a Sibyllista, id nonnisi insolenter de Patre. Et jam ante nos doctus annotator Theophili, Paris. 1742, ita conjecerat. Sensus idem qui supra, v. 5, et qui in Joannis Evangelio ibi cit. Hunc et sqq. versus 24, 25, 27, citat Clemens Alex. in Protrept. pag. 23.

20. Cfr. VIII, 263 et 397.

21. De cruentis sacrificiis, quæ nequaquam hic commendantur, ut plerisque visum, querente tantum poeta quod non vero potius Deo offerantur, cfr. Exc. nostr. VI, cap. 32, et vide not.

24. Paulo aliter Theophili cod. ἀπήλθετε, καὶ δι' ἀκανθῶν καὶ σκολόπων ἐπλανᾶσθε · βροτοὶ, παύσασθε μάτ. Sed Clemens ut nos.

26. Deest hic versus apud Clem.

27. Clem. καλλίπετε.

28. Hunc quoque citat cum septem sqq. Clemens in Protrept. pag. 66, eumdemque rursus, sed solum, Strom. V, pag. 718, utrobique legens, οὗτος ἴδὲ πάντ' ἔστι σαφής.

29. Clem. ζόφον, et alibi ψόφον.

32. Clem. σεισμούς τ' ἐπιπ.

Ἀστεροπὰς, λιμοὺς, λοιμοὺς, καὶ κήδεα λυγρὰ,
Καὶ νιφετοὺς, κρύσταλλα. Τί δὴ καθ' ἓν ἐξαγορεύω;
Οὐρανοῦ ἡγεῖται, γαίης κρατεῖ, αὐτὸς ὑπάρχει.
. . . .
Εἰ δὲ θεοὶ γεννῶσι καὶ ἀθάνατοί γε μένουσι,
Πλείονες ἀνθρώπων γεγενημένοι οἱ θεοὶ ἦσαν,
Οὐδὲ τόπος στῆναι θνητοῖς οὐκ ἂν ποθ' ὑπῆρξεν.
. . . .
Εἰ δὲ γεννητὸν ὅλως καὶ φθείρεται, οὐ δύνατ' ἀνδρὸς
Ἐκ μηρῶν μήτρας τε θεὸς τετυπωμένος εἶναι.
Ἀλλὰ Θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου,
Οὔρεά θ' ὑψήεντα, καὶ ἀέναα χεύματα πηγῶν·
Τῶν τ' ἐνύδρων πάλι γεννᾷ ἀνήριθμον πολὺ πλῆθος,
Ἑρπετὰ δὲ γαίης κινούμενα ψυχοτροφεῖ τε,
Ποικίλα τε πτηνῶν λιγυρόθροα, τραυλίζοντα,
Ξουθὰ, λιγυπτερόφωνα, ταράσσοντ' ἀέρα ταρσοῖς·
Ἐν δὲ νάπαις ὀρέων ἀγρίαν γένναν θέτο θηρῶν·
Ἡμῖν τε κτήνη ὑπέταξεν πάντα βροτοῖσιν,
Πάντων θ' ἡγητῆρα κατέστησεν θεότευκτον,
Ἀνδρὶ δ' ὑπέταξεν παμποίκιλα, κοὐ καταληπτά.
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται θνητῶν γνῶναι τάδ' ἅπαντα;
Ἀλλ' αὐτὸς μόνος οἶδεν ὁ ποιήσας τάδ' ἀπ' ἀρχῆς,
Ἄφθαρτος κτίστης, αἰώνιος, αἰθέρα ναίων,
Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν προφέρων πολὺ πλείονα μισθὸν,

§ 2, ipsi coævo ac fortasse cognato : hæc enim tria carmina ab antiquissimis Ecclesiæ patribus, inprimis Justino, laudata reperiuntur. Scriptum est autem hoc

33. Λιμοὺς, λοιμούς, creberrime repetitum in Sibyllinis reperias, cujus paronymiæ exemplum antiquissimum idemque notissimum dat Thucydides, lib. II, § 54, nobis non alias postea notandum.

35. Rectum est in fine versus αὐτὸς ὑπάρχει, ex Psalmo 101, v. 28, ubi est : Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, κ. τ. λ. Id nos olim, Turnebi fidem secuti, in Ἄϊδος ἄρχει mutatum volueramus frustra.

36, sqq. Fragmentum hoc trium versuum non ex eodem Theophili loco, sed ex libro eodem, pag. 348, huc intulimus ob continuum argumenti tractum. Est enim, si cum sequentibus conferatur, tanquam pars syllogismi; certe eumdem refert philosophicum colorem.

39, sqq. Rursus hæc e Theophili libro II, pag. 376, ubi post primum fragmentum supra lectum statim prodeunt his tantum interjectis : Καὶ πρὸς τοὺς γεννητοὺς λεγομένους ἔφη, Εἰ δὲ Θεοὶ γεννῶσι, κ. τ. λ. Ceterum hujus versus ultima pars, οὐ δύνατ' ἀνδρός,

Est Deus : ille famem, pestem, tristesque dolores,
Et glaciem atque nives fundit. Quid plura recordor?
Imperat ille polo, terris idem imperat : ipse est.
. . . .
Si prolem generare immortalesque daretur
Esse Deos, numero plures mortalibus irent,
Nec standi locus aut spatium terrestribus esset.
. . . .
Si, genitum est quodcumque, perit, nequit esse creatus
Femineo Deus ex utero sexuque virili.
Sed Deus est unus, solus Deus atque supremus,
Qui cælum, solem, stellas, lunamque creavit,
Frugiferam terram, pontique tumentia terga,
Excelsos montes, fontesque perenne fluentes;
Et nantum sub aquis genus innumerabile profert,
Serpentumque solo reptantia corpora nutrit,
Et pictas volucres, arguta voce canoras,
Vibratis leviter quatientes æthera pennis;
Imposuitque genus silvis agreste ferarum,
Et pecudum prolem nobis servire coegit,
Præfecitque hominem cunctis, divinitus ortum,
Innumeris variisque licet nec mente tenendis.
Nam quis carne satus poterit cognoscere cuncta?
Ipse sed hæc solus, qui condidit omnia, novit,
Fine carens, æternus, habens super æthera sedem;
Ultro qui majora bonis bona reddit, et idem

Procemium sæculo post æram nostram primo, nisi fallimur, desinente, vel sub secundi initia, a Christiano judaïzante Alexandrino. Originem christianam demons-

cum sequenti versu legitur etiam apud Lact. I, cap. 8.

41. Hic quoque et duo sqq. citantur a Lactantio, I, cap. 6, unde desumptos eos reperiemus ab auctore Præfationis anonymæ infra legendæ, pag. 20.

44. Melius, III, 477, ἄγρια κύματα.

46. Theophili cod. ψυχροτρόφεῖ τε, unde alii adjective ψυχροτραφῆ τε. Hic vero ἑρπετά non sunt reptilia frigidis locis degentia, sed animalia quælibe terrestria, ut sæpe apud poetas et infra, 66. Cf. etiam lib. V. 499, ψυχοτρόφον γενετῆρα. Vacat τε in fine, sed Sibyllino mendo. Lectionem ψυχοτροφεῖται, media pro activa forma, quam dedimus olim, nunc deserimus.

47. In Theophili cod. atque in omnibus edd. κτηνῶν : nos corr.

55. Lact. hunc et duo sqq. versus citat de Ira Dei, c. 22, legens ipse quoque cum Theophilo αἰθέρα ναίων, non αἰθέρι, quod magis græce seu magis homerice legitur, II, 27.

Τοῖς δὲ κακοῖς ἀδίκοις τε χόλον καὶ θυμὸν ἐγείρων,
Καὶ πόλεμον, καὶ λοιμὸν, ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα.
Ἄνθρωποι, τί μάτην ὑψούμενοι ἐκριζοῦσθε;
Αἰσχύνθητε γαλᾶς καὶ κνώδαλα θειοποιοῦντες.
Οὐ μανίη καὶ λύσσα φρενῶν [αἴσθησιν ἀφαιρεῖ],
Εἰ λοπάδας κλέπτουσι θεοὶ, συλοῦσι δὲ χύτρας;
Ἀντὶ δὲ χρυσήεντα πόλον κατὰ πίονα ναίειν,
Σητόβρωτα δέδορκε, πυκναῖς δ' ἀράχναις δεδίασται;
Προσκυνέοντες ὄφεις, κύνας, αἰλούρους, ἀνόητοι,
Καὶ πετεηνὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης,
Καὶ λίθινα ξόανα, καὶ ἀγάλματα χειροποίητα,
Κἀν παρόδοισι λίθων συγχώματα· ταῦτα σέβεσθε,
Ἄλλα τε πολλὰ μάταια, ἃ δὴ κ' αἰσχρὸν ἀγορεύειν.
Εἰσὶ θεοὶ μερόπων δηλήτορες [οὗτοι] ἀβούλων,
Τῶν δὴ κὰκ στόματος χεῖται θανατηφόρος ἰός.
Οὗ δ' ἔστι ζωή τε καὶ ἄφθιτον ἀέναον φῶς,
Καὶ μέλιτος [γλυκεροῦ] γλυκερώτερον ἀνδράσι χάρμα
Ἐκπροχέει..., τῷ [δεῖ] μόνῳ αὐχένα κάμπτ[ειν],
Καὶ τρίβον αἰώνεσσιν ἐν εὐσεβέεσσ' ἀνακλῖν[αι].
Ταῦτα λιπόντες ἅπαντα, δίκης μεστόν τε κύπελλον,
Ζωρότερον, στιβαρὸν, βεβαρημένον, εὖ μάλ' ἄκρητον,
Εἵλκύσατ' ἀφροσύνῃσι μεμηνότι πνεύματι πάντες·
Κοὐ θέλετ' ἐκνῆψαι, καὶ σώφρονα πρὸς νόον ἐλθεῖν,
Καὶ γνῶναι βασιλῆα Θεὸν, τὸν πάντ' ἐφορῶντα.
Τοὔνεκεν αἰθομένοιο πυρὸς σέλας ἔρχετ' ἐφ' ὑμᾶς·
Λαμπάσι καυθήσεσθε δι' αἰῶνος τὸ πανῆμαρ,
Ψεύδεσιν αἰσχυνθέντες ἐπ' εἰδώλοισιν ἀχρήστοις.

trant initium et finis; scholam judaïcam versus præsertim 5 et 6; patriam vel sedem Ægyptiam versus aliquot de animalium cultu, 59, sqq. Confer Excursum

57. In fine sunt quibus magis placeat ἀγείρων.

58. Versus idem fere in Orphicis legitur, Fragm. I, v. 12, et apud Sibyll. III, 603, et passim.

59. Ἐκριζοῦσθε idem est quod supra, v. 2, ὑψοῦσθε, « in altum vos efferri sinitis », sed vehementius et magis poeticum, sicut fere Virgilius, Georg. I, 320, segetem fingit « ab radicibus imis sublime expulsam ».

61. Theophili cod. pro ultimis vocibus habet, nullo sensu ac ne græce quidem, καὶ ἐστήσια φάρη, unde multi multa conjecerunt : nos corr.

70. Theophili codex δολοήτορες, sine sensu ob genitivum qui præcessit : nos corr. Est enim δηλέω Sibyllinum omnino verbum, ut ex Indicibus apparebit. Deinde in cod. deest οὗτοι : addidit Ops. e Turnebi conj.

73. Apud Theoph. deerat γλυκεροῦ :

Injustos iraque premit pœnisque coercet,
Immittens bellum, pestem, lacrimosaque fata.
O homines, fastu quianam turgetis inani?
Non pudet in divos feles et bruta referre?
Non hæc est rabies, cæcæque insania mentis,
Si patinis inhiant divi, furantur et ollas?
Quosque habitare poli super aurea templa deceret,
Hos caries densisque infestat aranea telis?
Serpentes colitis, stulti, felesque, canesque,
Et volucres, et quæ lambunt animalia terram,
Et fabricata manu simulacra, politaque saxa,
Et lapides triviis aggestos, multaque vani
Præterea colitis quæ sunt turpissima dictu.
Hæc sunt vecordis fallacia numina vulgi,
Numina, mortiferum manat quibus ore venenum.
At cujus vita est, et lux æterna sine umbris,
Qui sanctorum animis potiores melle propinat
Delicias, illi caput uni subdere oportet,
Cumque piis aperire sibi per sæcula callem.
His vos neglectis, divini plena furoris
Pocula, pœnarum calicem gravidum atque meracum
Hausistis, stimulis acti dementibus omnes;
Ebria nec sinitis resipiscere corda, neque unum
Nosse Deum, qui cuncta regit, qui cuncta tuetur.
Hæc propter calidus vos opprimet ignis, et ardor
Uret inexstinctus tædarum, tempus in omne
Turpia deflentes vani mendacia cultus.

nostrum V, cap. 3, et Introductionem ad Sibyllina supra lectam, et notas in hujus fine voluminis.

addidit Ops. e conj. recte. Sic fere Plautus, Asinar. III, sc. 3 : « O melle dulci « dulcior. » In fine proponebat Ops. in schedis suis mstis κρᾶμα pro χάρμα.

74. Theoph. ἐκπροχέη (sic, hiante versu), τῷ δὴ μόνῳ αὐχένα κάμπτε, et versu sequenti ἀνακλινοῖ : corr. Ops. ex parte, cetera nos. Post primam vocem suppleri vellemus χάριτος, nisi præstaret quod in latina versione secuti sumus, ἐκλεκτοῖς προχέει.

75. Ellipticum est αἰώνεσσι pro εἰς αἰῶνας, sicut alias apud Sibyllam, VIII, 103, 218, etc. Ἀνακλῖναι autem, quod nos ponere ausi sumus pro barbara lectione ἀνακλινοῖ, Homerico sensu est « aperire ».

76. Post μεστόν videtur τε sensu carere : conjecerat Ops. τὸ κύπελλον.

77. Calicem iræ Domini, et quidem ἄκρατον, habent non semel libri sancti, Psalm. 74, v. 7; Jerem. cap. 25, v. 15.

Οἱ δὲ Θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν ἀέναόν τε,
Ζωὴν κληρονομοῦσι, τὸν αἰῶνος χρόνον αὐτοὶ
Οἰκοῦντες Παραδείσου ὁμῶς ἐριθηλέα κῆπον,
Δαινύμενοι γλυκὺν ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος.

84. Hic et duo sqq. versus sunt apud Lact. II, cap. 13.

85. Theophili codex, κληρονομήσουσιν, ubi Lact. recte κληρονομοῦσι, præs. pro fut. Est autem ζωὴν κληρονομεῖν forma dicendi in V. T. raro, si unquam; in N. T. sæpe usitata, Matth. cap. 19, v. 29; Marc. 10, v. 27, et passim: quale aliquid etiam ad v. sq. notabitur.

86. Deest ὁμῶς apud Theoph.; sed habet Lact., recte quidem ac Sibylline: recurret enim I, 101, et alibi. Παραδείσου mentio ter occurrit in N. T. Luc. Evang. cap. 23; Paul. ad Cor. II, cap. 12; Joann. Apocal. cap. 2; nusquam autem in V. T. nisi semel in Ecclesiastico, cap. 44, v. 16, et quidem in latina tantum versione, ut merito satis

At quibus æternus colitur Deus atque perennis,
Hi vitam accipient heredum jure, per omne
Tempus inerrantes Paradisi mollibus hortis,
Et dulcem cæli panem stellantis edentes.

videatur hæc vox ad recentiorem judaïcam pertinere literaturam.

87. Ἄρτος ἀπ' οὐρανοῦ hic non alius est quam manna, quæ sæpe in sacris libris hac appellatione designatur, Psalm. 77, v. 24; 104, v. 40; Sap. cap. 16, v. 20; Joann. Ev. cap. 6, v. 31. Mannam autem a justis in Paradiso comedi ductus est dicendi modus ex Apocalypsi, cap. 2, v. 17, ubi legitur : Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου. Quanquam et in schola judaïca recepta fuit hæc traditio, cujus frequenter meminere Talmudistæ. Recurret eadem loquela apud Sibyllistas, VII, 148, et μαννοδότης dicitur Deus, lib. 16, extr., et μαννοδοτεῖν apud neo-Græcos etiam eleganti in usu fuit.

ΧΡΗΣΜΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

Α.

Κλῦτε δέ μευ, μέροπες, βασιλεὺς αἰώνιος ἄρχει.

Β.

Ὃς μόνος ἐστὶ Θεὸς, κτίστης ἀκράτητος ὑπάρχων,
Αὐτὸς δ' ἐστήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε,
Αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο.

Γ.

. . . . Ὁππόταν ἔλθῃ,
Πῦρ ἔσται σκότος ἐν τῇ μέσσῃ νυκτὶ μελαίνῃ.

Arg. Fragmenta huc coeunt e Lactantio sumpta, et apud ipsum quidem pro Sibyllinis exhibita, in corpore tamen, quod nunc exstat, nusquam obvia. Notandum in edd. vett. plura solita fuisse circumferri, quæ diligentius recognita, tria remanserunt : tria, haud amplius, quum tot ejusmodi citationibus scateant Sanctorum Patrum aliorumve coævorum opera, unde colligas Sibyllinum corpus pæne

Fragm. I. Ex Lactantio, I, cap. 6.

Fragm. II. Ex Lactantio, II, cap. 12, nulla aut minime notanda lectionis varietate. Auctor tamen anonymæ præfationis infra legendæ, videlicet ex Lactantii exemplari suo, valde diversam ultimorum versuum lectionem attulit, μερόπων τε αὐγὰς μίξε, φύσιν πάντων, κ. τ. λ. Sed in Lactantianis hodiernis nihil tale invenitur. Nec apud Sibyll. pro diversa hujus loci lectione habendus est secundus versus paulo aliis verbis translatus in librum III, 35; quia ibi retractatus ac de industria refectus, non habet authenticæ originis fidem : confer ipsum locum. Vel isto tamen indicio firmatur

ORACULORUM SIBYLLINORUM

FRAGMENTA.

I.

Discite, mortales, rex imperat unus in ævum,

II.

Qui solus Deus est pater omnipotensque creator,
Ipse hominum statuit formam, quæ certa maneret,
Naturamque omnem viventum miscuit ipse.

III.

. . . . Quum venerit ille,
Ignis erunt tenebræ media in caligine noctis.

integrum ad nos pervenisse. Nunc cur ista fragmenta post Procemium collocaverimus, non, ut antea moris erat, post finem ultimi libri, res ipsa monstrat : quod scilicet eorum duo prima, de unitate Dei pariter agentia, fors et inter se continuanda, videantur pars olim fuisse Procemii, ibique in lacuna post versum 35 sedem obtinuisse. De tertio infra dicetur.

quod supra conjiciebamus, pertinuisse olim hoc fragmentum ad Procemium Sibyllinum, unde sectio prima libri III magna ex parte desumpta prodibit.

Fragm. III. Ex Lactantio, VII, c. 19. Lectio ibi non variat : quæ tamen quum græce vix ferenda sit, conjecturis sollicitari potest. Quod nisi latina interpretatio apud Lactantium constaret, crederemus corruptum huc afferri versum ex libro Sibyllino IV, 56, ita legendum : Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα μέσῃ ἐνὶ ἤματος ὥρῃ, « Nox « tenebrosa die medio, etc. » Nunc ita corrigendum putamus : Πῦρ ἔσται σκοτόεν μέσσῃ ἐν νυκτὶ μελαίνῃ. Et forsan pertinuerit olim hic versus ad librum VIII, § 1, in lacuna post 215.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ

ΠΡΟΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΥΣ ΧΡΗΣΜΟΥΣ.

Εἰ τὸ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν Ἑλληνικῶν γραφῶν ἐκπονεῖν πολλὴν τοῖς ἐκτελοῦσι τὴν ὠφέλειαν ἀπεργάζεται, ἅτε πολυμαθεῖς τοὺς περὶ ταῦτα πονήσαντας ἐκτελέσαι δυνάμενον, πολλῷ μᾶλλον περὶ τὰς θείας γραφὰς, ἅτε περὶ Θεοῦ καὶ τῶν ὠφέλειαν ψυχικὴν προξενούντων δηλούσας, τοὺς εὖ φρονοῦντας προσήκει σχολάζειν διαπαντὸς, διπλοῦν ἐκεῖθεν τὸ κέρδος κερδαίνοντας, ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας ὠφελεῖν δυναμένους. Ἔδοξε τοίνυν διὰ ταῦτα κἀμὲ τοὺς ἐπιλεγομένους Σιβυλλιακοὺς Χρησμοὺς, σποράδην εὑρισκομένους καὶ συγκεχυμένους, τὴν τούτων ἀνάγνωσιν καὶ ἐπίγνωσιν ἔχοντας, εἰς μίαν συνάφειαν καὶ ἁρμονίαν ἐκθέσθαι τοῦ λόγου, ὡς ἂν εὐσύνοπτοι τοῖς ἀναγινώσκουσιν ὄντες, τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν τούτοις ἐπιβραβεύσωσιν, οὐκ ὀλίγα τῶν ἀναγκαίων καὶ χρησίμων δηλοῦντες, καὶ πολυτελεστέραν ἅμα καὶ ποικιλωτέραν τὴν πραγματείαν ἀπεργαζόμενοι. Καὶ γὰρ περί τε Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ Ἁγίου Πνεύματος τῆς θείας καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος ἀριδήλως διασαφοῦσι, περί τε τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐκ παρθένου φημὶ ἀρεύστου [1] γεννήσεως [2], καὶ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ τελε-

Arg. Hujus Præfationis auctor ipse jam ab initio se revelat, compilator scilicet et ordinator Sibyllinæ collectionis hodiernæ. Voluit homo devotissime Chris-

Titulus in codicibus mstis huic Præfationi nullus. Quam ideo nudam ad se missam ab Antimacho, Florentino medico, amico suo, secundus Sibyllinorum editor Castalio ipsius Antimachi fetum esse credidit, et istum errorem Opsopœo tertio editori ceterisque ad nos usque transmisit. In editione principe non legitur ipsa quidem, sed fragmenta tantum Lactantiana ex ejus fine decerpta : Εἷς Θεὸς ὃς μόνος ἄρχει, κ. τ. λ., cum scholio iis subjecto. Item in plerisque codd., sed sine scholio.

1. Ἄρευστος sive ἄρρευστος « effluvio « carens », frequens est apud theologos græcos epitheton æternæ Verbi genera-

ANONYMI

PRÆFATIO AD ORACULA SIBYLLINA.

Si pertractandis profanæ Græciæ libris impensus labor magnam affert utilitatem, doctrinæ quippe copiam iis præstans qui in illo studiorum genere desudant; quanto magis oportet eos qui sapiunt, divinis semper incumbere scripturis, de Deo quippe et de animarum salute agentibus, nacturos inde duplicem fructum, ut sibi et lectoribus prosint! Qua etiam de causa mihi visum est Sibyllina quæ vocantur Oracula, quæ sparsa et confusa inveniebantur, ad sacrarum literarum lectionem et cognitionem pertinentia, in unam quasi seriem et compagem redigere, quo facilius a legentibus uno intuitu percipiantur, et quidquid in se ferunt commodi, adeuntibus præstent, multas sane res perutiles ac necessarias demonstrantia, dum simul amplior, simul ob varietatem jucundior conspectus libri totius exhibetur. Nam de Patre, Filio, Spirituque Sancto, hoc est, de divina et omne vitæ principium habente in se Trinitate, apertissime loquuntur; item de incarnatione Domini Dei Servatorisque nostri Jesu Christi, ejus, inquam, ex virgine ortu sine effluvio, de morbis ab illo sanatis, de vivifica ejus passione et

tianus et in toto operis sui consilio christianam rem sedulo agens, e Sibyllinis suo tempore sparsis unam rerum seriem detexere, pag. 1 : idque propositum

tionis, quam emanationi sive effluvio comparari noluerunt. Sed de secunda, ut ipsi loquuntur, generatione, id est de Christi incarnatione, hoc prædicamentum nusquam hactenus invenimus. Plenius et distinctius Joannes Damasc. III, cap. 2, Filium in sancta incarnatione de Patre prodiisse tradit ἀναλλοιώτως καὶ ἀδιαιρέτως: quo sensu ἄῤῥευστος γέννησις forsan haud improprie dici possit, insolenter tamen. Contra in ea re, ἄῤῥητος, « ineffabilis », consuetudine tritum est, quod vide an hic præferas.

2. Delenda vel corrigenda nota est qua in editione priore discrimen inter γέννησιν et γένεσιν statuere conati su-

σθεισῶν ἰάσεων, ὡσαύτως τοῦ ζωοποιοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν τριημέρου ἐγέρσεως, καὶ τῆς μελλούσης γενέσθαι κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως ὧν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐπράξαμεν ἅπαντες· πρὸς τούτοις, τὰ ἐν ταῖς Μωσαϊκαῖς γραφαῖς καὶ ταῖς τῶν Προφητῶν βίβλοις δηλούμενα, περί τε τῆς κοσμικῆς κτίσεως, τῆς τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως, καὶ ἐκπτώσεως τοῦ Παραδείσου, καὶ αὖθις ἀναπλάσεως, τρανῶς διαλαμβάνουσι· περὶ τινῶν γεγονότων ἢ καὶ ἴσως γενησομένων ποικίλως προλέγουσι· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐ μικρῶς τοὺς ἐντυγχάνοντας ὠφελεῖν δύνανται.

Σίβυλλαι [1] τοίνυν, ὡς πολλοὶ ἔγραψαν [2], γεγόνασιν ἐν διαφόροις τόποις καὶ χρόνοις τὸν ἀριθμὸν δέκα. Σίβυλλα δὲ Ῥωμαϊκὴ λέξις, ἑρμηνευομένη προφῆτις, ἤγουν μάντις· ὅθεν ἑνὶ ὀνόματι αἱ θήλειαι μάντιδες ὠνομάσθησαν. Πρώτη οὖν ἡ Χαλδαία [3], ἤγουν ἡ Περσὶς, ἡ κυρίῳ [4] ὀνόματι καλουμένη Σαμβήθη, ἐκ τοῦ γένους οὖσα τοῦ μακαριωτάτου Νῶε, ἡ τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λεγομένη προειρηκέναι, ἧς μνημονεύει Νικάνωρ [5] ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας. Δευτέρα Λίβυσσα, ἧς μνήμην ἐποιήσατο Εὐριπίδης ἐν τῷ προλόγῳ τῆς Λαμίας. Τρίτη, Δελφὶς, ἡ ἐν Δελφοῖς τεχθεῖσα, περὶ ἧς εἶπε Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ Θεότητος [6] βιβλίῳ. Τετάρτη, ἡ Ἰταλικὴ, ἡ ἐν Κιμμερίᾳ τῆς Ἰταλίας, ἧς υἱὸς [7] ἐγένετο Εὔανδρος, ὁ τὸ ἐν Ῥώμῃ τοῦ Πανὸς ἱερὸν, τὸ καλούμενον Λούπερκον, κτίσας. Πέμπτη, ἡ Ἐρυθραία, ἡ καὶ περὶ τοῦ Τρωϊκοῦ προειρηκυῖα πολέμου, περὶ ἧς Ἀπολλόδωρος ὁ Ἐρυθραῖος διαβεβαιοῦται. Ἕκτη, ἡ Σαμία, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Φυτὼ, περὶ ἧς ἔγραψεν Ἐρατοσθένης. Ἑβδόμη, ἡ Κυμαία, ἡ λεγομένη Ἀμάλθεια, ἡ καὶ Ἡροφίλη, παρά τισι δὲ Ταραξάνδρα· Βιργίλιος δὲ τὴν Κυμαίαν Δηϊ-

libris I et II de rebus sacris utcumque absolvit, relicta tantum in medio grandi lacuna. De rebus profanis idem meditatus fuerat, sed minime perfecit. Quum

mus. Certe apud Græcos γέννησις de utraque generatione pæne unica vox est.

1. Σίβυλλαι τοίνυν, κ. τ. λ. Ab his verbis reliqua pæne omnia de decem Sibyllis hausit noster præfator e Lactantio, Div. Inst. libro I, cap. 6, quæ Lactantius ipse a Varrone acceperat; rursus a præfatore mutuati sunt Scholiasta Platonis in Phædrum, Photius in Amphilochiis, Suidas et pseudo-Hesychius Milesius. Confer Exc. nostr. V, cap. 15.

2. Ὡς πολλοὶ ἔγραψαν. Lactantius nempe et Varro et ceteri ex eorum fide infra citandi.

3. Lactantius, Varronem haud dubie secutus, hanc Persicam tantum, non Chaldæam nuncupaverat, neque nomen ejus Sambethen, neque fictam cum Noemo affinitatem memoraverat, quorum alterum Noster mutuatus videtur a Pausania, Phocic. cap. 12, Σάβϐην tamen habente non Σαμβήθην; alterum e vulgata jamdiu traditione accepit, de qua plura dicenda erunt ad lib. III, 822, sqq. Postea jam

resurrectione a mortuis post triduum, de futuro judicio justaque retributione omnium a nobis in vita gestorum; præterea, quæ in Mosaicis chartis Prophetarumque libris habentur, de mundi creatione, et hominis formatione primum, dein ejectione de Paradiso, rursus instauratione, clara omnia et distincta pronuntiant; insuper de multis rebus seu jam præteritis, seu forsan olim eventuris, varium in modum vaticinantur; denique non parum ad legentium utilitatem conferre possunt.

Sibyllæ igitur, ut a multis scriptum est, fuerunt, diversis temporibus locisque, numero decem. *Sibylla* latina est vox idem sonans quod *divinatrix* seu *prophetis*, unde nomen commune factum omnibus fatidicis mulieribus. Prima fuit Chaldæa seu Persica, proprio nomine Sambethe dicta, quæ fertur Alexandri Macedonis res gestas prædixisse, facitque ejus mentionem Nicanor, qui vitam scripsit Alexandri. Secunda, Libyssa, cujus meminit Euripides in prologo Lamiæ. Tertia, Delphica, Delphis nata, de qua Chrysippus in libro de Divinatione. Quarta, Italica, in Cimmeria Italiæ, cujus filius Evander Romæ fanum Panis, Lupercal appellatum, condidit. Quinta, Erythræa, quæ et de Trojano bello vaticinata est, affirmante Apollodoro Erythræo. Sexta, Samia, proprie Phyto nuncupata, de qua scripsit Eratosthenes. Septima, Cumæa, nomine Amalthea, sive Herophile, sive, ut quibusdam placet, Taraxandra : Virgi-

enim institutum suum usque ad libri III initia longiusve paulo persecutus fuisset, ibi repente opus grave nimis et arduum, desponso animo, reliquit : confer Arg.

a verbis, ἧς μνημονεύει, Lactantii rursus vestigia premit.

4. Codd. et edd. κυρίως, ubi nos κυρίῳ, cum Suida et ceteris.

5. Codd. ἱκανῶς, ubi Suidas et ceteri omnes cum Lactantio Νικάνωρ. Porro sciendum, in iis quæ sequuntur, nomina propria pæne omnia in hujus Præfationis exemplaribus misere corrupta legi, quæ nobis fuerunt ex Scholiasta, Suida et reliquis, supra citatis, præsertim vero ex Lactantio, omnibus quippe prævio, corrigenda. Turpissima ista menda ne notabimus quidem.

6. Falso Noster et post eum reliqui περὶ Θεότητος : verus enim titulus fuit περὶ Μαντικῆς, teste Diogene Laertio, unde Cicero et Lactantius, « de Divinatione ».

7. Verba, ἧς υἱὸς ἐγένετο — κτίσας, non sunt e Lactantio deprompta, sed ex Alexandrino Clemente, Strom. I, p. 384, ed. Ox., ubi literis ipsis leguntur.

φόβην καλεῖ, Γλαύκου θυγατέρα. Ὀγδόη, ἡ Ἑλλησποντία, τεχθεῖσα ἐν κώμῃ Μαρμήσσῳ, περὶ τὴν πολίχνην Γεργίθιον, ἥτις ἐνορία ποτὲ Τρωάδος ἐτύγχανεν, ἐν καιροῖς Σόλωνος καὶ Κύρου, ὡς ἔγραψεν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός. Ἐννάτη, ἡ Φρυγία. Δεκάτη, ἡ Τιβουρτία, ὀνόματι Ἀλβουναία.

Φασὶ δὲ, ὡς ἡ Κυμαία[1] ἐννέα βιβλία χρησμῶν ἰδίων προσεκόμισε Ταρκυνίῳ Πρίσκῳ[2], τῷ τηνικαῦτα βασιλεύοντι τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων, τριακοσίους φιλιππαίους[3] ὑπὲρ αὐτῶν ζητήσασα. Καταφρονηθεῖσα δὲ, καὶ οὐδὲ[4] ἐρωτηθεῖσα τίνα ἐστὶ, πυρὶ παρέδωκεν ἐξ αὐτῶν τρία. Αὖθίς τε ἐν ἑτέρᾳ προσόδῳ τοῦ βασιλέως, προσήνεγκε τὰ ἓξ βιβλία, τὴν αὐτὴν ὁλκὴν ἐπιζητήσασα. Οὐκ ἀξιωθεῖσα δὲ λόγου, πάλιν ἔκαυσεν ἄλλα τρία. Εἶτα ἐκ τρίτου, ἐπιφερομένη τὰ περιλειφθέντα τρία, προσῆλθεν, αἰτοῦσα τὸ αὐτὸ τίμημα, λέγουσα, εἰ μὴ λάβοι, καίειν καὶ αὐτά. Τότε, φασὶν, ὁ βασιλεὺς, ἐντυχὼν αὐτοῖς, καὶ θαυμάσας, ἔδωκε μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἑκατὸν φιλιππαίους, καὶ ἐκομίσατο αὐτὰ, παρεκάλει δὲ περὶ τῶν ἄλλων· αὐτῆς δὲ ἀπαγγειλάσης μήτε τὰ ἴσα τῶν ἐμπρησθέντων ἔχειν, μήτε τι δίχα ἐνθουσιασμοῦ τοιοῦτον εἰδέναι, ἔσθ' ὅτε δέ τινας ἐκ διαφόρων πόλεων καὶ χωρίων ἐξειληφέναι τὰ νομισθέντα αὐτοῖς ἀναγκαῖα καὶ ἐπωφελῆ, καὶ δεῖν ἐξ αὐτῶν συναγωγὴν ποιήσασθαι, τοῦτο τάχιστα καὶ πεποιήκασι. Τὸ γὰρ ἐκ Θεοῦ δοθὲν ὡς ἀληθῶς μυχῷ κείμενον οὐκ ἔλαθε. Πασῶν δὲ τῶν Σιβυλλῶν τὰ βιβλία ἀπετέθησαν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ Ῥώμης τῆς πρεσβυτέρας· τῶν μὲν τῆς Κυμαίας κατακρυβέντων καὶ οὐ διαδοθέντων εἰς πολλοὺς, ἐπειδὴ τὰ συμβησόμενα ἐν Ἰταλίᾳ ἰδικώτερα καὶ τρανότερον ἀνεφώνησε· τῶν δὲ ἄλλων γνωσθέντων ἅπασιν. Ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς Ἐρυθραίας προγεγραμμένα ἔχει τοῦτο ἀπὸ τοῦ χωρίου ἐπικεκλημένον αὐτῇ ὄνομα· τὰ δέ γε ἄλλα οὐκ ἐπιγράφονται ποῖα ποίας εἰσὶν, [ἀλλ'][5] ἀδιάκριτα κατέστησαν.

Φιρμιανὸς[1] τοίνυν, οὐκ ἀθαύμαστος φιλόσοφος, καὶ ἱερεὺς

libri III, § 1. Vixisse autem, quisquis fuit, videtur Justiniani fere temporibus, sæculo VI, idque gravibus quibusdam indiciis, 1° quod Sibyllina oracula frequen-

1. De Cumana Romanorum Sibylla deque libris ab ipsa allatis pergit Noster Lactantium sequi : confer Livium ceterosque historicos, circa nonnulla, pleraque tamen levia, dissentientes, necnon Excursus nostros I, cap. 8, et III, c. 1, sqq.

2. Ταρκυνίῳ Πρίσκῳ; sic quoque Lact. « ad Tarquinium Priscum ». Sed rectius historici pæne omnes ad Superbum hæc referunt.

3. Φιλιππαίους : sic Lactantius quoque « Philippeos ». Servius pariter rem eamdem narrans ad Æn. VI, 72, « Philippeos », haud dubie Varronis exemplo,

lius vero Deiphoben vocat, Glauci filiam. Octava, Hellespontia, in vico nata Marmesso, prope oppidulum Gergithium, intra fines olim Troadis situm, circa tempora Solonis et Cyri, uti scripsit Heraclides Ponticus. Nona, Phrygia. Decima, Tiburtina, nomine Albunea.

Tradunt vero Cumæam novem libros oraculorum suorum attulisse Tarquinio Prisco, Romanis tum rebus imperanti, proque iis trecentos philippos ab eo petiisse : quo aspernante, ac ne interrogante quidem cujusmodi scripta in istis libris continerentur, tres ex iis igne combussit. Rursus in alio congressu regi sex reliquos obtulit, idem statuens quod pro omnibus pretium; spretaque rursus, cremavit alios tres. Deinde tertio allatos, qui supererant, tres regi offert, idemque pretium poscit, minata, nisi emerentur, illos quoque se combusturam. Ac tum, inquiunt, evolutos rex admiratus multum, trecentos philippos jussit ei numerari, accepitque oblata volumina, anxie de ceteris rogitans. Illa respondit se neque habere combustorum similes libros, neque quidquam earum rerum scire sine divino æstu; quosdam tamen ex diversis urbibus et locis excepisse dictorum a se nonnulla, quæ ipsis necessaria aut conducibilia visa essent; ea colligi oportere. Quod etiam quam primum factum est : datum enim divinitus donum in abdito non mansit. Omnium vero Sibyllarum libri repositi fuerunt in Capitolio veteris Romæ, seclusis quidem nec in vulgus prolatis qui Cumææ erant Sibyllæ, quoniam de rebus circa Italiam eventuris proprie magis et apertius vaticinabantur; ceteris vero ab hominum cognitione minime remotis. Porro qui Erythrææ inscripti sunt, habent hoc a natali loco impositum ipsi cognomen : alii titulum auctoris præ se non ferunt, sed indistincti habentur.

Firmianus igitur, non de vulgo philosophus, qui et prædicti

ter adhuc manibus hominum tractata, sed jam usu detrita et pæne in fastidium adducta repererit, pag. 20; 2° quod ad paganæ religionis asseclas, tanquam

vulgatum suo tempore dicendi morem sequentis. Addit vero Servius : « qui au« rei tunc pretiosi erant », inepte, quum istorum numorum appellatio sit, ut origo, multo recentior.

4. Codd. οὔτε, et paulo infra, προόδῳ. Dein pro ἑκατόν leg. τριακοσίους.

5. Codd. sine ἀλλά scribunt ἀδιάκριτα κατέστησα (sic) : nos corr.

1. En ipse Noster fontem indigitat, Lactantium Firmianum, unde sua pleraque de Sibyllis hausit. Fuisse autem Lactantium Capitolii sacerdotem, incertum quo auctore, inepte certe, tradit.

τοῦ προλεχθέντος Καπιτωλίου γενόμενος, πρὸς τὸ αἰώνιον ἡμῶν φῶς τὸν Χριστὸν βλέψας ἐν ἰδίοις πονήμασι, τὰ εἰρημένα ταῖς Σιβύλλαις περὶ τῆς ἀῤῥήτου δόξης παρέθηκε, καὶ τὴν ἀλογίαν τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης δυνατῶς ἀπήλεγξε. Καὶ ἡ μὲν αὐτοῦ ἔντονος ἐξήγησις τῇ Αὐσονίᾳ γλώττῃ, οἱ δὲ Σιβυλλιακοὶ στίχοι Ἑλλάδι φωνῇ ἐξηνέχθησαν. Ἵνα δὲ τοῦτο μὴ ἄπιστον φαίνηται, μαρτυρίαν τοῦ προμνημονευθέντος ἀνδρὸς παρέξομαι, ἔχουσαν τόνδε τὸν τρόπον· [Ἐπεὶ [2] οὖν τὰ παρ' ἡμῖν εὑρισκόμενα Σιβυλλιακὰ οὐ μόνον ὡς εὐπόριστα τοῖς νοσοῦσι τὰ Ἑλλήνων εὐκαταφρόνητά ἐστι (τὰ γὰρ σπάνια τίμια δοκεῖ), ἀλλὰ καὶ ὡς πάντων τῶν στίχων μὴ σωζόντων τὴν ἀκρίβειαν τοῦ μέτρου, ἀργοτέραν ἔχει τὴν πίστιν· αἰτία δὲ αὕτη τῶν ταχυγράφων, οὐ συμφθασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου, ἢ [καὶ] [3] ἀπαιδεύτων γενομένων, οὐ τῆς προφήτιδος· ἅμα γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ ἐπέπαυτο ἡ τῶν λεχθέντων μνήμη. Πρὸς ἃ καὶ ὁ Πλάτων βλέψας ἔφη, ὅτι κατορθώσουσι πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσιν.] Ἡμεῖς [4] οὖν ἐκ τῶν κομισθέντων ἐν Ῥώμῃ ὑπὸ τῶν πρέσβεων ὅσα δυνατὸν παραθήσομεν· ἐξηγήσατο τοίνυν περὶ τοῦ ἀνάρχου Θεοῦ τάδε·

Εἷς Θεὸς [5] ὃς μόνος ἄρχει ὑπερμεγέθης, ἀγένητος.
Ἀλλὰ Θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου.
Ὃς μόνος ἐστὶ Θεὸς κτίστης, ἀκράτητος ὑπάρχων·
Αὐτὸς στήριξεν μορφῆς τε τύπον, μερόπων τε
Αὐγὰς μίξε, φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο.

Ὅπερ [6] εἴρηκεν ἢ καθὸ συνερχόμενοι εἰς σάρκα μίαν προσγίνονται, ἢ καθὸ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, ἐναντίων ὄντων ἀλλήλοις, καὶ τὸν ὑπουράνιον κόσμον καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐδημιούργησεν.

etiamtum numero spectabiles, alicubi respiciat, pag. ead.; 3° quod, Græcus licet, cum latinis Ecclesiæ catholicæ scriptoribus, Lactantio præsertim, pag. 18, sqq., familiaris fuisse videatur. Porro latinæ linguæ usum sub Justiniano imp., recu-

2. Ἐπεὶ οὖν et sequentia, quæ nos uncis quadratis inclusimus, non Lactantii sunt, sed Justini martyris, Cohort. ad Gr. § 37, ab auctore nostro aliud agente serius inserta Lactantiani, ita ut lectorem, nisi præmonitum, decipere possint.

3. Codd. plerique post ἢ copulam καί om. : sed habent cum Justino Suidas et alii.

4. Ἡμεῖς οὖν. At hic redit Noster ad auctorem suum, cujus ipsa verba recitat. En ergo illud quod supra nuntiaverat, male Justini verbis interruptum, Lactantii testimonium.

5. Εἷς Θεός, κ. τ. λ. Horum ver suum primi quatuor apud Lactantium statim præcedenti testimonio subjecti leguntur, in duo licet fragmenta divisi, pertinentque ad Procemium Sibyllinum,

Capitolii sacerdos ante fuerat, apertis ad æternam Christi lucem oculis, in suis operibus multa quæ a Sibyllis dicta de ineffabili gloria reperisset, protulit, græcæque superstitionis amentiam validis confutavit argumentis, acer veritatis interpres, Ausonia ille quidem lingua, sed ita ut Sibyllinos versus græce citaret. Ac ne cui falsum id videatur, afferam ipsius testimonium hoc tenore : [Quoniam ergo quæ apud nos reperiuntur Sibyllina, non solum, ut de medio sumpta, græco errore laborantibus sordent (sola enim raritas in pretio est), sed ob id etiam quod non omnes versus exactos numeros retinent, minus fidei inveniunt ; scias hanc notariorum esse culpam, qui vel sermonis velocitatem scribendo assequi nequiverunt, vel etiam indocti fuerunt, non ipsius Sibyllæ, cui, deficiente spiritu, cessabat a se dictorum memoria ; atque hanc ob causam scripsit Plato, multa magnaque a vatibus effici nihil scientibus eorum quæ dicant.] « In iis ergo versibus quos legati Romam attu- « lerunt, de uno Deo hæc sunt testimonia : Εἷς Θεὸς, ὃς μόνος « ἄρχει, κ. τ. λ. »

Unus Deus, qui solus regnat, maximus, nunquam natus.
Sed Deus solus unus supremus, qui fecit
Cælum, solemque, et stellas, et lunam,
Frugiferamque terram, et marinorum tumores fluctuum.
Qui solus est Deus creator, invictus manens :
Ipse statuit formæ [humanæ] normam, hominumque
Lucem [vitalem] miscuit, naturam omnium generationis ac vitæ.

Quod ita ait, seu quia in unam carnem congressi miscentur, sive quod ex elementis quatuor inter se contrariis mundum sub cælo universum hominemque ipsum Deus creavit.

peratis occidentis provinciis, plusquam alio unquam tempore, revixisse in oriente ibique pervulgatum fuisse, omnes sciunt. De ceteris ad hanc Præfationem ejusque auctorem pertinentibus, confer Excursum nostrum V, capp. 15 et 16.

7 et 41, sqq. Tres sequentes item e Lactantio huc adducti sunt, sed ex libro II, cap. 12, de quibus jam aliquid supra.

6. Ὅπερ εἴρηκεν, κ. τ. λ. Referendum hoc quasi scholion ad præcedentia verba, αὐγὰς μίξε, κ. τ. λ., abestque ex iis exemplaribus quæ Præfationem Anonymam cum fragmentis ipsi subjectis omittunt, uno excepto Betuleiano, in quo forte cum fragmentis servatum est. Notanda in codd. prava lectio πατρὸς γίνονται, orta videlicet ex compendio scripturæ male intellecto, ubi nos προσγίνονται, pro συγγίνονται, patente sensu ex Genesi, cap. 2, v. 24. Omnes deinde ὑπουράνιον, quondam a nobis in ὑπερουράνιον male mutatum, et omnes in fine ν ἐφελκυστικὸν recte addunt.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Ἀρχομένη πρώτης γενεῆς μερόπων ἀνθρώπων
Ἄχρις ἐπ' ἐσχατίῃσι προφητεύσω τὰ ἕκαστα,
Ὁππόσα πρὶν γέγονεν, πόσα δ' [ἐστὶν], ὁπόσσα δὲ μέλλει
Ἔσσεσθαι κόσμῳ διὰ δυσσεβίας ἀνθρώπων.
Πρῶτον δὴ κέλεταί με λέγειν Θεὸς, ὡς ἐγενήθη
Ἀτρεκέως κόσμος. Σὺ δὲ, ποικίλε θνητὲ, πίφασκε
Νουνεχέως, ἵνα μήποτ' ἐμῶν ἐφετμῶν ἀμελήσῃς,
Ὕψιστον βασιλῆα, ὃς ἔκτισε κόσμον ἅπαντα,

Arg. Continentur hoc libro rudimenta generis humani ante et post diluvium universum; inde, post ingentem rerum lacunam, Christi redemptoris adventus, vita, mors, resurrectio; origo christianæ religionis; Judæorum pœna et dispersio. Liber aperte christianus, ut et qui mox sequetur liber alter, ipsi cognatus olimque conjunctus. Ambo simul integrum fere sacræ historiæ corpus conficiunt; sed utrum primitus uno carmine conclusi, an e variis olim vulgatis, nunc deperditis libris consarcinati, ab auctore videlicet anonymæ Præfationis, incertum. Utique tertio sæculo non posteriores, uti præsertim ex libro II apparebit : retractati au-

Tit. Codices plerique, Ἐκ τοῦ πρώτου λόγου, quod ita interpretandum, non ex primo libro operis alicujus Sibyllini desumpta esse quæ hic legentur, sed primum hunc esse librum excerptorum e Sibyllinis, etsi verba aliud sonare videntur : sed non est cum nostro compilatore seu cum ejus librariis subtilius cavillandum. Sic etiam in principio libri II ferunt quædam exemplaria ἐν τῷ τρίτῳ

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER PRIMUS.

Incipiens primo generis mortalis ab ævo
Stirpis ad extremæ deducam singula tempus,
Quæ fuerint olim, quæ sint, quæ deinde parentur
Ob scelus humanum. Mundi me exordia primum
Fert aperire Deus; quem tu venerare potentem,
Ac mea, mortalis, non temnere dicta memento :
Æternus rector, totum qui condidit orbem,
Sic fatus : Fiat; simul et fuit. Ergo locavit

tem et in unam seriem redacti compilatoris manu, sicut testantur et ipsa Præfatio et transitiones quædam prosa oratione scriptæ, quæ textui poetico passim interjectæ, a nobis primis suo quæque loco restitutæ sunt. Itaque modo mutilati, modo interpolationibus aucti, caute admodum sunt legendi. Hujus quidem prima pars, 1-323, videtur ab una prodiisse manu, paucas adulterationes passa; quæ sequuntur, e diversis libris ac præsertim e laciniis libri VIII, § 2, consuta sunt. Confer Exc. nostr. V, capp. 10 et 12; item in hoc ipso volumine Introd. ad Sib. — 1, sqq. Exordium [auctoris, uti videtur, primarii].— 8, sqq. Mundi creatio.—

τόμῳ, ubi alia ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου, quin et alia ambo titulos retinuere.

1. Jam a principio illud ἀρχομένη vatem feminam ideoque Sibyllam denotat. De generationum, quas hic tangit, supputatione vide not. ad h. l.

3. Codd. πόσα δ' ἔσσετ' aut ἔσσεται: corr. Ops.

6. Cfr. III, 217.

8. Videtur huc respicere pseudo-Lucianus in Philopatride, p. 250 et 255, ed. Bip.

Εἴπας, Γεινάσθω, καὶ γείνατο. Ἥδρασε γὰρ γῆν
Ταρτάρῳ [ἀμφιβαλὼν], καὶ φῶς γλυκὺ αὐτὸς ἔδωκεν,
Οὐρανὸν ὕψωσε, γλαυκὴν δ' ἥπλωσε θάλασσαν,
Καὶ πόλον ἐστεφάνωσεν ἅλις πυριλαμπέσιν ἄστροις,
Καὶ γαῖαν κόσμησε φυτοῖς, ποταμοῖσι δὲ πόντον
Χευ[ομένοις] ἐκέρασσε, καὶ ἀέρι μίξεν ἀϋτμὰς
Καὶ νέφεα δροσόεντα· τιθεὶς ἄρα καὶ γένος ἄλλο,
Ἰχθύας ἐν πελάγεσσι, καὶ ὄρνεα δῶκεν ἀήταις,
Ὕλαις δ' αὖ θῆρας λασιαύχενας, ἠδὲ δράκοντας
Ἑρπυστὰς,.... καὶ πάνθ' ὅσα νῦν καθορᾶται.
Αὐτὸς ταῦτ' ἐποίησε λόγῳ, καὶ πάντ' ἐγενήθη
Ὦκα καὶ ἀτρεκέως· ὅδε γὰρ πέλετ' αὐτολόχευτος,
Οὐραν[όθεν] καθορῶν· [οὕτω] τετέλεστο δὲ κόσμος.
Καὶ τότε δὴ μετέπειτα πλάσεν πάλιν ἔμπνοον ἔργον,
Εἰκόνος ἐξ ἰδίης ἀπομαξάμενος νέον ἄνδρα,
Καλὸν, θεσπέσιον, τὸν δὴ κέλετ' ἐν Παραδείσῳ
Ἀμβροσίῳ ναίειν, ὥς οἱ καλὰ ἔργα μεμήλῃ.
Αὐτὰρ ὁ μοῦνος ἐὼν Παραδείσου ἐριθηλέϊ κήπῳ,
Προσλαλιὴν ποθέεσκε, καὶ ηὔχετο εἶδος ἀθρῆσαι
Ἄλλ', οἷον αὐτὸς ἔχεν. Τοῦ δὴ Θεὸς αὐτὸς ἀπούρας
Ἐκ λαπάρης [ὀστοῦν], ἐποιήσατο Εὔαν ἀγητὴν,
Κουριδίην ἄλοχον, ἣν δὴ πόρεν ἐν Παραδείσῳ
Τούτῳ συνναίειν. Ὁ δέ μιν κατιδὼν, μέγα θυμῷ
Θαῦμ' ἔχεν, ἐξαίφνης κεχαρημένος, [οἷον] ὁρᾶται
Ἀντίτυπον μίμημα· σοφοῖς δ' ἠμείβετο μύθοις,
Αὐτομάτοισι ῥέουσι· Θεῷ γὰρ πάντ' ἐμεμήλει.
Οὔτε γὰρ ἀκρασίῃ νόον ἔσκεπον, οὔτε μὲν αἰδῶ
[Ἄμφεχον], ἀλλ' ἦσαν κραδίαις ἀπάνευθε κακοῖο,
Χὼς θῆρες [βαίνεσκον ἀποσκεπέεσσι] μέλεσσι.

— 22, sqq. Hominis creatio et lapsus. —

10. Codd. ἀμφίσαλον vel ἀμφὶ σάλον: cfr. infra, 119.

14. Codd. χευάμενος vel χευάμενον: nos corr. Est autem χευαμένοις pro χυθεῖσι, ut alia multa similia in Sibyllinis, et in oraculo quodam apud Bentleium ad Malal. ποτεχεύατο pro προσεχύθη.

18. Versus mutilus. Post ὅσα Cast. addiderat e conj. κυκλόσε. Nos malumus epitheton supponere quodvis poeticum, fortasse κυανούς, sicut lib. XIII, 160, ἑρπυστὴν κυανόχρωον, et Nicandr. Ther. 438, κυανόν τε [vulg. cum duplici accentu κύανόν τε] δράκοντα.

20. Suid.: αὐτολόχευτος, αὐτογέννητος, ὁ Θεὸς ὁ ἀγέννητος, fortassis ex hoc versu. Cfr. Procem. 17.

21. Codd. οὐρανὸν καθορῶν, ac de-

Tartareis cinctam tenebris et gurgite terram;
Dulce dedit lumen; subvexit in ardua cælum;
Extendit glaucum pelagus; convexaque magni
Fornicis astrorum cinxit radiante corona;
Et terram ornavit plantis; et flumina ponto
Miscuit affundens; rapidosque per aera ventos
Sparsit, et imbriferas nubes: hinc sæcla creavit
Omnigena, et pisces undis, ventisque volucres
Immisit, silvisque feras, antrisque dracones;
Perque omnem mundi amplexum quodcumque videre est,
Ipse volens verbo fecit: verbo omnia facta
Et perfecta simul: manet immutabilis ille,
Auctor et ipse sui, totum despectat ab alto.
Sic labor impletus mundi. Tum denique vivum
Fecit opus, propria ducens ab imagine, pulcrum
Formosumque virum, campos quem jussit amœnos
Incolere, ut curis operam navaret honestis.
Hic vero, dum solus obit viridaria læta,
Jucundo sermone frui vultumque petebat
Consimilem spectare suo. Tunc ipsius unam
Eripuit lateri costam Pater, et dedit Evam
Uxorem, quæ juncta viro felicibus hortis
Degeret. Ut vidit juvenis, propriæque notavit
Exemplar formæ, stupuit, totusque recentem
Hausit lætitiam, et doctas jam reddere voces
Sponte sua cœpit: nam sic digesserat auctor.
Necdum illis mentes offusus sensibus error
Velarat, nec membra pudor: sed cordibus omnis
Fraus aberat, nudique errabant more ferino.

inde ὑποτετέλεστο, ubi olim nos e conj. οὔπω τετέλεστο : nunc pariter e conj. οὕτω scribimus, duce Lactantio, Div. Inst. VII, cap. 5, ita scribente: « Perfectis omnibus quæ ad conditionem mundi pertinebant, hominem finxit. » Et cfr. Genes. cap. 2, v. 1.

23. Ex libro VIII, 266.

25. Cfr. III, 220.

26. Sic codd. ἐριθηλέϊ, contra metrum; vide an ἡδέϊ placeat.

29. Codd. τούτου vel τούτῳ, ubi nos ὀστοῦν ex Aurati conj.

32. Codd. οἷος : nos corr.

33. Cfr. infra 333, et VIII, 270, quo tamen utroque loco longe alium induit sensum.

36. Codd. εἶχον vel ἄμφω εἶχον, ubi nos ἄμφεχον e conj.

37. Codd. καὶ ὡς θῆρες δὴ βίνεσκον (alii ἀβαίνεσκον) ἀπὸ σκοπίεσσι (vel uno verbo ἀποσκοπ.) μέλεσι : nos corr.

Τοῖσι δὲ καὶ μετέπειτα Θεὸς ἐφετμὰς ἀγορεύσας,
Δεῖξεν τοῦ δένδρου μὴ ψαύσειν. Τοὺς δὲ μάλ' αἰνὸς
Ἐξαπάτησεν ὄφις δολίως, ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
Τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.
Ἀλλὰ γυνὴ πρώτη προδότις [τις] γίνετ' ἐκείνῳ,
Ἣ δῶκεν, τοῦτον δ' ἀδαῆ πείθεσκεν ἁμαρτεῖν.
Ὃς δὲ γυναικὸς ἔπεσσι πεπεισμένος, ἐξελάθεσκεν
Ἀθανάτου κτίστου, σαφέων δ' ἀμέλησεν ἐφετμῶν.
Τοὔνεκεν ἀντ' ἀγαθοῖο λάβον κακὸν, οἷον ἔπραξαν.
Καὶ τότε δὴ γλυκερῆς συκῆς πέταλ' ἐμπείραντες,
Ἐσθῆτας τεύξαντες, ἐπ' ἀλλήλοισιν ἔθηκαν,
Μήδεά τ' ἀμφεκάλυψαν, ἐπεὶ σφίσιν ἤϊεν αἰδώς.
Τοῖσιν δ' ἀθάνατος κότον ἔνθετο, κἄκβαλεν ἔξω
Ἀθανάτου χώρου. Τόδε γὰρ τετελεσμένον ἦεν
Θνητοῖς ἐν χώρᾳ μεῖναι, ἐπεὶ οὐκ ἐφύλαξαν
Ἀθανάτου μεγάλοιο Θεοῦ λόγον ἀΐσαντες.
Οἱ δ' ἄφαρ ἐξελθόντες ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Δάκρυσι καὶ στοναχαῖς δεύοντο· ἔπειτα δὲ τοῖσιν
Ἀθάνατος Θεὸς αὐτὸς ἔπος προφερέστερον εἶπεν,
Αὔξεσθε, πληθύνεσθ', ἐργάζεσθ' ἐπὶ γαίης
Ἐντέχνως, ἵν' ἔχητε τροφῆς κόρον ἱδρώοντες.
Ὣς φάτο· τῆς δ' ἀπάτης τὸν ἐπαίτιον ἑρπυστῆρα
Νηδύϊ καὶ κενεῶνι ποιήσατο γαῖαν ἐρείδειν,
Πικρῶς ἐξελάσας· δεινὴν δ' ἔχθραν προΐαψεν
Ἐν μέσῳ ἀλλήλων· καὶ ὁ μὲν κεφαλὴν προφυλάσσει
Σώζειν, ὃς δὲ πτέρναν, ἐπεὶ θάνατός γε πάρεστι
Πλησίον ἀνθρώπων καὶ ἰοβόλων κακοβούλων.
Καὶ τότε δὴ γενεὴ πληθύνετο, ὡς ἐκέλευσεν
Αὐτὸς ὁ Παντοκράτωρ, καὶ αὔξανεν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Λαὸς ἀπειρέσιος. Οἴκους δὲ μὲν ἐξήσκησαν
Παντοίους, ἠδ' αὖτε πόλεις καὶ τείχε' ἐποίουν
Εὖ καὶ ἐπισταμένως. Οἷσι πολυχρόνιον ἦμαρ
Ὤπασεν εἰς ζωὴν πολυήρατον· οὐ γὰρ ἀνίαις

— 65, sqq. Prima hominum generatio [quam Sethidarum vocare possis]. —

40, sq. Ex libro VIII, 261, sq.

42. Codd. τις non habent : addidit Cast. e conj. Sed an melius πως quam τις adderetur?

47. An melius cum Volkmanno ἀμπείραντες, ex Homero, β, 426?

50. Codd. ἔθετο : nos corr.

53. An εἰσαΐσαντες legendum metri

Queis austera Deus tradens præcepta, cavendum
Arboris ostendit gustu. Sed pessimus illos
Decepit serpens, ut in atras mortis abirent
Insidias, scirentque bonum pravumque quid esset.
Capta prior, comitem incautum male perdidit uxor,
Quæ dedit, et partem suasit consciscere culpæ.
Ille nimis sponsæ facilis, magnique parentis
Immemor, heu! sprevit monitus manifestaque jussa.
Sic bona mutavere malis : ea præmia facti.
Nam primum, e ficu decerptis frondibus, arbor
Quas vicina tulit, vestes sibi mutua circum
Membra dedere, novo subternascente pudore.
At Deus omnipotens justa succensuit ira,
Dejectosque hortis procul immortalibus, ire
Jussit in exsilium, et campis habitare remôtis,
Æterni quoniam legem sprevere Parentis.
Qui simul egressi tetigerunt arva, dolorem
Cœperunt lacrimis gemituque effundere; at illos
Affatus genitor venerandis vocibus infit:
Crescite, multiplicate genus, durumque per artem
Exercete solum, vitam sudore parantes.
Sic ait, auctoremque mali exitiabilis anguem
In latus et ventrem terræ adreptare coegit,
Acribus exagitans verbis; odioque tenaci
Divisit medios; caput hic, calcem ille tuetur.
Quippe subest anceps lethi discrimen, utrosque
Dissocians, hominesque veneniferosque dracones.
Hinc genus humanum, sicut mandaverat ipse,
Multiplici crevit numero. Plebs magna per orbem
Exspatiata novum. Varia mox arte domorum
Tecta parant : urbes alii murosque coronant,
Artifici ingenio. Queis tempora longa dabantur
Vivendi : neque enim gravibus tum corpora curis

causa? Vel ut infra, 171, εἰσαΐοντες? nam metrica Sibyllina in hoc verbo laborat. Codd. quidam ἀείσαντος, unde volebat Ops. αἰὲν ἐόντος, satis recte.

57. Ipsissima sunt verba Geneseos, cap. 1, v. 22, item cap. 8 et 9, non semel; sed nusquam, ut hic, exeuntibus e Paradiso dicta

59. Alii codd. ὑπαίτιον.

67, sq. Cfr. infra, 91, sq.

Τειρόμενοι θνῆσκον, ἀλλ' ὡς δεδμημένοι ὕπνῳ,
Ὄλβιοι οἱ μέροπες μεγαλήτορες, οὓς ἐφίλησε
Σωτὴρ ἀθάνατος βασιλεὺς Θεός. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
Ἤλιτον ἀφροσύνῃ βεβολημένοι. Οἱ γὰρ ἀναιδῶς
Ἐξεγέλων πατέρας, καὶ μητέρας ἠτίμαζον,
Γνωστοὺς δ' οὐκ ἐγίνωσκον, ἀδελφειῶν ἐπίβουλοι·
Ἦσαν δ' ἄρ μιαροὶ, κεκορυθμένοι αἵματι φωτῶν,
Καὶ πολέμους ἐποίουν. [Ἐπὶ δ' αὐτοῖς] ἤλυθεν ἄτη
Ὑστάτη, οὐρανόθεν βεβολημένη, ἣ βιότοιο
Δεινοὺς ἐξεῖλεν· τοὺς δ' αὖ ὑπεδέξατο Ἅδης.
Ἅδην δ' αὖτ' ἐκάλεσσαν, ἐπεὶ πρῶτος μόλεν Ἀδὰμ
Γευσάμενος θανάτου, γαῖα δέ μιν ἀμφεκάλυψε.
Τοὔνεκα δὴ πάντες οἱ ἐπιχθόνιοι γεγαῶτες
Ἀνέρες εἰν Ἀΐδαο δόμοις ἰέναι καλέονται.
Ἀλλ' οὗτοι πάντες καὶ εἰν Ἀΐδαο μολόντες
Τιμὴν ἔσχηκαν, καὶ ἐπὶ πρῶτον γένος ἦσαν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τούτους ὑπεδέξατο, δεύτερον αὖθις
Τῶν καταλειφθέντων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων
Ἄλλο γένος τεῦξεν πολυποίκιλον, οἷς ἐμεμήλει
Ἔργ' ἐρατὰ, σπουδαί τε καλαὶ, καὶ ὑπείροχος αἰδὼς,
Καὶ πυκινὴ σοφίη· τέχνας δὲ μὲν ἐξήσκησαν
Παντοίας, εὑρόντες ἀμηχανίαις ἐπινοίας.
Καί τις μὲν γαίην ἀρότροις ἐξεῦρε γεωργεῖν,
Ἄλλος τεκταίνειν· ἄλλῳ δὲ πλέειν μεμέλητο,
Ἄλλῳ δ' ἀστρονομεῖν καὶ ὀνειροπολεῖν τὰ πετεινὰ,
Φαρμακίη δ' ἄλλῳ, αὐτὰρ μαγικὴ πάλιν ἄλλῳ·
Ἄλλοι δ' ἄλλα ἕκαστα μεμηλ[ότα] τεχνώοντο,
Γρήγοροι ἀλφηστῆρες, ἐπωνυμίης μετέχοντες
[Τοιαύτης], ὅτι, φασὶν, [ἀκοίμητον] νόον εἶχον,
Ἄπλητόν τε δέμας· στιβαροὶ μεγάλοι τ' ἐπὶ εἴδει

— 87, sqq. Secunda generatio, Egregororum. —

71. Ex Hesiodo, Oper. 116, unde et multa sequentium.

78. Codd. ἔση δ' αὐτοῖς: nos corr. ex Aurati conj. Minus placet, minus quippe poeticum, ἐπὶ δ' αὐτούς, lib. XI, 11, loco hinc ducto.

83. An potius ἀμφεκάλυψεν?

86. An uno verbo ἐπίπρωτον? Cfr. ἐπὶ πρώτην vel ἐπιπρώτην, V, 21, et XII, 28. Habent Sibyllistæ alia quoque ejusmodi composita ἐπίπας, περίπας, etc., sed dubia omnia.

Conficiebantur; placidoque simillima somno,
Mors obrepebat vitæ secura beatæ.
Felices et magnanimi, quos summus amavit
Rex Deus. Et tamen hos olim dementia cepit,
Quum jam nullus amor patrum, aut reverentia matrum,
Cognatis non ullus honos : quin fratribus ipsis
Insidiabantur, perversi, sanguine fœdi,
Atroces bellis : quos ultima perculit ira,
De cælo tactos aut dura morte peremptos.
Orcus eos cepit, græco qui nomine dictus
Est Hades, quod primus eo descenderit Adam,
Expertus mortis legem, terraque repostus;
Unde homines, quotquot fuerint, telluris alumni,
Infernas Hadæ sedes dicuntur adire.
Nec minus interea, quos primos abstulit Orcus,
Ob genus antiquum primo decorantur honore.
His semel inclusis terra, genus inde secundum
Conflavit Deus e reliquis, quos plurima virtus
Exemit fato. Nulla hac præstantior ætas,
Utilium studiis operum, castoque pudore,
Et disciplinis variis; artesque colebant
Quas natura sagax et quas extundit egestas.
Hic terram docuit fodere; ille fabrilia primus
Invenit : quidam torrentia flumina tranat :
Sidera suspectant alii, attenduntve volucrum
Auguriis, magicos ritus aut pharmaca curant :
Arti quisque suæ vacat impiger et studia urget,
Unde Repertores hi sunt Vigilesque vocati,
Arrectas quod non sinerent requiescere mentes.
Membra simul valida, et formis procera tremendis

92. Codd. plerique, et nos olim, ἀμηχανίας ἐπινοίαις : nunc corr. ex Theogn. 385, ubi est : Μητέρ' ἀμηχανίην ἔλαβον. Cfr. etiam Virg. Georg. I, 146.

97. Codd. μεμηλότε, præter unum fortasse Betuleianum, in quo Volkmann, vir doctus, visus est sibi legere μεμηλότα, utique recte. Nos conjecturam hanc cupide amplectimur, sic tamen ut legi malimus in versus initio ἄλλοις.

99. Codd. ταύτης, ubi nos τοιαύτης, sicut fere παντοίους et παντοίας, supra 68, 92, pariter ad versum sequentem rejecta. Deinde iidem codd. ὅτι φασίν vel ὅττι φρεσίν seu φρεσσίν, lectione utique non satis, ne nobis quidem, certa; ac deinde omnes ἀκύμαντον, pro quo nos ἀκοίμητον, ut 'Εγρήγοροι, « Vigiles », jure vocari possint.

100. Alii codd. ἄπληστον.

Ἦσαν ὁμῶς· ἔμολον δ' ὑπὸ ταρτάριον δόμον αἰνὸν,
Δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις πεφυλαγμένοι ἐξαποτῖσαι,
Εἰς Γέεναν μαλεροῦ λάβρου πυρὸς ἀκαμάτοιο.
Τῶν δὴ καὶ μετέπειτα πάλιν γένος ὀμβριμόθυμον
Ἐξεφάνη τρίτατόν γε ὑπερφιάλων ἀνθρώπων,
Δεινῶν, οἳ κακὰ πολλὰ παρὰ σφίσιν ἐξεπονοῦντο.
Καὶ τούςδ' ὑσμῖναί τ', ἀνδροκτασίαι τε, μάχαι τε
Συνεχέως ὤλεσκον, ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας.
Ἐκ τῶν δὴ μετὰ ταῦτα κατήλυθεν ὀψιτέλεστον
Ὁπλότατον γένος ἄλλο, μιαιφόνον, ἀκριτόβουλον,
Ἀνδρῶν ἐν τετράτῃ γενεῇ· οἳ πολλὰ χέεσκον
Αἵματα, οὔτε Θεὸν δειδιότες, οὔτ' ἀνθρώπους
Αἰδόμενοι. Μάλα γάρ τοι ἐπ' αὐτοῖσι βεβόλητο
Οἰστρομανὴς μῆνις καὶ δυσσεβίη ἀλεγεινή.
Καὶ τοὺς μὲν πόλεμοί τ', ἀνδροκτασίαι τε, μάχαι τε
Εἰς Ἔρεβος προΐαψαν, ὀϊζυρούς περ ἐόντας,
Ἄνδρας δυσσεβέας. Τοὺς δ' αὖ μετόπισθε χόλοισιν
Οὐράνιος Θεὸς αὐτὸς ἑοῦ μετεθήκατο κόσμου,
Ταρτάρῳ ἀμφιβαλὼν μεγάλῳ ὑπὸ πυθμένι γαίης.
Καὶ πάλιν ἄλλο γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
Ἀνθρώπων ποίησ', οἷς οὐκ ἀγαθὸν μετέπειτα
Ἀθάνατος Θεὸς τεῦξεν, ἐπεὶ κακὰ πόλλ' ἐπονοῦντο.
Οἱ γὰρ ὑβριστῆρες πολλῷ πλέον ἢ ὅτ' ἐκεῖνοι,
Γίγαντες σκολιοὶ, μιαρῶς δύσφημα χέοντες.
Μοῦνος δ' ἐν πάντεσσι δικαιότατος καὶ ἀληθὴς
Ἦν Νῶε, πιστότατος, καλοῖς τ' ἔργοισι μεμηλώς.
Καὶ τῷ μὲν Θεὸς αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν φάτο τοῖα,
Νῶε, δέμας θάρσυνον ἑὸν, λαοῖσί τε πᾶσι
Κήρυξον μετάνοιαν, ὅπως σωθῶσιν ἅπαντες.
Ἢν δέ γε οὐκ ἀλέγωσιν, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες,
Πᾶν γένος ἐξολέσω μεγάλοις ὑδάτων κατακλυσμοῖς.
Σοὶ δ' ὦκ' ἐκ ῥίζης γε ἀδιψήτοιο τεθηλὸς

— 104, sqq. Tertia, superborum quorumdam et bello audacium. — 109, sqq Quarta, impiorum et perversorum. — 120, sqq. Quinta, Gigantum, ex qua fuit Noëmus. — 125, sqq. Diluvium universum Noëmo ab ipso Deo prænuntiatur. —

101. An potius ἦσαν· ὅμως δ' ἔμολον? quanquam ὁμῶς Sibyllinum est.

102. Cfr. infra, 180.

107. Codd. ὑσμίνη, in singulari, non

Corpora. Sed tamen hi stygias obiere tenebras,
Et non frangendis astricti membra catenis,
Ignis inexstincti diram subiere Gehennam.
Tertia stirps hominum post illos deinde secuta est,
Sævior, et fastu mentes inflata superbo :
Qui mala multa sibi per mutua damna parantes,
Semper et assiduo miscentes arma tumultu,
Bella per et pugnas internecione peribant,
Cordibus indomiti. Quorum de sanguine nata est
Posterior soboles, temeraria, cæde cruenta :
Quarta virum gens illa fuit, qui sanguine multo
Immaduere, metu sublato hominumque Deique.
Scilicet insana rapti vertigine, quantum
Sævitia, tantum misera impietate furebant.
Atque hos bella quidem cædesque et prælia dira
Demisere Erebo, lacrimandos, impia quamvis
Pectora gestantes ; quos omnes percitus ira
Cælestis Deus ipse suo detrusit ab orbe,
Tartareis clausos tenebris tellure sub ima.
Postremo longe pejorem condidit auctor
Atque illaudatam stirpem, quam deinde severis
Affecit pœnis, multa intoleranda patrantem :
Scilicet audaces multo magis atque priores,
Immanes animis, fantes infanda, Gigantes.
Inter quos unus fuit observantior æqui
Noë, tenax fidei, sapiens, et rebus honestis
Addictus ; quem sic Deus est affatus ab alto :
Collige, Noë, tuas vires, populosque moneto
Vitæ omnes mutare viam, serventur ut omnes.
Sin monita haud curent (tanta est insania), totum
Disperdam genus, illuvie grassatus aquarum.
Tu propere sylvis humori impervia cæde

ita bene : nos ὑσμῖναί τ', ex Homero Odyss. λ, 611, et Hesiodo, Theog. 228. Versus, ut apud veteres poetas, ita in Sibyllinis frequens, unde nec alias notandus.

115. Ex Homero, Odyss. loc. supra dict. una licet voce mutata.

118. Suspicabatur vir quidam doctus μεθεήκατο.

121. Codd. ποιήσας οὐκ ἄγ. vel ποίησεν, οἷς οὐκ ἄγ.

122. Codd. quidam Θεός omittunt.

124. Cf. II, 233.

132. Cfr. infra, 185, et III, 403.

Δουράτεον κέλομαι δῶμ' ἄφθιτον ἀσκήσασθαι.
Θήσω δ' ἐν στήθεσσι νόον, πυκινὴν δέ τε τέχνην,
Καὶ μέτρα, καὶ κόλπον· ἐμοὶ δέ τε πάντα μελήσει,
Ὥστε σε σωθῆναι καὶ ὅσοι σὺν σοὶ ναίουσιν.
Εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ἐὼν (σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον)·
Οὐρανὸν ἐνδέδυμαι, περιβέβλημαι δὲ θάλασσαν,
Γαῖα δέ μοι στήριγμα ποδῶν, περὶ σῶμα κέχυται
Ἀὴρ, ἠδ' ἄστρων με χορὸς περιδέδρομε πάντῃ.
Ἐννέα γράμματ' ἔχω· τετρασύλλαβός εἰμι· νόει με.
Αἱ τρεῖς αἱ πρῶται δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη,
Ἡ λοιπὴ δὲ τὰ λοιπὰ, καὶ εἰσὶν ἄφωνα δὲ πέντε·
Τοῦ παντὸς δ' ἀριθμοῦ ἑκατοντάδες εἰσὶ δὶς ὀκτὼ,
Καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες, σὺν γ' ἑπτά. Γνοὺς δὲ τίς εἰμι,
Οὐκ ἀμύητος ἔσῃ τῆς παρ' ἐμοὶ σοφίης.
Ὣς φάτο· τὸν δὲ τρόμος λάβε μυρίος, οἷον ἄκουσε.
Καὶ τότε δὴ νοερῶς τεχνησάμενος τὰ ἕκαστα,
Λαοὺς ἐλλιτάνευε, λόγων δ' ἐξῆρχετο τοίων,
Ἄνδρες ἀπιστόκοροι, μεγάλῳ βεβολημένοι οἴστρῳ,
Οὐ λήσει Θεὸν ὅσσ' ἐπράξατε. Πάντα γὰρ οἶδεν
Ἀθάνατος σωτὴρ, πανεπίσκοπος, ὅς μ' ἐκέλευσεν
Ἀγγέλλειν ὑμῖν, ἵνα μὴ φρεσὶν ἐξαπόλησθε.
Νήψατε, τὰς κακίας ἀποκόψατε, μηδὲ βιαίως
Ἀλλήλοις μάρνασθε, μιαιφόνον ἦτορ ἔχοντες,
Αἵμασιν ἀνδρομέοις πολλὴν γαῖαν ἀρδεύοντες.
Αἰδέσθητε, βροτοὶ, τὸν ὑπερμεγέθη καὶ ἄτρεστον
Οὐράνιον κτίστην, Θεὸν ἄφθιτον, ὃς πόλον οἰκεῖ,
Καὶ τοῦτον πάντες λιτανεύσατε (χρηστὸς ὑπάρχει),
Τοῦτον ὑπὲρ ζωῆς πόλεων κόσμοιό τε παντὸς,
Τετραπόδων, πτηνῶν τε, ἵν' ἵλεως ἔσσεθ' ἅπασιν.
Ἔσται γὰρ ὅτε κόσμος ὅλος ἀπερείσιος ἀνδρῶν,

— 136, sqq. Ænigma de Dei nomine. — 147, sqq. Noëmi prædicatio. —

133. Codd. δόμον, ubi δῶμ' proposuit Ops. recte.

138, sqq. E sanctis libris, præsertim propheticis, passim. Sed et conferendum Orphicum fragm. I, et Serapidis oraculum de se ipso apud Macrobium, Sat. I, cap. 20.

139. Productum in κέχυται crementum Sibyllina licentia.

141, sqq. Ænigma propter numeros obscuros atque incertos difficile, necdum solutum : vide not.

145. Codd. R. et F. σὺν τοῖς ἑπτά, cetera ut vulg. et nos. Sed in excerptis

Ligna, domumque fretis habilem fabricare secandis.
Ipse operis monstrabo viam, dabo mentis acumen,
Mensuram, spatium, formam : mihi cura salutis
Summa tuæ fuerit, fuerit mihi cura tuorum.
Ipse ego sum qui sum (memor huc advertito mentem);
Vestit me cælum; cingunt magni æquora ponti;
Fulcit terra pedes; vastus complectitur aer;
Et chorus astrorum me circumvolvitur omnis.
Sunt elementa novem mihi, sunt et quattuor omnes
Syllabæ ; in his primæ tres binis ex elementis,
Quarta fit e reliquis; insunt his consona quinque.
Totius at numeri bis sunt hecatontades octo
Et ter tres decades, cum septem. Si scieris me,
Divinæ te nulla rei secreta latebunt.
    Sic effatus : at hunc subito tremor occupat ingens.
Mox ubi prudenti jussa omnia mente paravit,
Hortari cœpit populos et talia fari :
    O homines, quis vos incredulus abripit error ?
Vestra latere Deum speratis facta ? Salutis
Arbiter æternus, videt omnia et omnia novit :
Cujus dicta fero, ne vos dementia perdat.
Discite justitiam, vitiis absistite, neve
Inter vos furiis odia exercete cruentis,
Humano late maculantes sanguine terram.
Immensum invictumque Deum, rerumque potentem,
Cui domus in cælo, cui finis nulla, timete,
Mortales, votisque piis orate (benignum
Scilicet), ut mundum viventem, urbesque, hominesque,
Quadrupedes volucresque, ut præsens omnia servet.
Tempus erit, quum totus aquis delebitur orbis,

mstis passim obviis, in iis præsertim quæ sub Theosophiæ titulo bibliothecarum catalogis inscribuntur, diverse legitur, καὶ τέσσαρες vel σὺν τετράσι, alicubi etiam καὶ δὶς ἑπτά, unde major nodi solvendi difficultas : vide not.

146. Pentametro pro hexametro clauditur ænigma non sine exemplis inscriptionum veterum, etiam apud Manethonem crebris.

150, sqq. Cfr. Fabricium in Pseudepigraph. V. T. et vide not.

150. Ἀπιστόκοροι, « impietate farti », et sic infra, 177 et 329. At in libris XI-XIV, passim ἀπληστόκοροι, unde ratio dubitandi.

159. Sic in Psalterio sæpe, ὅτι χρηστός, « quoniam bonus », Ps. 10, v. 1, et passim.

161. Finis idem versus infra, 274.

Ὕδασιν ὀλλύμενος, φοβερὰν ὀλολύξετ' ἀοιδήν.
Ἔσται δ' ἐξαπίνης ἀὴρ ἀκατάστατος ὑμῖν,
Καὶ χόλος οὐρανόθεν μεγάλου Θεοῦ ἥξει ἐφ' ὑμᾶς.
Ἔσται δ' ἀτρεκέως, ὅτ' ἐς ἀνθρώπους προϊάψει
Σωτὴρ ἀθάνατος, ἂν μὴ Θεὸν ἱλάξησθε,
Καὶ μετάνοιαν ἔχητ' ἀπὸ νῦν, καὶ μηκέτι μηδὲν
Δύσκολον ἠὲ κακόν τ' ἀθεμίστατον ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Πράττῃ, ἀλλ' ὁσίῳ βιότῳ πεφυλαγμένος εἴη.
Οἱ δέ μιν εἰσαΐοντες ἐμυκτήριζον ἕκαστος,
Ἔκφρονα κικλήσκοντες, ἀτὰρ μεμανημένον ἄνδρα.
Καὶ τότε δ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνίαχε Νῶε ἀοιδήν,
Ὦ μέγα δείλαιοι, κακοήτορες, ἄστατοι ἄνδρες,
Αἰδοίην προλιπόντες, ἀναιδείην ποθέοντες,
Ἁρπασιαῖοι τύραννοι, ἁμαρτωλοί τε βίαιοι,
Ψεῦσται, ἀπιστόκοροι, κακοπράγμονες, οὐδὲν ἀληθεῖς,
Λεκτροκλόποι θ', εὑρεσσίλογοι, δύσφημα χέοντες,
Οὐκ ὀργὴν δὲ Θεοῦ δειδιότες ὑψίστοιο,
Εἰς γενεὴν πέμπτην πεφυλαγμένοι ἐξαποτῖσαι.
Οὐ κλαίετ' ἄλλυδις ἄλλον, ἀπηνέες, ἀλλὰ γελᾶτε.
Σαρδόνιον μείδημα γελάσσετε, ὁππόταν ἥξῃ
Τοῦτο, λέγω, τὸ Θεοῦ φοβερὸν καὶ ἐπήλυτον ὕδωρ,
Ὁππότε καινιεῖ ἱερὸν γένος ἐν χθονὶ κῦμα,
Ἀέναον ῥίζησιν ἀδιψήτοισι τεθηλός,
Αὐτόπρυμνον ἄϊστον ἰῇ [δ'] ἐν νυκτὶ γένηται,
Καὶ πόλεις αὐτάνδρους σεισίχθων εἰνοσίγαιος
Κευθμῶνος γαίης σκεδάσει, καὶ τείχεα λύσει.
Καὶ τότε κόσμος ἅπας τε ἀπειρεσίων ἀνθρώπων
Θνήξεται. Αὐτὰρ ἐγὼ πόσα πενθήσω, πόσα κλαύσω
Οἴκῳ δουρατέῳ, πόσα δάκρυα κύμασι μίξω;
Ἢν γὰρ ἐπέλθῃ τοῦτο Θεοῦ κεκελευσμένον ὕδωρ,
Πλεύσει γῆ, πλεύσουσιν ὄρη, πλεύσει δὲ καὶ αἰθήρ,
Ὕδωρ ἔσται ἅπαντα, καὶ ὕδασι πάντ' ἀπολεῖται.
Στήσονται δ' ἄνεμοι, καὶ δεύτερος ἔσσεται αἰών.

163. An φοβερήν legendum?

174. Ἄστατοι an forte respicit ad ἀστασίῃσι τύραννοι, VIII, 185?

175—177. Tres versus ex VIII, 184, sqq. male huc illati.

176. Sic codd. : sed peccant lingua metrumque, et omnino legendum videtur ἅρπαγες ἠδὲ τύραννοι vel ἠὲ τύραννοι. Aliter codd. libro VIII, 185, ἀστασίῃσι τύραννοι, ubi vide not.

179. Cfr. VIII, 183.

180. Cfr. supra, 102.

Totaque gens hominum : vos illa ululabitis hora.
Tempus erit, quum vi subita turbabitur aer,
De cæloque repente Dei vos opprimet ira.
Tempus erit, magni quum Numinis ultio præsens
Sæviet in terras, nisi vos placabitis illam
Mutata vitæ jamjam ratione, neque ulli
Inter vos posthac vis aut injuria fiat,
Sancta sed a cunctis pietatis jura colantur.
Sic ait : ast illi frustra ridere monentem,
Insanumque virum dementatumque vocare.
Tunc iterum tales effudit Noë loquelas :
O miseri, perversum animis et futile vulgus,
Fas omne et sanctum soliti violare pudorem,
Raptores violenti, importunique tyranni,
Mendaces, peccare avidi, sine jure fideve,
Proni in adulterium, falsa et blasphema loquentes,
Nil formidantes supremi Numinis iram,
Quæ vos ad quinti pœnas jam destinat ævi.
Non fletis, duri, inter vos! ridetis, inepti!
Sardonium risum ridebitis, horrida quando
Illa repens effusa ruet divinitus unda,
In terrisque sacram renovabunt æquora gentem
Florentem æternum radicibus incorruptis,
Quæ penitus noctis spatio delebitur uno,
Cumque viris urbes imis evellet ab antris
Terrarum concussor et ardua mœnia rumpet.
Et tunc omne decus mundi, cunctique peribunt
Mortales. At ego, heu! quantum lacrimansque gemensque,
Inclusus ligno, miscebo fletibus æquor!
Illa, inquam, mittente Deo, quum venerit unda,
Nabit humus, nabunt montes, cælum quoque nabit;
Omnia pontus erunt, perdentur et omnia ponto.
Tum venti sistent, atque ætas altera surget.

181. Sic infra, 399, ἀλλήλας κλαύσουσιν.

183. Ex VII, 7.

184, sqq. Quinque versus ex III, 403, sqq., sed male huc illati et misere depravati : vide ibi not.

185. Cfr. supra, 132.

186. Melius III, 404, αὐτόπρεμνον. Deinde codd. omnes copulam δ' omittebant : nos add.

192, sqq. Septem versus ex VII, 7, sqq. et cfr. supra, 183.

Ὦ Φρυγίη, πρώτη δ' ἀναδύσῃ ἀφ' ὕδατος ἄκρου·
Πρώτη δ' αὖ θρέψεις γενεὴν ἑτέρην ἀνθρώπων
Ἀρχομένην αὖθις· ἔσσῃ δὲ τροφὸς περὶ πάντων.
Ἀλλ' ὅτε δὴ γενεῇ τὰ μάτην ἐλάλησεν ἀθέσμῳ,
Ὕψιστός τ' ὤφθη, πάλι δ' ἴαχε, φώνησέν τε,
Ἤδη καιρὸς ἐπέστη, Νῶε, τὰ ἕκαστ' ἀγορεύειν,
Ὅσσα τε ἤματι τῷ σοὶ ὑπέστην καὶ κατένευσα,
Πάντα μάλ', ὅσσα πάρος γενεαὶ κακὰ μυρί' ἔπραξαν,
Ῥέξαι ἀπειρεσίῳ κόσμῳ διὰ λαὸν ἀπειθῆ.
Ἀλλὰ τάχει ἔμβηθι σὺν υἱέσιν, ἠδὲ δάμαρτι,
Καὶ νύμφαις. Κάλεσον δ' ὁπόσοις κέλομαι ἀγορεύειν,
Τετραπόδων [τά τε] φῦλα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ πετεηνά.
Τοῖσιν δ' ἐν στήθεσσιν ἐγὼ μετέπειτα βαλοῦμαι
Προφρονέως ἰέναι, ὁπόσων ζωὴν ἐπιτείλω.
Ὣς ἔφατ'· αὐτὰρ ὁ βῆ, μέγα δ' ἴαχε, φώνησέν τε.
Καὶ τότε δ' αὖ ἄλοχος, καὶ υἱέες, ἠδέ γε νύμφαι,
Οἴκῳ δουρατέῳ ἐσελήλυθον· αὐτὰρ ἔπειτα
Βῆσάν τ' ἄλλα ἕκασθ', ὅσαπερ Θεὸς ἤθελ' [ἐέρξαι].
Ἀλλ' ὅτε δ' ἁρμονία κληῒς περὶ πῶμ' ἐγενήθη,
Εἰς [πλάγι'] ἁρμοσθεῖσα περιξεστῷ ἐνὶ χώρῳ,
Δὴ τότ' ἐπουρανίοιο Θεοῦ ἐτελείετο βουλή.
Σὺν δ' ἔβαλεν νεφέλας, κρύψεν δὲ πυραυγέα δίσκον·
Σὺν δ' ἄστροις μήνην, καὶ οὐράνιον στεφάνωμα,
Πάντα περισκεπάσας, μεγάλ' ἔκτυπε, δεῖμα βροτοῖσι,
Πρηστῆρας πέμπων· συνεπηγείροντο δ' ἀῆται
Πάντες, καὶ ὑδάτων φλέβες ἐλλύοντο ἅπασαι,
Οὐρανόθεν μεγάλων ἀνοιγομένων καταρακτῶν,
Καὶ μυχῶν γαίης καὶ ἀβύσσου ἀκαμάτοιο
Ὕδατα μυριόεντα φάνη, καὶ γῆ ἐκαλύφθη
Πᾶσα ἀπειρέσιος. Αὐτὸς δ' ἐπενήχετο ὄμβρῳ
Οἶκος θεσπέσιος· πολλοῖσι δὲ κύμασι λάβροις
Ῥηγνύμενος, καὶ νηχόμενος ἀνέμων ὑπὸ ῥιπῆς,
Ὤρνυτο δειμαλέως· ἔτεμεν δέ γε μυρίον ἀφρὸν
Στεῖρα, κινυμένων ὑδάτων κελαρυζομενάων.

— 199, sqq. Diluvii universi narratio. —

196, sqq. Cfr. infra, 261, sqq. et VII, 12, sqq.

207. Codd. τά τε non habent : adjecit Ops. Deinde iidem καὶ ἑρπετῶν καὶ πετεηνῶν. : corr. Ops. Lectionem vero πετεεινῶν plane nunc omittimus.

O Phrygia, ex alto tu gurgite prima resurgens,
Ad lucem erumpes : hominum tu prima renatum
Educes genus, et censebere maxima nutrix.
Sed postquam frustra monuit mala corda, supremum
Astitit ante oculos Numen, rursusque locutum est :
Jamnunc tempus adest, quo fiant omnia, Noë,
Quæ tibi promittens olim ventura monebam.
Omnia quæ faciunt, et quæ fecere priores,
Certum est indocili cumulata rependere mundo.
Sed tu, cum natis et conjuge, protinus intra,
Et nuribus ; necnon, me designante, vocabis
Omne genus pecudum, volucres ipsasque vocabis
Serpentes : ego deinde, quibus dabo vivere, mentem
Injiciam, ne quid cessent parere jubenti.
Sic ait : ille autem clamorem sustulit altum.
Intravit conjux primum; natique, nurusque
Lignea tecta domus subierunt; cetera deinde
Omnia, quæ voluit Deus alta includere nave.
Hinc, ubi conveniens firmavit opercula clavis,
Missa per obliquum, qua sedes apta dabatur,
Tum suprema Dei jamjamque implenda voluntas
Nubila condensat, solem caligine condit
Horribili, et lunam, stellas, cælique coronam
Obvolvens tenebris, mortalia pectora turbat.
Verruntur sola turbinibus : flant undique venti
Collecta in medium rabie; solvuntur aquarum
Venæ omnes; rumpit polus immanes cataractas,
Et quæcumque latent terræ interioribus antris
Mille fluenta ruunt : immenso gurgite mundus
Obruitur. Domus interea divina natabat,
Fluctibus et ventis circumsona, terribilesque
Undarum venientum ictus hinc semper et illinc
Fortibus excipiens costis habilique carina,
Spumantem rauco sulcabat murmure pontum.

213. Codd. ἤθελε ῥαῖξαι vel ῥέξαι : nos corr.

215. Codd. plerique εἰς πλάγιον, alii pessime εἰς πλάσιν : correx. nos, metri causa, duce Turnebo. Fons autem veræ lectionis ex Genesi, cap. 6, v. 16, ubi est ἐκ πλαγίων.

216. Finis aperte ex Homero.

229. Codd. στεῖρα, et sic nos olim : Sed medelam suasit Boissonadius ex Ho-

Ἀλλ' ὅτε κόσμον ἅπαντα Θεὸς κατέκλυσ' ὑετοῖσι,
Καὶ τότε δ' αὖ Νῶε φρεσὶν ἔνθετο, ὄφρ' ἐσαθρήσῃ,
Ἀθανάτου βουλῇσιν· ἔδυ δέ τε Νηρέος ἄδην.
Ὦκα δὲ πῶμ' ἀνέωξε περιξεστοῦ ἀπὸ τοίχου
Ἐμπείροις ἁρμοῖσι κατ' ἀντίον ἁρμοσθέντα·
Καὶ λεύσας ὑδάτων ἀπειρεσίων πολὺ πλῆθος
Πάντοσε Νῶε [μόρον μόνον] ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι,
Δεῖμ' ἔχε, καὶ κραδίην πάλλεν μέγα. Καὶ τότε δ' ἀὴρ
Βαιὸν στειλάμενος, ἐπειὴ κάμεν ἤμασι πολλοῖς
Κόσμον ὅλον δεύων, διελὼν τότε, οἷά τε χλωρὸν,
Αἱματόεντα πόλοιο μέγαν τε πυραυγέα δίσκον
Δεῖξεν κεκμηῶτα· μόλις δ' εἶχεν Νῶε θάρσος.
Καὶ τότε δὴ πελίην οἴην ἀπονόσφι ποιήσας
Ἔκβαλεν, ὄφρα γνοίη ἐνὶ φρεσὶν, εἴ ποτε γαῖα
Φαίνετ' ἔτι στερεή. Ἡ δὲ πτερύγεσσι καμοῦσα,
Πάντα περιπτήσασα, πάλιν τρέπετ'· οὔτε γὰρ ὕδωρ
Ἦν κοπάσαν· μάλα γάρ τε πεπληρώκει τὰ ἕκαστα.
Αὐτὰρ ὃς ἡσυχάσας πάλιν ἤματα, πέμπε πέλειαν
Αὖθις, ἵνα γνῷ, εἴπερ ἐπαύσατο ὕδατα πολλά.
Ἡ δ' ἄρα πωτήεσσα διέπτατο· βῆ δ' ἐπὶ γαῖαν·
Βαιὸν δ' ἀμπαύσασα δέμας νοτερῇ ἐπὶ γαίῃ,
Ἂψ ἐπὶ Νῶε πάλιν δ' [ἐπανή]λυθε, κάρφος ἐλαίας
Σῆμα φέρουσα μέγ' ἀγγελίης. Θάρσος δ' ἔχε πάντας
Καὶ μέγα χάρμ', ὅτι γαῖαν ἐπελπίζεσκον ἀθρῆσαι.
Καὶ τότε δὴ μετέπειτ' ἄλλον μελανόπτερον ὄρνιν
[Τεύχεος ἐξαπέπεμψεν]· ὁ δὲ πτερύγεσσι πεποιθὼς,
Προφρονέως πέτατο, γαίῃ δ' ἐλθὼν ἀπέμεινε.
Γνῶ δέ τε Νῶε ὅτι γαῖα πέλει πέλας ἆσσον ἐοῦσα.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥοθίοις ἐπὶ κύμασιν ἔνθα καὶ ἔνθα,
Ἀμβροσίῃ τέχνῃ, ἐπενήχετο οἴδμασι πόντου,
[Πη]γνυμένη ὀλίγης ἐπὶ ἠόνος ἐστήρικτο.
Ἔστι δέ [τι] Φρυγίης ἐπὶ ἠπείροιο μελαίνης
Ἠλίβατον τανύμηκες ὄρος· Ἀραρὰτ δὲ καλεῖται,
Ὅττ' ἄρα σωθήσεσθαι ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔμελλον,

mero, Iliad. α, 482, Odyss. β, 482, ubi pariter στείρῃ ad versum rejicitur.

232. Volebat Struvius ἀναοιγομένων.

236. Codd. νῶ' ἔμορεν ὀφθ. vel νόον ἔμαρε, utrumque sine sensu : nos corr.

241. Cfr. VII, 125.

244. Codd. ἐπὶ στερεῇ : nos corr.

251. Codd. δέ τε ἤλυθε : nos corr.

Sed postquam totum pluviis Deus eluit orbem,
Tum vero cupiit (nam sic Deus ipse monebat)
Cernere Noë foras, nec jam fastidia Nerei
Longa ferens, tecti loculos, quos mobile lignum
Artabat mira junctos compage, resolvit.
Tum procul immensam molem miratus aquarum,
Objectumque sibi pontum undique et undique mortem
Ut videt, ut magno pulsatur corda timore.
Interea parvo cœpit discedere tractu,
Heu! nimium longa madidum caligine cælum;
Sanguineoque polus tinctum livore retexit
Et tanquam fessum solis caput. Ille timore
Vix posito, et si qua tellus nudata pateret,
Scire parans, uni laxavit claustra columbæ;
Quæ, postquam rapidis lustravit singula pennis,
Fessa labore redit : neque enim defecerat unda,
Terrarum late immensum diffusa per orbem.
Inde aliquot fluxere dies, rursusque columba
Missa foras, si forte tumor compressus aquarum.
Fertur avis levibus pennis vaga, nactaque terram
Humentem, vires optata sede reponit :
Mox ad Noë redit, ramum frondentis olivæ
Ore ferens, terræ signum pignusque receptæ;
Quo viso firmati omnes, telluris amore
Exsultant. Aliam posthac nigrantibus alis
Emisit volucrem, celeri quæ fisa volatu,
Inventoque solo, reditus secura, remansit.
Sensit adesse sibi portus jam Noë propinquos :
Ac postquam paulisper aquis impulsa natavit
Divina ratis arte, secans maris humida terga,
Appulit exiguæ terræ tandemque quievit.
Est mons in Phrygiæ nigræ felicibus arvis,
Arduus, alta petens, Ararat cognomine dictus
Haud frustra, quod certam illic reperire salutem

255. Codd. τάχος ἐξέπεμψεν vel ὑπεξέπεμψεν : nos corr. dubia tamen lectione. Quidam τοίχου proposuerunt : plerique ὡς τάχος. Vide an λάρνακος placeat.
260. Codd. ῥηγνυμένη : corr. Ops.
261, sqq. De hoc loco, vide not.

Ἐν τούτῳ μεγάλη δὲ ποθὴ καταθύμιος ἦεν·
Ἔνθα φλέβες μεγάλου ποταμοῦ Μαρσύαο πέφυκαν.
[Τοῦδε] κιβωτὸς ἔμεινεν ἐν [ὑψήεντι] καρήνῳ,
Ληξάντων ὑδάτων. Τότε δ' αὖ πάλιν οὐρανόθι πρὸ
Θεσπεσίη μεγάλοιο Θεοῦ πάλιν ἴαχε φωνὴ
Τοῖον ἔπος, Νῶε πεφυλαγμένε, πιστὲ, δίκαιε,
Θαρσαλέως ἔξελθε σὺν υἱέσι, καί τε δάμαρτι,
Καὶ νύμφαις τρισσαῖς, καὶ πλήσατε γαῖαν ἅπασαν
Αὐξόμενοι, πληθυνόμενοι, τὰ δίκαια νέμοντες
Ἀλλήλοις, γενεαῖς γενεῶν, ἄχρις εἰς κρίσιν ἥξει
Πᾶν γένος ἀνθρώπων, ἐπειὴ κρίσις ἔσσεθ' ἅπασιν.
Ὣς ἔφατ' ἀμβροσίη φωνῇ. Νῶε δ' ἀπὸ κοίτης
Ἧξ' ἀποθαρσήσας ἐπὶ γῆς· υἱοὶ δὲ σὺν αὐτῷ,
Ἠδὲ δάμαρ, νύμφαι τε, καὶ ἑρπετὰ, καὶ πετεηνὰ,
Τετραπόδων θηρῶν τε γένη, καὶ τἄλλ' ἅμα πάντα
Οἴκου δουρατέου ἐξήεσαν εἰς ἕνα χῶρον.
Καὶ τότε δή τοι Νῶε δικαιότατος ἀνθρώπων
Ὄγδοος ἐξῆλθεν, δὶς εἴκοσι καὶ μίαν ἠῶ
Πληρώσας ὑδάτεσσι, Θεοῦ μεγάλου διὰ βουλάς.
Ἔνθ' αὖθις βιότοιο νέη ἀνέτειλε γενέθλη,
Χρυσείη πρώτη, ἥτις πέλεθ' ἕκτη, ἀρίστη,
Ἐξ οὗ πρωτόπλαστος ἀνὴρ γένετ'· οὔνομα δ' αὐτῇ
Οὐρανίη, ὅτι πάντα Θεῷ μεμελημένη ἔσται.
Ὦ γενεῆς ἕκτης πρῶτον γένος, ὦ μέγα χάρμα,
Ἧς ἔλαχον μετέπειτα, ὅτ' ἔκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον,
Πολλὰ κλυδωνισθεῖσ' ἅμ' ἐμῷ πόσει καὶ δαέρεσσιν,
Ἠδ' ἑκυρῷ θ' ἑκυρῇ, ὁμονύμφοισί τε παθοῦσα.
Ἄρτι δὲ αἰνήσω· ἔσται πολυποίκιλον ἄνθος
Ἐν συκῇ. [Μέσος εἶτα] χρόνος βασιλήϊον ἀρχὴν

— 283, sqq. Sexta hominum generatio post diluvium prima, Aurea vulgo dicta, [cujus se Sibylla participem facit, ab ipsaque ideo narrare desinit, vaticinari in-

265. Codd. μαρσύου. Prima in hoc nomine corrupta non magis offendit quam alia apud Nostros similia, ut in πιστοπορθεῖς, VIII, 187, etc.

266. Codd. τῷ δε et ὑψηλοῖο : rescripsit Ops. τοῦδε, nos ὑψήεντι.

275. Codd. νῶε δ' ὡς ἀπὸ κοίτ.

276. Codd. ἧς vel οἷς, ubi nos ἧξ' e conj.

280. Ex divi Petri ep. II, c. 2, v. 5.

281. Errat de numero Sibyllista, dies tantum recensens quibus pluvia terram eluit, Genes. cap. 7, v. 17.

283. Redit hic Noster ad Hesiodeas generationes, quas supra post 124 interruperat.

287. Respexit ad hunc locum Eusebius seu quisquis ipsi præivit (cfr. not. ad

Fata tulere homines, et spe votoque potiri;
Unde suos ingens erumpit Marsya fontes.
Hujus in excelso postquam, cessantibus undis,
Constitit arca jugo, tum rursus ab æthere summo
Grande sonans magni vox est audita parentis :
    Noë fidelis, amans æqui, servate periclis,
Egredere audenter, simul et cum conjuge nati,
Tresque nurus : et vos terræ loca vasta replete,
Crescite multiplici numero, sacrataque jura
Tradite natorum natis, dum venerit hora
Judicii, quoniam cuncti sub judice sistent.
    Sic voce ambrosia fatur. Citus ille cubili
Exsilit ad terram; necnon natique nurusque
Et conjux; necnon serpentes atque volucres,
Quadrupedum pecudumque genus; tum cetera cuncta
Ex arca interiore locum egrediuntur in unum.
Prodiit octavus, cultor fidissimus æqui,
Quum bis vicenas in aquis atque insuper unam
Noë diem egisset : sic fata suprema ferebant.
    Hinc nova progenies, hinc ætas aurea prima
Exorta est hominum, quæ ducitur ordine sexta;
Optima post homines natos, et nomine dicta
Cælestis : quippe hanc præsens Deus ipse fovebit.
O ævi sexti gens prima! o magna voluptas,
Qua perfusa fui, postquam discrimina mortis
Effugi, jactata meo cum conjuge, necnon
Et socer et socrus, glos utraque, levir uterque!
Nam quid plura loquar! ficus se floribus ipsa
Induet. Ast illo se tempore regia primum

cipit], in qua regnandi futurum docet initium sub tribus regibus justissimis [an tribus Noëmi filiis?]

VIII, 217) in Orat. ad Sanct. ita loquens: Ἐρυθραία Σίβυλλα φάσκουσα ἑαυτὴν ἕκτῃ γενεᾷ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν γενέσθαι. In quo tamen memoria lapsus est: non enim post diluvium, sed ab origine mundi sextam generationem hic numerat Sibylla.

289. Codd. σὺν pro ἅμ'. Dein fortasse placeret ἠδὲ δαῆρσι.

291. Codd. non post αἰνήσω, sed in versus fine distinguunt. Ficum variis floribus ornatam prodigiosæ cujusdam fertilitatis imaginem finxit sibi Noster, ad Homerum fortasse respiciens, Od. η, 121; nihil tamen admodum simile.

292. Codd. μεσάσει δὲ χρόνος, ac versu sequenti δέξῃ, quod utrumque nos corr.

Σκηπτροφόρον [δείξει]. Τρεῖς γὰρ βασιλεῖς μεγάθυμοι,
Ἄνδρε δικαιότατοι, μοίρας [δια]δηλήσονται,
Πουλυετῆ δ' ἄρξουσι χρόνον, τὰ δίκαια νέμοντες
Ἀνδράσιν, οἷσι μέμηλε πόνος καὶ ἔργ' ἐρατεινά.
Γαίη δ' αὖ καρποῖς ἐπαγάλλεται αὐτομάτοισι
Φυομένη πολλοῖσιν, ὑπερσταχύουσα γενέθλῃ.
Οἱ δὲ τότ' [ἰθυντῆρες] ἀγήραοι ἤματα πάντα
Ἔσσονται, νόσφιν νούσων κρυερῶν μαλεράων.
Θνήξονται ὕπνῳ βεβολημένοι, ἐς δ' Ἀχέροντας
Εἰν Ἀΐδαο δόμοις ἀπελεύσονται, καὶ ἐκεῖσε
Τιμὴν ἕξουσιν, ἐπειὴ μακάρων γένος ἦσαν,
Ὄλβιοι ἀνέρες, οἷς Σαβαὼθ νόον ἐσθλὸν ἔδωκεν,
Αὐτὰρ καὶ τούτοισιν ἀεὶ συμφράσσατο βουλάς.
Ἀλλ' οὗτοι μάκαρες, καὶ εἰν Ἀΐδαο μολόντες,
Ἔσσονται. Τότε δ' αὖτε βαρὺ στιβαρὸν μετέπειτα
Δεύτερον αὖ γένος ἄλλο χαμαιγενέων ἀνθρώπων,
Τιτήνων. Ὅμοιος δὲ τύπος ἐπὶ πᾶσιν ἕκαστον,
Εἶδος καὶ μέγεθός τε φυήν· φωνὴ δὲ μί' ἔσται,
Ὡς πάρος ἐκ πρώτης γενεῆς Θεὸς ἐν στήθεσσιν
Ἔνθετο. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντες
Ὕστατα βουλεύσονται, ἐπειγόμενοι πρὸς ὄλεθρον,
Ἀντίβιον μαχέσασθαι ἐπ' οὐρανῷ ἀστερόεντι.
Καὶ τότε δ' Ὠκεανοῦ μεγάλου ῥύσις ἔσσετ' ἐν αὐτοῖς,
Μαινομένων ὑδάτων. Ὁ μέγας Σαβαὼθ δὲ χολωθεὶς
Εἴρξει κωλύων, ὅτι μὴ κατακλυσμὸν ὑπέστη
Αὖθις ποιήσειν ἐπὶ ἀνθρώπους κακοθύμους.
Ἀλλ' ὁπόταν ὑδάτων πολλῶν ἀπερείσιον οἶδμα,
Κύματος ὀρνυμένοιο ἐπ' ἄλλυδις ἄλλο, ποιήσῃ
Ὀργῆς παύεσθαι, εἰς ἄλλα τε βένθεα πόντου
Μέτρ' ὀλιγώσειεν, λιμέσι καὶ τρηχέσιν ἀκταῖς
Ἀμφὶ γαίῃ ὁρίσας, ὁ μέγας Θεὸς ὑψικέραυνος.

. . . .

— 307, sqq. Secunda [post diluvium] generatio, Titanum. — 315, sqq. Novi diluvii minæ a Deo compressæ. — [Hic lacuna ingens rerum.] —

293. Conferendi maxime de humana deorum origine Evemerus et Ennius, apud Lact. I, cap. 14.

294. Codd. μοίρας δέ τε δηλήσονται: nos corr.

299. Codd. οἱ δέ τε τηθευτῆρες (sic): nos corr.

301. An melius δ' ὕπνῳ? et in fine, an Ἀχέροντα?

Imperia ostendent terris, quum fœdere facto
Tres justi reges, divisis partibus æquis,
Sceptra diu populis imponent, sanctaque tradent
Jura viris, quibus est operum pia cura bonorum.
Sponte sua tellus læto feret ubere fruges,
Spicarumque gravi reditu ditabit alumnos.
Nec, qui tum vivent, annorum damna timebunt;
Sed morbis semper vacui expertesque dolorum,
Morte, velut somno, cessabunt, inque profunda
Devenient Acherontis, ubi nec honore carebunt.
Fortunati homines, sanctum genus, intima quorum
Corda Deus finxit Sabaoth, ultroque benignis
Consiliis mores et amico lumine rexit.
Invidia digni, vel quum susceperit ipsos
Orcus, erunt. Hominum sedenim gens altera surget,
Ingens, horribilis, Titanum terrigenarum,
Queis eadem facies, eadem natura, modusque
Corporis et species, et lingua erit omnibus una,
Lingua, docente Deo, primævis cognita mundi
Civibus. Ast illos vesana superbia mentis
Impellet, certam sibimet molita ruinam,
Illato bello stellatum invadere Olympum.
In quos exundans furiato gurgite magnus
Ingruet Oceanus. Sabaoth sed maximus illum
Comprimet indignans : neque enim disperdere rursus
Perversum genus immissis promiserat undis.
Sed postquam tumidos fluctus rabiemque citatam
Undarum huc illuc disjecerit irrumpentum,
Quumque novis æquor devinctum finibus intra
Litoreos obices compresserit, oppositaque
Munierit terra magni vis Altitonantis,

. . . .

304. Recurret vox Σαβαώθ infra, 316, neque alias in Sibyllinis, nisi in quatuor ultimis libris, locis forsitan hinc desumptis.

309. Notandum ἕκαστον, ita fere constructum ut ἀμφότερον apud Hom. γ, 180.

310. Prius hemist. ex Homero, Od. ζ, 152; alterum ex Sibyll. III, 99.

312. Cfr. III, § 2, initio.

315, sqq. De novi diluvii minis a Deo compressis, confer Enochi librum, cap. 54. Fons apud Genesim cap. 8, v. 21, et cap. 9, v. 15, sq.

322. Codd. ὀλιγωθείη : nos corr. Lacunam deinde, ingentem licet et manifestam, primi nos ostendimus.

Δὴ τότε καὶ μεγάλοιο Θεοῦ παῖς ἀνθρώποισιν
Ἥξει σαρκοφόρος, θνητοῖς ὁμοιούμενος ἐν γῇ.
Τέσσαρα φωνήεντα φέρει· τὰ δ' ἄφωνα ἐν αὐτῷ
[Δισσὰ ἐν ἀγγέλλοντ']· ἀριθμὸν δ' ὅλον ἐξονομήνω·
Ὀκτὼ γὰρ μονάδας, τόσσας δεκάδας δ' ἐπὶ ταύταις,
Ἠδ' ἑκατοντάδας ὀκτὼ, ἀπιστοκόροις ἀνθρώποις
Οὔνομα δηλώσει· σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον
Ἀθανάτοιο Θεοῦ Χριστὸν παῖδ' ὑψίστοιο.
Αὐτὸς πληρώσει δὲ Θεοῦ νόμον, οὐ καταλύσει,
Ἀντίτυπον μίμημα φέρων, καὶ πάντα διδάξει.
Τούτῳ προσκομίσουσ' ἱερεῖς χρυσὸν προφέροντες,
Σμύρναν, ἀτὰρ λίβανον· καὶ γὰρ τάδε πάντα ποιήσει.
Ἀλλ' ὁπόταν φωνή τις ἐρημαίης διὰ χώρης
Ἥξει ἀπαγγέλλουσα βροτοῖς, καὶ πᾶσι βοήσει,
Εὐθείας ἀτραποὺς ποιησέμεν, ἠδ' ἀπορίψαι
Ἐκ κραδίης κακίας, καὶ ὕδασι φωτίζεσθαι
Πᾶν δέμας ἀνθρώπων, ἵνα, γεννηθέντες ἄνωθεν,
Μηκέτι μηδὲν ὅλως γε παρεκβαίνωσι δικαίων,
(Τὴν δ' αὖ βαρβαρόφρων, πεπεδημένος ὀρχηθμοῖσιν,
Ἐκκόψας δώσει μισθόν)· τότε σῆμα βροτοῖσιν
Ἔσσεται ἐξαίφνης, ὁπόταν πεφυλαγμένος ἥξει
Ἐκ γῆς Αἰγύπτοιο καλὸς λίθος· ἐν δ' ἄρα τούτῳ
Λαὸς προσκόψει Ἑβραίων· ἔθνη δ' ἀγεροῦνται
Αὐτοῦ ὑφηγήσει. Καὶ γὰρ Θεὸν ὑψιμέδοντα
Γνώσονται διὰ τοῦδε, καὶ ἀτραπὸν ἐν φαῒ κοινῷ.
Δείξει γὰρ ζωὴν αἰώνιον ἀνθρώποισιν
Ἐκλέκτοις, ἀνόμοις δὲ τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐποίσει.
Καὶ τότε δὴ νοσεροὺς ἰήσεται, ἠδ' ἐπιμώμους
Πάντας, ὅσοι τούτῳ πίστιν ἐνιποιήσονται.
Βλέψουσι δέ τε τυφλοὶ, ἀτὰρ βαδίσουσί τε χωλοὶ,
Κωφοί τ' εἰσαΐσουσι, λαλήσουσ' οὐ λαλέοντες.

— 324, sqq. Adventus Christi in terras. — 326, sqq. Ænigma de Christi nomine [ΙΗΣΟΥΣ]. — 336, sqq. Joannes Christi præcursor. — 344, sqq. Christi vita in terris. —

327. Codd. δισσῶν ἀγγέλων vel ἀγγέλλων· alii δισσόν τ' ἀγγέλω: nos corr.

332. Expressus ipsis pæne litteris versus e Matthæo cap. 4, v. 17.

333. Cfr. infra, 380.

335. Codd. et edd. ποιήσει, ut nos, non, quod olim arbitrati eramus, ποίησεν. Est autem mera transeundi formula,

Tum demum veniet magno Patre natus, ab alto
Descendens, carnem indutus, par ipse creatis.
Quattuor hunc elementa notant vocalia, et unus
Consona bina sonus : summa est, quam rite docebo.
Quippe octo monadas, totidem decadas, totidemque
Centurias implet (quod gens incredula discat)
Nomen adorandum : memori tu mente teneto
Christum, qui summo satus æternoque Parente est.
Ille Dei veniet complere, haud solvere legem,
Exemplar monstrans imitandum, et cuncta docebit.
Accedent illi myrrhamque aurumque ferentes
Thusque sacerdotes : hæc omnia quippe patrarit.
  Desertis sed quando locis vox magna sonabit,
Nuntia terrigenas late quæ clamet ad omnes,
Ut rectos faciant calles, animosque repurgent
Sordibus ac vitiis, et aqua lustrare salubri
Corpora festinent, unde ad meliora renati
Justitiæ deinceps nunquam sacra jura resolvant;
(Barbarus hanc olim, cæco irretitus amore,
Saltantis pretium, vocem præcidet); ibi ingens
Continuo signum dabitur mortalibus ægris.
Quippe ex Ægypto veniet lapis optimus, ad quem
Impinget misere proles Hebræa; sed omnes
Accurrent populi, possint ut noscere summum
Rite Deum et veros communi in lumine calles.
Ille quidem æternum mortalibus afferet ævum
Electis, ignemque malis in sæcla parabit.
  Idem sanabit membris aut mentibus ægros,
Qnos sibi fidentes norit; cæcosque videre,
Ferre pedem claudos, surdos audire jubebit,
Ignotas mutis dabit informare loquelas.

Herodoteo more, qualis alia recurret II, 334, et alia V, 301. Hic itaque post v. 336 lacunam aliquam suspicari licet, in qua fortasse de primis Christi annis agebatur.

339, sqq. Cfr. VIII, 315, sqq.

342. Codd. quidam βαρβ. ὁ πεπεισμένος.

345, sq. Confer VIII, 354, sq.; sed maxime div. Petrum, epist. I, cap. 2, Christum vocantem λίθον ζῶντα, ἀκρογωνιαῖον, etiam προσκόμματος, quo respicietur infra, 346.

350. Cfr. VIII, 228.

352. Cfr. III, 74.

353, sq. Ex VIII, 206, sq.

Δαίμονας ἐξελάσει· νεκρῶν δ' ἐπανάστασις ἔσται·
Κύματα πεζεύσει· καὶ ἐρημαίῳ ἐνὶ χώρῳ
Ἐξ ἄρτων πέντε καὶ ἰχθύος εἰναλίοιο
Χιλιάδας κορέσει πέντε, τὰ δὲ λείψανα τούτων
Δώδεκα πληρώσει κοφίνους [εἰς Παρθένον ἁγνήν].

Εἶτα πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπάγει ἡ Ἐρυθραία τὰ περὶ τῆς ἐκμανοῦς καὶ ἀσυγγνώστου τῶν κυριοκτόνων τόλμης, καὶ τῆς διὰ τοῦτο γενομένης κινήσεως τοῦδε τοῦ παντὸς, καὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναβιώσεως, λέγουσα τάδε·

Καὶ τότε δ' Ἰσραὴλ μεμεθυσμένος οὐχὶ νοήσει,
Οὐδὲ μὲν [ἐνθήσει] βεβαρημένος οὔασι λεπτοῖς.
Ἀλλ' ὁπόταν Ἑβραίοις ἥξῃ χόλος ὑψίστοιο
Οἰστρομανὴς, καὶ πίστιν ἑαυτῶν ἐξαφελεῖται,
Οὐράνιον ὅτι παῖδα Θεοῦ διεδηλήσαντο,
Καὶ τότε δὴ κολάφους καὶ πτύσματα φαρμακόεντα
Ἰσραὴλ δώσει μυσαροῖς ἐνὶ χείλεσι τούτῳ.
Εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν καὶ εἰς πότον ὄξος ἄκρατον
Δυσσεβέως δώσουσι, κακῷ βεβολημένοι οἴστρῳ
Στήθεα καὶ κραδίην, ἀτὰρ ὄμμασιν οὐκ ἐσορῶντες,
Τυφλότεροι σπαλάκων, φοβερώτεροι ἑρπυστήρων
Θηρῶν ἰοβόλων, βαρέϊ πεπεδημένοι ὕπνῳ.
Ἀλλ' ὅταν ἐκπετάσῃ χεῖρας καὶ πάντα μετρήσῃ,
Καὶ στέφανον φορέσῃ τὸν ἀκάνθινον, ἠδέ γε πλευρὰν
Νύξωσι καλάμοισιν (ὅτου χάριν ἐν τρισὶν ὥραις
Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα πελώριος ἤματι μέσσῳ)·
Καὶ τότε δὴ ναὸς Σολομώνιος ἀνθρώποισι
Σῆμα μέγ' ἐκτελέσει, ὁπόταν Ἀϊδωνέος οἶκον
Βήσεται, ἀγγέλλων ἐπανάστασιν τεθνεῶσιν.
Αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃ τρισὶν ἤμασιν ἐς φάος αὖθις,
Καὶ δείξῃ θνητοῖσι [τύπον], καὶ πάντα διδάξῃ,

— 360, sqq. Passio et mors Christi. — 379, sqq. Resurrectio Christi et ascensus in cœlum; Ecclesiæ prima institutio. —

355. Cfr. VIII, 205.

357, sqq. Tres versus ex VIII, 275, sqq. In hoc addiderat Cast. ἅμα post ἄρτων ex eodem libro; nos hæsitamus.

359. In fine pro εἰς Παρθένον ἁγνήν legetur lib. VIII, 277, εἰς ἐλπίδα λαῶν seu πολλῶν, ubi vide not.

361. Codd. αὐδήσει, ubi nos e Tur-

Dæmonas ejiciet; revocabit morte sepultos;
Per fluctus pedes ibit; et in regione remota
Panibus ipse olim quinis ac pisce marino
Millia quinque hominum pascet: tum frusta relicta
Bissenos cophinos implebunt Virginis almæ.

His Erythræa jam dictis addit alia multa pertinentia ad furiosam veniaque indignam audaciam Domini carnificum; simul de perturbato ob eam causam mundi hujus ordine, ac de resurrectione mortuorum, his nempe verbis:

Ebrius hæc tamen Israël non mente notabit,
Non oculis cernet, surda non audiet aure.
Sed quando Hebræis incumbet justa Tonantis
Ira, fidemque omnem miseris exemerit, ausis
Scilicet æterni natum violare Parentis;
Tunc ipsi impingent colaphos, et sputa profanis
Aspergent impura labris, et fellis amari
Apponent escam, potumque immitis aceti:
Scilicet insano perculsi corda furore,
Clausi oculos tenebris, talpis obtusius ipsis
Cernentes, pejus colubris graviusque venenum
Spirantes, duro oppressi rigidoque veterno.
Ille ubi distentis ex alto cuncta lacertis
Mensus erit, spinis frontem redimitus acutis,
Perfossusque latus calamo, tres unde per horas
Nox tenebrosa die medio monstrosaque fiet;
Tunc generi humano magnum Salomonia signum
Templa dabunt, Stygias ipso penetrante sub umbras,
Omina defunctis ferat ut prænuntia vitæ.
Sed quum tertia lux remeantem ad lumina solis
Viderit, exemplarque suum mortalibus auctor

nebi conj. ἐνθήσει, activa voce pro med.

363. Codd. quidam ἐξ αὐτῶν, an pro ἀπ' αὐτῶν?

365, sqq. Ex VIII, 288, sqq.

367. Ex VIII, 303.

372. Ex VIII, 302.

373, sq. Ex VIII, 294, 296.

375. Ex VIII, 306.

376. Cfr. VIII, 305.

377, sq. Cfr. VIII, 310.

378. Stabit versus si in ἐπανάστασιν media producatur, licentia mala, sed Sibyllina.

380. Cfr. supra, 333, et lib. VIII, 323.

Ἐν νεφέλαις ἐπιβὰς εἰς οὐρανοῦ οἶκον ὁδεύσει,
Καλλείψας κόσμῳ εὐαγγελίης [διάθημα].
Τοῦ καὶ ἐπωνυμίη βλαστὸς νέος ἀνθήσειεν
Ἐξ ἐθνῶν, μεγάλοιο νόμῳ καθοδηγηθέντες.
Ἀλλά γε καὶ μετὰ ταῦτα Στόλοι καθοδηγοὶ ἔσονται,
Καὶ τότε δὴ παῦσις ἔσται μετέπειτα προφητῶν.
Ἔνθεν ὅταν Ἑβραῖοι τὸ κακὸν θέρος ἀμήσωνται,
Πολλὸν δ' αὖ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἐξαλαπάξει
Ῥωμαῖος βασιλεύς. Μετὰ δ' αὖ βασιληΐδες ἄλλαι
Συνεχέως ἔσσονται ἀπολλυμένων βασιλήων,
Καὶ θλίψουσι βροτούς. Μέγα δ' ἔσσεται ἀνδράσι κείνοις
Πτῶμ', ὅταν ἄρξωνται ὑπερηφανίης ἀδίκοιο.
Ἀλλ' ὁπόταν ναὸς Σολομώνιος ἐν χθονὶ δίᾳ
Καππέσεται, βληθεὶς ὑπὸ ἀνδρῶν βαρβαροφώνων
Χαλκεοθωρήκων, Ἑβραῖοι δ' ἀπὸ γῆς ἐλάσονται
Πλαζόμενοι, κεραϊζόμενοι, πολλὴν δέ τοι αἶραν
Ἐν σίτῳ μίξουσι, κακὴ στάσις ἔσται ἅπασιν
Ἀνδράσιν· αἱ δὲ πόλεις ὑβριζόμεναι παρ' ἕκαστα
Ἀλλήλας κλαύσουσιν, ἐπεὶ κακὸν ἤλιτον ἔργον
Δεξάμεναι μεγάλοιο Θεοῦ χόλον ἐν κόλποισιν.

— 387, sqq. Judæis pœna per Romanos illata; Romani imperii vices; Hierosolymitani templi eversio; dispersio Judæorum; mala per orbem universum diffusa, paratæque gentibus calamitates, quod nempe divinam in se iram scelere

382. Codd. διάδημα, ubi nos διάθημα ex analogia similium apud Sibyllistas vocum, ἀνάσταμα, VIII, 267, πρόσκλιμα, VIII, 298, etc.

383. Cfr. VIII, 484, sq.

385. Codd. σόλοι ubi nos Στόλοι ex Fabricii conj. pro Ἀπόστολοι.

386. Cfr. III, 582, sqq. 780, sqq.

Ediderit, tandem cæli supera alta reviset
Nubibus invectus, mundoque insigne relinquet
Pactum evangelii. Cujus de nomine surget
Flore novo gens sancta, Dei quæ jussa facesset.
Inde Stoli toto ductores orbe futuri,
Quando prophetarum longus defecerit ordo.
  Sed mox Hebræis lacrimosæ tempora messis
Incipient. Tum rex veniet Romanus, et auri
Multum atque argenti rapiet. Dein altera surgent
Regna super regnis labentibus, horrida dictu,
Mortalesque prement. At sævior imminet ipsis
Pernicies, fastu quum grassabuntur iniquo.
Quum vero hostiles Salomonia templa catervæ,
Loricæ quibus ære graves et barbara lingua,
Dejicient, patrioque solo pellentur Hebræi
Palantes, misere vexati, farraque multo
Miscebunt lolio : tunc gentes dira per omnes
Seditio erumpet; tunc urbes mutua lassæ
Flebunt damna, scelus quoniam admisere nefandum,
Et meritas in se verterunt Numinis iras.

immani devocaverint, (utrum Christi nece, tanquam participes, an dispersione gentis Hebrææ? cfr. trans. post v. 359, et vide not.]

390. Codd. plerique βασιλειῶν (sic); alii, ut nos.

391, sq. Ex III, 182, sq.

397, sqq. Cfr. Matth. cap. 24, v. 7 et 27.

399. Ἀλλήλας κλαύσουσι, cfr. simile versus initium supra, 181. Alterum vero hemistichium recurret, II, 305.

400. Codd. plerique in fine ν non addunt.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ὡσαύτως καὶ τοὺς πολυθεΐαν νοσοῦντας ἐλέγχει, τούς τε ἀδίκους καὶ ἁμαρτωλούς· καὶ συμβουλεύει, ὡς συγγενὴς, τὸν ἕνα καὶ μόνον σέβειν Θεόν· εἶτα παροιμιάζει τὴν ἄθλησιν τῶν ἁγίων· καὶ τελευταῖον περὶ τοῦ φρικτοῦ βήματος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν φησι, λέγουσα τάδε·

Ἦμος δὲ κατέπαυσε Θεὸς πολυπάνσοφον ᾠδὴν
Πολλὰ λιταζομένης, καί μοι πάλιν ἐν στήθεσσιν
Ἔνθετο θεσπεσίων ἐπέων πολυγηθέα φωνήν.
Πᾶν δέμας ἐκπληχθεῖσα τάδ' ἕσπομαι· οὔτε γὰρ οἶδα
Ὅττι λέγω, κέλεται δὲ Θεὸς τὰ ἕκαστ' ἀγορεύειν.
Ἀλλ' ὁπόταν ἐπὶ γῆς σεισμοὶ, μαλεροί τε κεραυνοὶ,
Βρονταί τ' ἀστεροπαὶ, ... καὶ γῆς ἐρυσίβη,

Arg. Vaticinia de rebus futuris inter novæ religionis adventum et mundi finem. Diximus hunc librum cum priore conjunctum olim fuisse (confer Arg. libri I) : cognati ambo; sed an fratres, statuere non audemus. Certum est hunc saltem magna sui parte scriptum esse sæculo III fere medio. Quippe de persecutionibus loquitur ævi sui, v. 46, sq. et 263, nec tamen ita vehementer, ut maxime

Titulus nulla satis firma nixus auctoritate et fortasse falsus, quia, ut diximus, videtur a Sibyllinorum compilatore conjunctus olim hic liber cum priore fuisse. Hæc tamen inscriptio, quia constanter in edd. servata, hodie mutari nequit. Codd. pro titulo solam oratione libera transitionem habent, Ὡσαύτως, κ. τ. λ., vel aliam breviorem : Περὶ Ἑλλήνων καὶ περὶ Θεοῦ καὶ περὶ ἁγίων καὶ

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER SECUNDUS.

Pariter eos qui multorum deorum superstitione laborant, arguit, simulque omnes iniquos et peccatores : suadet ipsis, ut cognata, unum et solum venerari Deum; inde sanctorum certamen per parœmias exponit; ac demum de tremendo tribunali Servatoris nostri loquitur, in hunc exorsa modum :

Postquam doctisonos cantus, me multa precante,
Passus erat cessare Deus, sub pectora rursum
Ecce mihi vocem afflavit divina loquentem.
Corpore tota stupens feror huc, ignara quid ore
Proloquar : ipse mihi præsens dat singula fari.
    Sed quum terrarum motus et fulmina dira
Fulguraque et tonitrus fuerint, segetumque rubigo,

tunc arsisse videantur. Origenis vero errores alicubi redolet, præsertim 331, sqq., quod non minimum est ætatis indicium. Confer Excursum nostrum V, cap. 10, et notas in fine hujus voluminis. — 1, sqq. Exordium, seu potius transitio a priore libro. — 6, sqq. Mala per orbem sævitura [nempe post Christi mortem et dispersionem Judæorum, in qua liber prior desierat]. —

περὶ κρίσεως, id est, « De gentilibus, et « de Deo, et de sanctis, et de judicio. »

1, sqq. Ex libro III, 162, sqq; 295, sqq. Cfr. etiam II, 347 et III, 1, sqq.

4. Verba, οὐδὲ γὰρ οἶδα ὅττι λέγω, sunt ex Platonis Menone, citato jam in Anonymi præfatione, pag. 20, et recurrent lib. XII. 294.

7. In lacuna supplendum φλογμοί ex VIII, 180, vel τ' αὐχμοί ex III, 752.

Καὶ μανίη θώων τε λύκων, ἀνδροκτασίαι τε,
Καὶ φθοραὶ ἀνθρώπων, ἢ καὶ βοῶν μυκομενάων,
Τετραπόδων κτηνῶν τε καὶ οὐρήων ταλαεργῶν,
Ἠδ' αἰγῶν οἴων τε· ἔπειτα δὲ χέρσος ἄρουρα
Πολλὴ καλλειφθεῖσα γενήσεται ἐξ ἀμελείας,
Καὶ καρποὶ λείψουσιν, ἐλευθεροπρασία δ' ἔσται
Πλείστοις ἐν μερόπεσσι, καὶ ἱεροσυλία ναῶν·
Δὴ τότε καὶ γενεὴ δεκάτη μετὰ ταῦτα φανεῖται
Ἀνθρώπων, ὁπόταν σεισίχθων ἀστεροπητὴς
Εἰδώλων ζῆλον θραύσει, λαόν τε τινάξει
Ῥώμης ἑπταλόφοιο, μέγας δέ τε πλοῦτος ὀλεῖται
Δαιόμενος πυρὶ πολλῷ ὑπὸ φλογὸς Ἡφαίστοιο.
Καὶ τότε δ' αἱματόεσσαι ἀπ' οὐρανίου καταβᾶσαι
. . . .
Αὐτὰρ κόσμος ὅλος τε ἀπειρεσίων ἀνθρώπων
Ἀλλήλους κτείνουσι μεμηνότες, ἐν δὲ κυδοιμῷ
Λοιμοὺς καὶ λιμοὺς θήσει Θεὸς, ἠδὲ κεραυνοὺς
Ἀνθρώποις, οἳ ἄτερθε δίκης κρίνουσι θέμιστας.
Λεῖψις δ' ἀνθρώπων ἔσται κατὰ κόσμον ἅπαντα,
Ὡς, ἴχνος εἰ κατίδοι τις ἐπὶ χθονὶ, θαυμάσσειεν,
Ἀνθρώπου. Τότε δ' αὖτε μέγας Θεὸς αἰθέρι ναίων
Ἀνδρῶν εὐσεβέων σωτὴρ κατὰ πάντα γένηται.
Καὶ τότε δ' εἰρήνη τε βαθεῖά τε σύνεσις ἔσται,
Καὶ γῆ καρποφόρος καρποὺς πάλι πλείονας οἴσει,
Οὐδὲ μεριζομένη, οὐδ' εἰσέτι λατρεύουσα.
Πᾶς δὲ λιμὴν, πᾶς ὅρμος ἐλεύθερος ἀνθρώποισιν
Ἔσσεται, ὡς πάρος ἦεν, ἀναιδείη τ' ἀπολεῖται.
Καὶ τότε δὴ μέγα σῆμα Θεὸς μετέπειτα ποιήσει.
Λάμψει γὰρ στεφάνῳ λαμπρῷ παρομοίϊος ἀστὴρ,
Λαμπρὸς, παμφαίνων ἀπὸ οὐρανοῦ αἰγλήεντος
Ἤμασιν οὐκ ὀλίγοις· τότε γὰρ στέφος ἀνθρώποισι
Δείξει ἀπ' οὐρανόθεν ἐναγώνιον ἀθλεύουσι.
Καὶ τότε γὰρ μέγας [οὗτος ἀγὼν] ἐσελαστικὸς ἔσται

— 15, sqq. Decimæ generationis initium : idololatriæ finis et Romani imperii ruina. — 34, sqq. Corona in cælo fulgere visa, [tanquam certaminis signum]. — 37, sqq. Certamen virtutum inter justos. —

15, sqq. Ad δεκάτη γενεή, κ. τ. λ. Vide not. libri I initio.

20. Pro οὐρανίου, vide an legas οὐρανόθεν, ut infra, 38. Dein supplendum in

Et terræ squalor, rabies et sæva luporum,
Et cædes hominum, jumentorumque, boumque,
Caprarum atque ovium; tum plurima terra manebit
Agricolis deserta; virum cessante labore,
Deficient fruges; vendentur libera passim
Corpora; diripient ædes et templa profani.
Hæc decima exsistet miseris mortalibus ætas,
Quum validus terræ concussor, ab æthere summo
Qui tonat, insanos statuarum franget honores,
Et septemgeminis habitantem collibus urbis
Quassabit gentem : tum multa peribit opum vis,
Vulcano rapidis laxante incendia flammis;
Necnon sanguineæ labentes æthere guttæ
. . . .

At genus humanum longe lateque per orbem
Cædibus alternis insaniet; inque tumultu
Pestes atque fames Deus et tela ignea pravis
Immittet populis, vivunt qui lege carentes;
Deficietque genus toto lacrimabile mundo,
Si quis ut in terris hominis vestigia cernat,
Miretur. Deus at rursum, magni incola cæli,
Relliquias hominum statuet servare piorum.
Tunc pax et veri prudentia summa vigebit :
Terra ferax plures gremio feret ubere fruges,
Ne divisa quidem, aut ulli servire coacta;
Atque omnis vasti portus maris, omnis, ut ante,
Libera erit statio; scelus impietasque peribunt.

Tum vero signum dabitur divinitus ingens :
Nam late radians astrum rutilæque coronæ
Exsistet simile, et cælo cernetur aperto
Per multos fulgere dies. Hanc ipse coronam
Ostendet Deus athletis certare paratis.
Tunc etenim certamina erunt iselastica magna

lacuna ῥεύσουσι ψεκάδες ex XII, 57 : sed alterum hemistichium quodnam erit?

21. Cfr. I, 162, 189.

30. Cfr. infra, 321, et VIII, 209, sqq.

38, sqq. Certamen idem est de quo Paulus ad Hebr. cap. 12, v. 1, et alibi non semel. Cf. et Tertull. ad Mart., p. 157 : « Bonum agonem subituri estis in quo « agonothetes Deus vivus est, etc. »

39. Codd. plerique vel τό . . . θμαι vel τό . . . δμαι, relicto post τό brevi spatio; alii καὶ τότε, et statim omnes, μέγας γὰρ

Εἰς πόλιν οὐράνιον, οἰκουμενικὸς δέ τε πᾶσιν
Ἔσσεται ἀνθρώποισιν, ἔχων κλέος ἀθανασίας.
Καὶ τότε πᾶς λαὸς ἐπὶ ἀθανάτοισιν ἀέθλοις
Ἀθλήσει νίκης περικαλλέος. Οὐ γὰρ ἀναιδῶς
Ἀργυρίου τις ἐκεῖ δύναται στέφος ὠνήσασθαι.
Ἀγνὸς γὰρ Χριστὸς τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει,
Καὶ δοκίμους στέψει, αὐτὰρ θέμα μάρτυσι δώσει
Ἀθάνατον, ἄχρι καὶ θανάτου τὸν ἀγῶνα ποιοῦσι.
Παρθενικοῖς δὲ δραμοῦσι καλῶς ἄφθαρτον ἄεθλον
Δώσει τοῦ θέματος, καὶ τοῖς τὰ δίκαια νέμουσιν
Ἀνθρώποις πᾶσί τε καὶ ἔθνεσιν ἀλλοδαποῖσι,
Τοῖς ὁσίως ζώουσι, Θεὸν δ' ἕνα γινώσκουσιν.
Οἳ δ' ἀγαπῶσι γάμον τε, γαμοκλοπιῶν δ' ἀπέχονται,
Δώσει πλούσια δῶρ', αἰώνιον ἐλπίδα καὶ τοῖς.
Πᾶσά τε γὰρ ψυχὴ μερόπων Θεοῦ ἐστι χάρισμα,
Κοὐ θέμις ἀνθρώπους τὴν ἄλγεσι πᾶσι μιαίνειν.
[Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν.
Ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
Ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντα φυλάσσειν.
Μηδὲ μάτην εἴδωλα σέβου· τὸν δ' ἄφθιτον αἰεὶ
Πρῶτα Θεὸν τίμα, μετέπειτα [δὲ] σεῖο γονῆας.
Πάντα δίκαια νέμειν, μηδ' εἰς κρίσιν ἄδικον ἔλθῃς.
Μὴ ῥίψῃς πενίην ἀδίκως, μὴ κρῖνε προσώπῳ·
Ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, μετέπειτα Θεός σε δικάσσει.
Μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, τὰ δίκαι' ἀγορεύειν.
Παρθενίην τηρεῖν. Ἀγάπην δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν.
Μέτρα νέμειν τὰ δίκαια· καλὸν δ' ἐπίμετρον ἅπασι.
Σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.
Μήδ' ἐπιορκήσῃς μήτ' ἀγνὼς μήτε ἑκοντί·
Ψεύδορκον στυγέει Θεὸς, ὅττι κεν ἄν τις ὀμόσσῃ.
Ἐξ ἀδίκων ἔργων δῶρον χερὶ μήποτε δέξῃ.

— 56-148. De virtutibus exercendis versus XCII Phocylidei [plerisque suspecti, sed frustra : nam vide not. ad h. l.] —

αἰών, sic, sine οὗτος. Omnes quoque εἰσελαστικός contra metrum : nos corr.

52. Cfr. infra, 56, et ibi not.

54. Cfr. Phocyl. 100.

55. An ἄγεσι, ut Ops. volebat?

56, sqq. Hic et sequentes 92 versus (56-148) plerique sunt ex Phocylide desumpti, ideoque multis suspecti, ut in Arg. dictum : vide not.

56. Hic versus totius fragmenti pri-

Per terras, quis ovans cæli ingrediatur in arcem.
Omnis ubique pari studio immortalia propter
Præmia contendet populus, victoria quando
Accendet præclara animos. Ibi namque coronam
Nemo vel argenti pretio vel comparat auri.
Castus adest qui sancta regat certamina Christus,
Et tribuat palmas, æternaque præmia reddat
Martyribus, qui morte tenus, pietatis amore,
Invicti steterint : tum qui laudabile currunt
Virgineæ stadium vitæ, mercede beabit;
Tum qui jura colunt, quavis de gente creati,
Et sancte vivunt, et solum numen adorant;
Tum qui conjugii fœdus violare verentur,
His quoque præmia digna et spem dabit immortalem.
Quippe animas a Patre datas et cælitus ortas
Non vitiis fœdare licet, non sordibus ullis.
[Ne male ditescas, sed juste vive paratis.
Contentus propriis, aliena capessere noli.
Mendacem fuge sermonem; vera omnia profer.
Ne frustra simulacra colas; sed fine carentem
Principio venerare Deum, cole deinde parentes.
Jus omne observa, litem nec defer iniquam.
Ne spernas inopem; ne personam accipe judex :
Quod nisi jus reddas, reddet Deus ipse vicissim.
Testis, vera loqui, non fingere falsa, memento.
Virgineam exerce vitam et pietatis amorem.
Cuique suum metire : sed et plus addere præstat.
Ne trutina inflexa, sed recto examine pendas.
Ne jusjurandum violes nolensve volensve :
Perjuri Deus est, per quidquid pejerat, ultor.
Injusta e causa nullum, memor, accipe donum.

mus, apud Phocylidem tertius est, omissis a Sibyllista duobus prioribus, an verecundiæ causa? Sequentium ii ad quos nihil annotabitur, censendi ipsis literis e Phocylide transcripti. Qui non Phocylidei, plerique christiani vel judaïci sunt.

59. Deest Phocylidi hic versus, judaïcus haud dubie.

60—69. Phocyl. 6, sqq. In hoc versu codd. τε non habent : addidit Ops. e Phocylide.

62. In fine an melius πρόσωπον? Utique christianum sapit ex Luc. c. 20, v. 21.

63. Redibit καὶ τοῖς in fine versus etiam paulo infra, 112.

65. Olim nos ἐν παντί, sine auctore.

70. Abest hic e Phocylide. Cfr. Exod. cap. 23, v. 8; Proverb. cap. 17, etc.

Σπέρματα μὴ κλέπτειν · ἐπαράσιμος ὅστις ἕληται
Εἰς γενεὰς γενεῶν, [διὰ] σκορπισμὸν βιότοιο.
Μὴ ἀρσενοκοιτεῖν, μὴ συκοφαντεῖν, μήτε φονεύειν.
Μισθὸν μοχθήσαντι δίδου · μὴ θλῖβε πένητα.
Γλώσσῃ νοῦν ἐχέμεν · κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν.
Ὀρφανικοῖς, χήραις, ἐπιδευομένοις δὲ παράσχου.
Μήτ' ἀδικεῖν ἐθέλῃς, μήτ' οὖν ἀδικοῦντα ἐάσῃς.
Πτωχοῖς εὐθὺ δίδου, μήτ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς.
Ἱδρῶσι σταχύων χειρὶ χρήζοντι παράσχου.
Ὃς δ' ἐλεημοσύνην παρέχει, Θεῷ οἶδε δανείζειν.
Ῥύεται ἐκ θανάτου ἔλεος, κρίσις ὁππότ' ἂν ἔλθῃ.
Οὐ θυσίην, ἔλεος δὲ θέλει Θεὸς ἀντὶ θυσίης.
Ἔνδυσον γυμνὸν, μεταδὸς πεινῶντ' ἄρτων σῶν,
Ἄστεγον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει.
Ναυηγοὺς οἴκτειρον · ὁ γὰρ πλοῦς ἐστιν ἄδηλος.
Χεῖρα πεσόντι δίδου · σῶσον δ' ἀπερίστατον ἄνδρα.
Κοινὰ πάθη πάντων · βίοτος τροχός · ἄστατος ὄλβος.
Πλοῦτον ἔχων, σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον.
Ὧν σοι ἔδωκε Θεὸς, καὐτὸς χρήζοντι παράσχου.
Κοινὸς πᾶς ὁ βίος μερόπων · ἄνισος δὲ τέτυκται.
Μήποτε, ἄνδρα πένητα ἰδὼν, σκώψῃς ἐπέεσσι,
Μηδὲ κακῶς γε προσείπῃς μωμητόν τινα φῶτα.
Τὸ ζῆν ἐν θανάτῳ δοκιμάζεται · εἴ τις ἔπραξεν
Ἔκνομον ἢ δίκαιον, διακρίνεται εἰς κρίσιν ἐλθών.
Μηδὲ φρένας βλάπτειν οἴνῳ, [μηδ' ἄμετρα πίνειν].
Αἷμα δὲ μὴ φαγέειν, εἰδωλοθύτων δ' ἀπέχεσθαι ·
Τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ μὴ πρὸς φίλον, ἀλλ' ἐπ' ἄμυναν ·
Εἴθε δὲ μὴ χρήσῃ, μήτ' ἔκνομα, μήτε δικαίως ·
Κἂν γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρὸν, σέο χεῖρα μιαίνεις.
Ἀγροῦ γειτονέοντος ἀπόσχου, μήδ' ἄρ' ὑπερβῇς ·

71. Phocyl. 10.

72. Versus additus Phocylidi, frigidus ille quidem.

73. Christianus hic et inficetus.

74, sq. Phocyl. 17, sq.

76. Deest Phocylidi : respicit tamen ad Phoc. 89. In fine pro δέ quidni τε ?

77, sq. Phocyl. 19, sq. In hoc copulam οὖν, e codd. absentem, recepit Ops. e Phoc.

79—83. Desunt hi quinque Phocylidi. In hoc olim volueramus χεῖρα, « manipulum » : nunc ad codd. redimus. Ἱδρῶσι nil aliud est quam « per æstatis sudores », id est, messis tempore : sic Hesiodus ἴδει pro θέρει, Scut. Herc. 397.

80. Prov. cap. 19, v. 17.

81. Ex Jacobi epistola, cap. 2, v. 13.

82. Ex Matthæo, cap. 9, v. 13.

83. Codd. ἔνδυσον οὖν, contra me-

Ne sata fureris : res exsecranda per omnem
Hæc erit ætatem, vitæ quod dissipet usum.
Ne corrumpe mares : ne latro aut proditor esto.
Solve laboranti mercedem : ne opprime egenum.
Da frenum linguæ, neve unquam arcana resolvas.
Pupillo, viduæ atque inopi succurre benignus.
Fac nihil injuste : quin et facientibus obsta.
Da cito pauperibus, neu cras promitte daturum.
Spicarum da sponte inopi de messe maniplum.
Fenerat ille Deo, fratri qui donat egenti.
Qui fratris miseretur, erit sub judice tutus.
Hostia nulla Deo, quantum mens larga, probatur.
Da vestem nudo, panem da pane carenti,
Dux esto cæcis, sine tecto errantibus hospes.
Navifragis succurre : via est incerta per undas.
Tende manum lapso : serva tutoris egentem.
Communes casus ; vita est rota, sorsque volucris.
Si tibi opes fuerint, inopi largire salutem ;
Quodque Deus tibi dat, juvet impertire carenti.
Communis vita est, sed non tamen omnibus æqua.
Ne sit ludibrio, si forte occurrat, egenus ;
Quin et culpandum civem ne sponte lacessas.
Vitam hominis mors sola probat : seu quis bona gessit,
Seu mala, judicio merces aut pœna reposta est.
Ne mentem vino lædas, neu plus bibe justo.
Sanguine non fas est vesci, non carne litata.
Sume ensem, non quo sociis minitere, sed hostem
Ut pellas, ne jure quidem destringere promptus :
Namque vel hostili fœdatur dextra cruore.
Vicino abstineas agro, neu vomere finem

trum. Reliqua sunt versus hujus ex Tobia, cap. 4, v. 16 aut 17.

84—89. Phocyl. 22, sqq.

89. Χρῄζοντι παράσχου, prorsus ut supra, 79.

90—96. Desunt hi sex Phocylidi, recentiores et inficeti. Respexit tamen auctor ad Phocyl. 28 : Ἔστω κοινὸς ἅπας ὁ βίος.

95. Codd. μηδὲ πίνειν ἄμετρα : nos corr., Sibylla duce quæ primam producere solet in aliis quoque hujusmodi compositis, ut in ἄδικος paulo infra. Malebat tamen Boissonadius ad Philostr. ἔκμετρα.

96. Christianus omnino versus ex Actis, cap. 15, v. 20, et cap. 21, v. 25.

97, sqq. Phocyl. 29-32.

99. Codd. μιανεῖς : nos corr. ex Phocyl. 31.

Πᾶς ὅρος ἐστὶ δίκαιος, ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινή.
Κτῆσις ὀνήσιμός ἐσθ' ὁσίων, ἀδίκων δὲ πονηρά.
Μηδέ τιν' αὐξόμενον λωβήσῃ καρπὸν ἀρούρης.
Ἔστωσαν δ' ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολιήταις·
Πάντες γὰρ ξενίης περιρήσσονται πολυμόχθου,
Ὡς ξένοι ἀλλήλων· ξεῖνος δέ γε οὔτις ἐν ὑμῖν
Ἔσσετ', ἐπεὶ πάντες βροτοὶ αἵματος ἐξ ἑνός ἐστε,
Χώρη δ' οὔτι βέβαιον ἔχει τόπον ἀνθρώποισιν.
Μηδὲ θέλῃς πλουτεῖν, μηδ' εὔχου· ἀλλὰ τόδ' εὔχου,
Ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, [ἄδικον δέ τε μηδὲν ἔχοντα].
Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.
Μὴ πόθος εἰς χρυσὸν ἢ εἰς ἄργυρον· ἐν δ' ἄρα καὶ τοῖς
Ἔσσεται ἀμφήκης θυμοφθόρος ἔνθα σίδηρος.
Χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισιν.
Χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων,
Εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν·
Σοῦ γὰρ ἕκητι μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε,
Ἐχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφειοί τε συναίμοις.
Μηδὲ δόλους ῥάπτειν· μὴ πρὸς φίλον ἦτορ ὁπλίζειν.
Μήθ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἀλλ' ἀγορεύων·
Μήδ', ὡς πετροφυὴς πολύπους, κατὰ χώραν ἀμείβειν.
Πᾶσιν δ' ἁπλόος ἴσθι, τά τ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε.
Ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ· ὃς δ' ὑπ' ἀνάγκης,
Οὐκ ἐρέω τὸ τέλος· βουλὴ δ' εὐθύνεθ' ἑκάστου.
Μὴ γαυροῦ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ·
Εἷς Θεός ἐστι σοφὸς, δυνατός θ' ἅμα, καὶ πολύολβος.
Μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖς τρύχου τεὸν ἦτορ·
Οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα· χαλίνου δ' ἄγριον ὀργήν·
Πολλάκι γὰρ πλήξας, ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσε.
Ἔστω κοινὰ πάθη, μηδὲν μέγα, μηδ' ὑπέροπλον·

101. Deest hic Phocylidi : sed respicit ad ejusdem poetæ versum 64; et cfr. infra, 142.

102. Abest e Phocylide.

103, sqq. Tres hi Phocylidei, 33, sqq.

106, sq. Desunt hi duo Phocylidi.

108. Phocyl. 36.

109, sq. Hi duo non sunt Phocylidis, sed Theognidis sic habentis, v. 1151, sq.: Οὔτ' ἔραμαι πλουτεῖν, οὔτ' εὔχομαι· ἀλλά μοι εἴη Ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων μηδὲν ἔχοντι κακόν, ubi secundus versus ex pentametro hexameter factus est.

110. Codd. in fine, μηδέν τε ἔχοντα ἄδικον.

111. Phocyl. 37.

Transilias : fas omne vetat transcendere finem.
Justa parare, lucrum est; injusta acquirere, damnum.
Crescentes ne quis fructus violaverit agri.
Advena non alio tibi sit, quam civis, honore :
Namque omnes jura hospitii servare recusant,
Ceu sibi sint aliena ; sed hospes et advena vobis
Nullus erit, quoniam de sanguine nascimur uno,
Nec cuiquam sua terra solum immutabile præstat.
Ne cupe divitias, neve opta : sit tibi votum,
Vivere contentum paucis justeque paratis.
Mater avaritia est cunctorum et causa malorum.
Ne sit tanta fames auri argentique; sub istis
Quippe latet scindens mortalia pectora ferrum.
Decipit argenti mortales fulgor et auri.
Aurum pernicies vitæ, fons prime malorum,
O utinam ne sis gratus mortalibus error,
Per quem tot pugnæ, tot cædes atque rapinæ,
Et patribus nati et fratres sunt fratribus hostes!
Nulli necte dolos, neve irascaris amico.
Lingua alios, alios ne gesta pectore sensus,
Neu tu, polypus ut, mutes cum sede colorem;
Sed simplex animis, profer de pectore verum.
Injuste quicumque volens facit, is malus est vir;
Non ita, qui nolens : judex sua cuique voluntas.
Nec vires, nec opes, nec te sapientia tollat:
Unus enim sapiens Deus est, divesque, potensque.
Præteritis noli frustra tabescere damnis :
Nam factum infectum fieri, non contigit ulli.
Ad vim ne properes : iram compesce tumentem :
Quippe vel invitus feriendo sæpe necavit.
Communes serva sensus; nil grande feroxve;

112, sq. Desunt hi duo Phocylidi : antiquum tamen sapiunt.

114—118. Versus quatuor e Phocyl. 38, sqq.

119. Deest Phocylidi, habenti tamen prius hemistichium, μηδὲ δόλους ῥάπτειν, initio carminis sui.

120, sq. Phocyl. 43, sq. Sibyllini codd. κραδίην habent sine νόον : nos Phocylidem sequimur.

121. An melius κατὰ χῶρον?

122. Deest Phocylidi.

123-142. Versus novemdecim ex Phocyl. 45, sqq.

125. Præstaret ἐπὶ πλούτῳ, nisi Phocyl. quoque ἐνί.

Οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ.
Ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἕλκετ' ἔρωτας.
Ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ ἐς ὕϐριν ἀέξει.
Θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφρονα τεύχει.
Ὀργὴ δ' ἔστιν ὄρεξις, ὑπερϐαίνουσα δὲ, μῆνις.
Ζῆλος τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸς, φαύλων δέ γε φαῦλος.
Τόλμα κακῶν ὀλοή· ἀγαθῶν δέ γε, κῦδος ὀπάζει.
Σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς· ὁ δὲ Κύπριδος, αἶσχος ὀφέλλει.
Ἡδὺς ἀγαννόφρων κικλήσκεται ἐν πολιήταις.
Ἐν μέτρῳ φαγέειν, πιέειν, καὶ μυθολογεύειν·
Πάντων μέτρον ἄριστον· ὑπερϐασίη δ' ἀλεγεινόν.
Μὴ φθονερὸς, μὴ ἄπιστος ἔσῃ, μὴ λοίδορος ἴσθι,
Μηδὲ κακογνώμων, μὴ ψευδαπάτης ἀμέτρητος.
Σωφροσύνην ἀσκεῖν, αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.
Μηδὲ μιμοῦ κακότητα, δίκῃ δ' ἀπάλειψον ἄμυναν·
Πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύσει.
Μὴ πίστευε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.]
  Οὗτος ἀγὼν, ταῦτ' ἐστὶν ἀέθλια, ταῦτα βραϐεῖα,
Τοῦτο πύλη ζωῆς, καὶ εἴσοδος ἀθανασίης,
Ἣν Θεὸς οὐράνιός γε δικαιοτάτοις ἀνθρώποις
Ἔστησεν νίκης ἐπαέθλιον· οἱ δὲ λαϐόντες
Τὸ στέφος, ἐνδόξως εἰσέλθωσι διὰ ταύτης.
  Ἀλλ' ὁπόταν τόδε σῆμα φανῇ κατὰ κόσμον ἅπαντα,
Ἐκ γενετῆς παῖδες πολιοκρόταφοι γεγαῶτες,
Θλίψεις δ' ἀνθρώπων, λιμοὶ, λοιμοὶ, πόλεμοί τε,
Καιρῶν δ' ἀλλαγίη, καὶ πένθιμα δάκρυα πολλὰ,
Αἳ, ὁπόσων παῖδες χώραις ἐνιθρηνήσονται,
Οἴκτρ' ὀλοφυρόμενοι γονέας, [καὶ] φάρεσι σάρκας
Ἐνθέντες θάψουσιν ἐπὶ χθονὶ μητέρι λαῶν,
Αἵμασι καὶ κονίῃσι πεφυρμένοι. Ὦ μέγα δειλοὶ
Ὑστατίης γενεῆς φῶτες, κακοεργέες, αἰνοὶ,

— 149, sqq. Triumphus ex illo certamine victoribus paratus. — 154, sq. Prodigium in terris, infantes cano crine nascentes. — 156, sqq. Calamitates supremo judicio præviæ. —

142. Cfr. supra, 101.
143, sq. Desunt hi duo Phocylidi.
145—148. Versus quatuor e Phocyl. 71, sqq.
146. Phocyl. 72, ubi tamen μὴ μίμου legitur, favente metro, aure repugnante. Dein vide an legas ἀπάμειψον.
149. Finis hic est (post versum 148)

Raro etenim prodest quod se super omnia tollit.
Sæpius ad turpes declinat luxus amores.
Fastus opes sequitur, sequitur petulantia fastum.
Ira animum subiens magnum flat sæpe furorem :
Gliscit enim levis ira, sed omnes transit in ausus.
Turpe malis certare ; bonis certare decorum est.
Sæpe malis funesta, bonis audacia prodest.
Turpis amor Veneris, sed amor virtutis honestus.
Civibus ille suis, cui mens est blanda, placebit.
Servent cuncta modum, potus, cibus, ipsaque lingua :
Optima res modus est, qua non impune caretur.
Perfidus haud esto, neve invidus aut maledicens,
Aut pravo ingenio, aut nectendis fraudibus apto.
Quod decet, observa ; fuge, quæ sunt turpia factu.
Neve imitere malos ; sed prava ulciscere rectis :
Multum etenim suadela juvat ; lis lite paratur.
Neve fidem rebus, quin finem videris, addas.]
Hoc certamen, hic est labor, hæc sunt præmia luctæ;
Hæc vitæ porta, æternumque ingressus in ævum;
Hoc magnum Deus omnipotens certumque paravit
Justitiæ pretium. Qui vicerit, ille triumpho
Regna per hanc intrabit ovans sanctissima portam.
Sed quum prodigium cunctis mirabile terris,
Infantes canis nascentur crinibus, omne
Tunc genus humanum invadent pestesque famesque,
Bella simul, rerumque vices, lacrimosaque fata.
Eheu ! quot pueri flebunt sine patre relicti,
Flebunt, heu ! scissaque involvent veste parentes,
Et terræ altrici mandabunt ossa relicta,
Pulvere sanguineo squalentes. O mala sæcla !
O nimis insani quos ultima proferet ætas !

fragmenti pseudo-Phocylidei. Sequentia sponte cohærent cum prioribus, 39, sqq., e quibus hoc quoque, οὗτος ἀγών, repetitum est. Item quæ sequuntur, πύλη ζωῆς et εἰσέλθωσι διὰ ταύτης, respondent ad morem observatum in certaminibus iselasticis : vide not.

152. Codd. ἔστησε.

155. Petitum hoc ex aliquo nunc deperdito evangelio : an Ægyptio? Sed et apud Hesiodum παῖδες πολιοκρόταφοι, Oper. 181.

158. Codd. χώρας vel χώρης vel χῶρις : nos corr. Deinde omnes ἐνὶ θοινήσονται, sic divise.

159. Codd. ἐν φάρεσι, sine καί.

Νήπιοι, οὐδὲ νοοῦντες ὅθ', ἡνίκα φῦλα γυναικῶν
Μὴ τίκτωσιν, ἔφυ τὸ θέρος μερόπων ἀνθρώπων.
Ἡ δὲ συναίρεσις ἐγγὺς, ὅταν τινὲς ἀντὶ προφητῶν
Ψευδαπάται πελάσωσιν ἐπὶ χθονὶ φημίζοντες.
Καὶ Βελίαρ θ' ἥξει, καὶ σήματα πολλὰ ποιήσει
Ἀνθρώποις. Τότε δὴ ὁσίων ἀκαταστασί' ἀνδρῶν
Ἐκλεκτῶν πιστῶν τε, λεηλασίη τε γένηται
Τούτων, ἠδ' Ἑβραίων. Δεινὸς δ' αὐτοῖς χόλος ἥξει,
Ἡνίκα δωδεκάφυλος ἀπ' ἀντολίης λαὸς ἥξει
Ζητήσων λαὸν, ὃν ἀπώλεσεν Ἀσσύριος κλὼν,
Συμφύλων Ἑβραίων· ἔθνη δ' ἐπὶ τοῖσιν ὀλοῦνται.
Ὕστερον αὖ ἄρξουσιν ὑπερμενέων ἀνθρώπων
Ἐκλεκτῶν πιστῶν Ἑβραίων, καταδουλώσαντες
Αὐτοὺς ὡς τὸ πάροιθεν, ἐπεὶ κράτος οὔποτε λείψει
Ὕψιστος πάντων, πανεπίσκοπος, αἰθέρι ναίων.
Ὕπνον ἐπ' ἀνθρώποις σκεδάσει, βλέφαρ' ἀμφικαλύψας.
Ὦ μάκαρες θεράποντες, ὅσους ἐλθὼν ἀγρυπνοῦντας
Εὕροι ὁ δεσπόζων· τοὶ δ' ἐγρήγορθεν ἅπαντες,
Πάντοτε προσδοκάοντες ἀκοιμήτοις βλεφάροισιν.
Ἥξει γάρ τ' ἠὼς, ἢ δείλης, ἢ μέσον ἦμαρ·
Ἥξει δ' ἀτρεκέως, καὶ ἔσσεται ὡς ἀγορεύω,
Ἔσσεται εὐδομένοις, ὅτ' ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Ἄστρα τε πάντα μέσῳ ἐνὶ ἤματι πᾶσι φανεῖται
Σὺν δυσὶ φωστῆρσι, κατεπειγομένοιο χρόνοιο.
Καὶ τόθ' ὁ Θεσβίτης, ἀπὸ οὐρανοῦ ἅρμα τιταίνων
Οὐράνιον, γαίῃ δ' ἐπιβὰς, τότε σήματα τρισσὰ
Κόσμῳ ὅλῳ δείξει τε ἀπολλυμένου βιότοιο.
Αἴ, ὁπόσαι κείνῳ ἐνὶ ἤματι φορτοφοροῦσαι
Γαστέρι φωραθῶσιν, ὅσαι δέ τε νήπια τέκνα
[Γλακτουχοῦσιν], ὅσοι δ' ἐπὶ κύματι ναιετάουσιν.

— 167, Antichristus Belial [de quo plura lib. III, v. 63, sqq. ubi vide not.]
— 168, sqq. Reditus duodecim [an potius decem?] tribuum, non tamen iis fau-

163. Ex aliquo nunc deperdito evangelio : an Ægyptio? Cfr. Clem. Strom. III, § 6, pag. 532, ed. Ox.

165. Codd. μηδέ pro ἡ δέ.

167, sq. Versus hi duo de Belial Antichristo contracti sunt ex loco olim prolixiore, rejecto nunc in librum III, 63, sqq., quem vide, et ibi not.

171. Verius esset δεκάφυλος.

176. Λείψει male olim interpretati activum est, « amittet, perdet », ut infra III, 420; ideoque sensus non est in

Stulti, nec norunt, tum quum dare femina partum
Desierit, tristem mortalibus affore messem!
Sed tum messis erit propior, quum perfida surget
Turba prophetarum, spargens mendacia terris.
Et Belial veniet, facietque insignia multa
Attonitis coram populis. Tum funditus omnes
Electi fidique immensa clade peribunt,
Necnon Hebræi, quos sævior impetet ira,
Quum bissena tribus longinquo oriente redibit,
Cognatam repetens gentem, quam perdidit olim
Assyriæ mala stirps. Atque his primum impia cedent
Agmina; mox rursum electos fidosque domabunt
Hebræos, et corda jugo, fortissima frustra,
Ut prius, addicent. Neque enim vis magna Tonantis
Unquam deficiet; sed rex vigil ætheris alti
Mortales oculos somno graviore ligabit.
Felices famuli, dominus quoscumque reversus
Inveniet vigiles, norint qui Numinis horam
Exspectare, gravemque oculis depellere somnum.
Namque aderit mane aut sero mediove diei,
Ipse aderit præsens, et quæ loquor, omnia fient,
Sopitis misere mortalibus. Astra patebunt
Clara die medio, geminasque una hora videbit
Collucere faces, ævi properante ruina.
Tunc et Thesbites, curru devectus, ab altis
Descendet cæli regionibus, et tria signa
In terris edet, perituri nuntia sæcli.
Væ vobis, quas forte dies invenerit illa
Prægnantes, vel quas præbentes ubera natis!
Quive super fluctus habitabunt! væ, quibus illam

stus. — 177, sqq. Judicii exspectatio non æque apud omnes diffusa. — 187-189. Elias de cælo curru devectus. — 190, sqq. Ultima rerum convulsio. —

versus fine claudendus. Post hunc versum lacunæ suspicionem nunc deserimus.

177. Ductus versus e Procem. 4.

178. Codd. σκεπάσει : corr. Ops.

179. Cfr. Matth. cap. 24, v. 46.

180. Sic omnes ἐγρήγορθεν pro ἠγέρθησαν, minus græce. An ἐγρήγορθον legas duali numero pro plurali?

182. Codd. ἠῶος: sed cfr. III, 251.

189. An melius δείξειεν, sine τε?

190. Cfr. omnino Matth. cap. 24, v. 19; Luc. Evang. cap. 21, v. 23.

192. Codd. alii γαλουχοῦσιν, alii γαλαδοτοῦσιν. Utrumque barbare fictum.

Αἶ, ὁπόσοι κείνην τὴν ἡμέραν ἀθρήσουσιν.
Ἀχλὺς γὰρ ζοφερὴ σκεπάσει τὸν ἀπείρονα κόσμον
Ἀντολίης δύσεώς τε μεσημβρίας τε καὶ ἄρκτου.
Καὶ τότε δὴ ποταμός τε μέγας πυρὸς αἰθομένοιο
Ῥεύσει ἀπ' οὐρανόθεν, καὶ πάντα τόπον δαπανήσει,
Γαῖάν τ', ὠκεανόν τε μέγαν, γλαυκήν τε θάλασσαν,
Λίμνας καὶ ποταμούς, πηγάς, καὶ ἀμείλιχον Ἅδην,
Καὶ πόλον οὐράνιον. Ἀτὰρ οὐράνιοι φωστῆρες
Εἰς ἓν συῤῥήξουσι, καὶ εἰς μορφὴν πανέρημον.
Ἄστρα γὰρ οὐρανόθεν τε θαλάσσῃ πάντα πεσεῖται.
Ψυχαὶ δ' ἀνθρώπων πᾶσαι βρύξουσιν ὀδοῦσι,
Καιόμεναι ποταμῷ καὶ θείῳ καὶ πυρὸς ὁρμῇ
Ἐν δαπέδῳ μαλερῷ, τέφρα δέ τε πάντα καλύψει.
Καὶ τότε χηρεύσει στοιχεῖα πρόπαντα τὰ κόσμου,
Ἀὴρ, γαῖα, θάλασσα, φάος, πόλος, ἤματα, νύκτες·
Κοὐκέτι πωτήσονται ἐν ἠέρι ἄπλετοι ὄρνεις,
Οὐ ζῶα νηκτὰ θάλασσαν ὅλως ἔτι νηχήσονται,
Οὐ ναῦς ἔμφορτος ἐπὶ κύμασι ποντοπορήσει,
Οὐ βόες ἰθυντῆρες ἀροτρεύσουσιν ἄρουραν,
Οὐκ ἦχος [δένδρων] ἀνέμων ὕπο· ἀλλ' ἅμα πάντα
Εἰς ἓν χωνεύσει καὶ εἰς καθαρὸν διαλέξει.
Ἡνίκα δ' ἀθανάτου Θεοῦ ἄφθιτοι ἀγγελτῆρες
Ἥξουσι Μιχαὴλ, Γαβριὴλ, Ῥαφαὴλ τ' Οὐριὴλ,
Αὐτοὶ ἐπιστάμενοι ὅσα τις κακὰ πρόσθεν ἔρεξεν
Ἀνθρώπων, ψυχάς τε ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος
Εἰς κρίσιν ἄξουσι πάσας ἐπὶ βῆμα Θεοῖο
Ἀθανάτου, μεγάλου (εἷς γὰρ μόνος ἄφθιτός ἐστιν
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ, θνητῶν ὃ δικασπόλος ἔσται)·
Καὶ τότε νερτερίοις ψυχὰς, καὶ πνεῦμα, καὶ αὐδὴν
Δώσει ἐπουράνιος, καί τ' ὄστεα ἁρμοσθέντα
Ἁρμοῖς παντοίοις, καὶ ἀμβροσίως πηχθέντα.

— 214, sqq. Judicium supremum. —

pro quo Struv. melius γλακτοδοτοῦσιν : nos dubitamus.

193. Codd. et edd. ὁπόσαι : nos corr.

196. Ex VIII, 243.

201, sq. Ex VIII, 340, sq.

203. Ex VIII, 350.

206. Ex VIII, 337, et cfr. III, 80.

207. Ex VIII, 338.

208. Ex VIII, 342.

209. Ex VIII, 347.

212. Codd. ἀνδρῶν vel τ' ἀνδρῶν pro δένδρων : corr. Cast.

213. Ex VIII, 412, et cfr. III, 87.

215. Codd. nonnulli ἠκαρ' ερομιήλ,

Obtigerit vidisse diem! Nam lurida mundum
Nox late immensum tenebris obvolvet, ab ortu
Solis ad occasus, a parte aquilonis et austri.
Tunc ardens fluvius manabit ab æthere summo
Flammeus, atque locos omnes vis ignea perdet,
Terramque, oceanumque ingentem, et cærula ponti
Stagna, lacus, fluvios, fontes, Orcumque severum,
Cælestemque polum : cæli quoque sidera in unum
Concurrent : mundi vacua apparebit imago.
Namque ubi de cælo stellæ labentur in æquor,
Totaque flammanti fluvio et vi sulphuris usta
Gens hominum, strictis infrendet dentibus, ipso
Sub pedibus candente solo : tunc omnia vertent
In cinerem, et mundi viduata elementa jacebunt,
Aer, terra, polus, mare, lux, noctesque, diesque;
Nec jam tot volucres sulcabunt aëra pennis,
Non vada squamigeri pisces per salsa natabunt,
Non spatium æquoreum navis transmittet onusta,
Non bos infindet rectos per jugera sulcos,
Non fremet in silvis venti sonus : omnia quando·
Fornax illa Dei massam purgabit in unam.
    Tunc immortales æterno a rege ministri
Devenient, Michaël, Gabriel, Raphaël, Uriel,
Gnari quid sibi quisque hominum consciverit ante;
Ereptasque animas tetra e caligine mortis
Omnes ad solium excelsum sanctumque tribunal
Adducent trepidos : unus namque omnibus æquum
Jus dabit æternus judex rectorque supremus.
Nec mora defunctis animas, flatumque, sonumque
Reddet cælipotens, compactaque rite reponet
Artubus ossa suis, carnes, nervosque tenaces,

οὐριήλ, σανιήλ, ἀζαήλ τε : alii ut nos, sed τε post μιχαήλ addentes. De angelis istis confer librum Enoch passim, et Esdræ librum IV, cap. 4, et Syncellum, tom. I, pag. 22, ed. Bonn. Pro Μιχαήλ malunt quidam Ἰερεμιήλ admittere ex Esdræ libro in quo Jeremiel scribitur. De Uriel aliquid est apud Origenem, Philocal. pag. 39, vet. ed., ubi archangelus dicitur.

220. Codd. ὁ δικασπ. ubi nos ὅ relativum maluimus.

223, sqq. An melius παντοίοισι? Hic et tres sqq. in codd. misere deformati erant, non tam corruptis quam inversis verbis : nos corr.

Σαρξὶν δ' ἐν πάσαις σάρκες, νεύροισί τε νεῦρα,
Καὶ φλέβες, ἠδέ τε δέρμα· περὶ χροῒ δ' αἱ πρὶν ἔθειραι
Εἰσαῦθις φύσουσι· καὶ ἔμπνοα κινηθέντα
Σώματ' ἐπιχθονίων μίαν ἡμέραν ἀνστήσονται.
Καὶ τότ' ἀμειλίκτοιο καὶ ἀῤῥήκτου ἀδάμαντος
Κλεῖθρα πέλωρα πυλῶν τε ἀχαλκεύτων Ἀΐδαο
Ῥηξάμενος Οὐριὴλ μέγας ἄγγελος εὐθὺ βαλεῖται,
Καὶ πάσας μορφὰς πολυπενθέας εἰς κρίσιν ἄξει,
Εἰδώλων τὰ μάλιστα παλαιγενέων Τιτήνων,
Ἠδέ τε Γιγάντων, καὶ ὅσας εἷλεν κατακλυσμὸς,
Καὶ τὰς ἐν πελάγεσσιν ἀπώλεσε κῦμα θαλάσσης,
Ἠδ' ὁπόσας θῆρες καὶ ἑρπετὰ καὶ πετεηνὰ
Θοινήσαντο, ὅλας ταύτας ἐπὶ βῆμα καλέσσει·
Καὶ πάλιν, ἃς ἔφθειρεν ἐνὶ φλογὶ σαρκοφάγον πῦρ,
Καὶ ταύτας ἐπὶ βῆμα Θεοῦ στήσειεν ἀγείρας.
Ἡνίκα δ' ἀνστήσῃ νέκυας, μοίρας καταλύσας,
Καὶ καθίσῃ Σαβαὼθ Ἀδωναῒ ὑψικέραυνος
Εἰς θρόνον οὐράνιόν τε, μέγαν δέ τε κίονα πήξῃ,
Ἥξει δ' ἐν νεφέλῃ πρός τ' ἄφθιτον ἄφθιτος αὐτὸς
Ἐν δόξῃ Χριστὸς σὺν ἀμύμοσιν ἀγγελτῆρσι,
Καὶ καθίσει μεγάλῳ ἐπιδέξια βήματι, κρίνων
Εὐσεβέων βίοτον καὶ δυσσεβέων τρόπον ἀνδρῶν.
Ἥξει καὶ Μωσῆς ὁ μέγας φίλος ὑψίστοιο.
Σάρκας δυσάμενος. Ἀβραὰμ δ' αὐτὸς μέγας ἥξει,
Ἰσαὰκ ἠδ' Ἰακὼβ, Ἰασοῦς, Δανιὴλ τ' Ἠλίας,
Ἀμβακοὺμ, καὶ Ἰωνᾶς, καὶ οὓς ἔκταν Ἑβραῖοι.
Τοὺς δὲ μετ' Ἡρεμίαν ἐπὶ βήματι πάντας ὀλέσσει
Κρινομένους Ἑβραίους, ἵνα ἄξια ἔργα λάβωσι,
Καὶ τίσωσιν, ἅπερ βιότῳ θνητῷ τις ἔπραξεν.
Καὶ τότε δὴ πάντες διὰ αἰθομένου ποταμοῖο
Καὶ φλογὸς ἀσβέστου διελεύσονθ'· οἵ τε δίκαιοι
Πάντες σωθήσοντ'· ἀσεβεῖς δ' ἐπὶ τοῖσιν ὀλοῦνται
Εἰς αἰῶνας ὅλους, ὁπόσοι κακὰ πρόσθεν ἔρεξαν,

— 250, sqq. Impiorum damnatio et supplicia. —

227. Alii codd. ἐνὶ ἤματι: alii, sicut nos cum vulg. μίαν ἡμέραν, id est, « in unam diem », idque melius. Itaque male olim verteramus, « in una luce ».

232, sq. Cfr. I, 124 et 309.

243. Ipsa sunt Evangelii verba, Matth. cap. 16, v. 27.

249. Codd. ἀβακούμ vel ἀμβακαούμ:

Venas, atque cutem, fluxosque in colla capillos :
Unde refecta novum rursusque animata vigorem
Corpora concipient, spatio rediviva diei.
  Et tunc immiti duroque adamante rigentes
Inferni portas, Orcique immania claustra,
Ingens ingenti rumpet convulsa ruina
Angelus Uriel, lugubresque ordine formas
Judicio sistet, turbæ simulacra sepultæ :
Titanum inprimis monstrosorumque gigantum ;
Tum quos diluvium vel quos maris unda profundo
Absumpsit; necnon quos serpentesve feræve
Aut volucres avidis hauserunt faucibus, omnes
Adducet; quosque ignis edax et flamma voravit,
Coget adesse Dei præsentes ante tribunal.
  Sed postquam excierit defunctos, fata resolvens,
Tum vero Sabaoth Adonaï, fulminis auctor,
Cælesti sidet solio, grandemque columnam
Figet. Ad æternum proles æterna Parentem
Tum veniet Christus, multo succinctus honore,
Nubibus invectus, geniorum astante corona,
Et dexter Patris solio considet in alto,
Judicet ut mores hominum pravosque bonosque.
Olli ingens aderit Moses, quem Numen amavit,
Sumpta carne recens : Abraham quoque magnus, et una
Isaac atque Jacob, Josve, Daniel, Elias,
Hambacus, et Jonas, et quos Judæa necavit.
  At reliquos solio ex alto damnabit Hebræos,
Qui post Jeremiam fuerint, ut digna patratis
Accipiant, et quæ mortali fecit in ævo,
Quisque luat. Tum, quotquot erunt, per flumen agentur
Ignis inexstincti : justos unde eximet omnes
Certa salus ; at certa malos et in omne manebit
Pernicies ævum, qui commisere nefanda,

sed una est Græcis usitata forma Ἀμβακούμ, quæ latine Habacuc.

250. An scribendum Ἰρεμίαν?

252. Codd. præter unum, ἔπραξε.

253, sqq. Per illud fortasse flumen de quo supra, 196; per ignem certe probatorium, ex dogmate diu recepto apud veteres theologos, de quo confer Exc. nostr. VI, cap. 24, et vide not.

256. Notandum εἰς αἰῶνας ὅλους ob contrariam pæne sententiam infra proferendam, 331, sqq.

Ἠδὲ φόνους ἐποίησαν, ὅσοι δὲ συνίστορές εἰσι,
Ψεῦσται, καὶ κλέπται, δόλιοί τ' οἰκοφθόροι αἰνοὶ,
Δειπνολόχοι, καὶ κλεψίγαμοι, δύσφημα χέοντες,
Δεινοί θ', ὑβρισταί τ', ἄνομοί τ', εἰδωλολάτραι τε·
Ἠδ' ὁπόσοι μέγαν ἀθάνατον Θεὸν ἐγκατέλειψαν,
Βλάσφημοι δ' ἐγένοντο, καὶ εὐσεβέων κεραϊσταὶ,
Πιστολέται, καὶ τῶν ἁγίων φθισήνορες ἀνδρῶν·
Ἠδ' ὁπόσοι δολίοις καὶ ἀναιδέσιν ἀμφιπροσώποις
Πρεσβύτεροι, γεραροί τε διήκονες εἰσορόωσιν,
Αἰδόμενοι κρίνουσ', ἀδίκως ἑτέροισι ποιοῦντες,
Ψευδαπάται, φήμησι πεπειθμένοι, [αὐτὰρ ἐόντες]
Παρδαλίων τε λύκων ὀλοώτεροι, ἠδὲ κάκιστοι·
Ἠδ' ὁπόσοι μεγάλως ὑπερήφανοι· ἠδὲ τοκισταὶ,
Οἳ, τόκον ἔκ γε τόκων συναθροίζοντες κατὰ οἴκους,
Ὀρφανικοὺς χήρας τε καταβλάπτουσιν ἕκαστα·
Ἠδ' ὁπόσοι χήρῃσι καὶ ὀρφανικοῖσι διδοῦσιν
Ἐξ ἀδίκων ἔργων, ὁπόσοι δ' ἰδίων ἀπὸ μόχθων
Δόντες ὀνειδίζουσιν· ὅσοι δὲ γονεῖς ἐνὶ γήρᾳ
Κάλλιπον, οὔτε τίσαντες ὅλως, οὐ θρέπτρα γονεῦσιν
Ἀντιπαρασχόντες, αὐτὰρ δ' ὅσοι ἠπείθησαν,
Ἠδὲ καὶ ἀντεῖπαν λόγον ἄγριον εἰς γενετῆρας·
Ἠδ' ὁπόσοι πίστεις τε ἀπηρνήσαντο λαβόντες·
Καὶ θεράποντες ὅσοι κατὰ δεσποτέων ἐγένοντο·
Καὶ πάλιν οἱ τὴν σάρκα ἀσελγείαις μιάναντες,
Ἠδ' ὁπόσοι ζώνην τὴν παρθενικὴν ἀπέλυσαν
Λάθρῃ μισγόμενοι· ὅσσαι δ' ἐνὶ γαστέρι φόρτους
Ἐκτρώσκουσιν, ὅσοι τοκετοὺς ῥίπτουσιν ἀθέσμως·
Φαρμακοὶ, ἢ καὶ φαρμακίδες· σὺν τοῖσι καὶ αὐτοὺς
Ὀργὴ ἀπουρανίοιο καὶ ἀφθάρτοιο Θεοῖο
Κίονι προσπελάσειεν, ὅπου περὶ κύκλον ἅπαντα
Ἀκάματος ποταμός τε ῥέει πυρός· οὓς ἅμα πάντας
Ἄγγελοι ἀθανάτοιο Θεοῦ [τοῦ] αἰὲν ἐόντος,

257, sqq. Hæc et multa sequentium e Phocylideis imitatione desumpta sunt.
263. Sic VIII, 187, πιστοπορθεῖς.
264, sqq. Cfr. VII, 132, sqq.
266. Cfr. Phocyl. 101.
267. Cfr. XIV, 260. In fine pro αὐτὰρ ἐόντες, codd. quidam πλαζόμενοί τε, contra metrum ac sine sensu : alii lacunam indicant, quam supplevit Cast., dubie sane, nec tamen male.
268. Cfr. I, 370.
273. Verba ἰδίων ἀπὸ μόχθων sunt e Phocyl. 142, et cfr. supra, 70.
274—277. Versus quatuor magnam

Tinxerunt qui cæde manum, aut queis conscia mens est,
Mendaces, fures, pestes et probra domorum,
Mensarum asseclæ, qui vincla jugalia frangunt,
Injusti, vafri, audaces, impura loquentes,
Et simulacricolæ, necnon qui, patre relicto
Magno, immortali, linguis verba impia fundunt,
Osores fidei crudeles, atque piorum
Carnifices; et qui duplici sub fronte decentes
Presbyteri, sanctoque diaconus ore verendus,
Quæ damnant aliis, ipsi fecere priores,
Fidentes famæ, et pardis pejora lupisque
Pectora gestantes ovium sub pelle dolosa;
Tum nimio tumidi fastu; tum fenore fenus
Qui cumulant, et opes in propria tecta recondunt
Pupillis raptas viduisque dolentibus; aut qui,
Munifici parce, furto quæsita dolove
Dant viduis aut dant pupillis; quive labore
De proprio quod dant, exprobrant; quive parentes
Deseruere senes, nec præmia digna rependunt
Altricis curæ; vel qui parere recusant
Patribus, inque suos convicia turpia jactant;
Vel qui depositum perfricta fronte negarunt;
Quique suis faciunt dominis contraria servi;
Vel qui flagitiis turparunt corpora; vel qui
Virginei zonam gremii solvere latenti
Concubitu; tum quæ fetus in ventre necatos
Effudere, aut qui partum abjecere recentem;
Quique veneficiis usi, seu femina, seu vir:
Hos omnes vivi tum Numinis ira columnæ
Affliget, rapidum quam circuit undique flumen,
Igne indefesso manans: simul angelus illis
Unusquisque Dei pœnas impinget atroces,

partem ex Hesiodo desumpti, Oper. 183, sqq.; 329, sqq.

275. An potius, metri causa, οὐ τίσαντες? Deinde codd. alii, θρέπτα.

283. Vetat in versus fine distingui Volkmannus, doctissimus vir, ut intelligantur non qui infantes recens natos projiciunt, sed qui vel quæ abortus veneficiis adjuvant. Nos tamen nihil mutamus: cfr. Phocyl. 171, sq.

285. An melius ἐπουρανίοιο, sicut alias in Sibyllinis? Cfr. IV, 51.

286. Cfr. supra, 241, et VII, 25, 27.

288. Codd. τοῦ omittunt: add. Cast.

Ἐν φλογίναις μάστιξι καὶ ἐν πυρίναις ἁλύσεσσι,
Δεσμοῖς ἀῤῥήκτοισι περισφίγξαντες ὕπερθεν,
Δεινοτάτως κολάσουσιν. Ἔπειτα δὲ νυκτὸς ἀμολγῷ
Ἐν Γεένῃ θηρσὶν ὑπὸ ταρταρίοισι βαλοῦνται,
Πολλοῖς, δειμαλέοισιν, ὅπου σκότος ἐστὶν ἄμετρον.
Ἀλλ' ὁπόταν πολλὰς κολάσεις ἐνιποιήσωνται
Πᾶσιν, ὅσων κακὸν ἦτορ ἔην, ἀτὰρ ὕστερον αὖτε
Ἐκ ποταμοῦ μεγάλου πύριος τροχὸς ἀμφικατέρξειν
Αὐτοὺς, ὅττ' ἄρα τοῖσιν ἀτάσθαλα ἔργα μεμήλει.
Καὶ τότε θρηνήσουσιν ἐπ' ἄλλυδις ἄλλος ἄπωθεν
Οἰκτροτάτῃ μοίρῃ πατέρες καὶ νήπια τέκνα,
Μητέρες, ἠδέ γε τέκν' ὑπομάζια δακρυόεντα.
Οὐδέ σφιν δακρύων κόρος ἔσσεται, οὐδὲ μὲν αὐδὴ
Οἴκτρ' ὀλοφυρομένων ἐσακούσεται ἄλλυδις ἄλλου,
Ἀλλὰ μακρὰν ζοφόενθ' ὑπὸ Τάρταρον εὐρώεντα
Τειρόμενοι βώσονται· ἐπ' οὐχ ὁσίοισι δὲ χώροις
Τίσουσι τρὶς τόσσον ὅσον κακὸν ἤλιτον ἔργον,
Δαιόμενοι πυρὶ πολλῷ· ἐπιβρύξουσι δ' ὀδοῦσι
Πάντες τηκόμενοι μαλερῇ δίψῃ τε βίῃ τε,
Καὶ καλέσουσι καλὸν τὸ θανεῖν, καὶ φεύξετ' ἀπ' αὐτῶν.
Οὐκέτι γὰρ θάνατος τούτους, οὐ νὺξ ἀναπαύσει.
Πολλὰ δ' ἐρωτήσουσι μάτην Θεὸν ὑψιμέδοντα,
Καὶ τότ' ἀποστρέψει φανερῶς τὸ πρόσωπον ἀπ' αὐτῶν.
[Ἑπτὰ γὰρ αἰώνων μετανοίας ἦματ' ἔδωκεν
Ἀνδράσι πλαζομένοις διὰ χειρὸς Παρθένου ἁγνῆς.]
Τοὺς δ' ἄλλους, ὁπόσοις τε δίκη καλὰ τ' ἔργα μεμήλει,
Ἠδὲ καὶ εὐσεβίη τε δικαιότατοί τε λογισμοὶ,
Ἄγγελοι αἰρόμενοι διὰ αἰθομένου ποταμοῖο
Εἰς φῶς ἄξουσί τε καὶ εἰς ζωὴν ἀμέριμνον,
Ἔνθα πέλει τρίβος ἀθάνατος μεγάλοιο Θεοῖο
Καὶ τρισσαὶ πηγαὶ, οἴνου, μέλιτός τε γάλακτος.
Γαῖα δ' ἴση πάντων, οὐ τείχεσιν, οὐ περιφραγμοῖς
Οὐδὲ μεριζομένη, καρποὺς τότε πλείονας οἴσει

— 314, sqq. Justorum felicitas. —

294. Codd. ἐνὶ ποιήσονται, sic divise.

295. Codd. quidam, πᾶσί τε οἷς, an pro πᾶσιν ὅσοις?

296. Codd. ἀμφὶ κατάρξει : alii ἀμφὶ καθέξει : nos corr. Et sic olim ionice, I, 213, ἤθελ' ἐέρξαι.

Et miseros, nunquam frangenda compede vinctos,
Ignitis flagris inflammatisque catenis
Torquebunt : quos antra dehinc sub opaca Gehennæ
Tartareis monstris immanibus, impacatis,
Objectos tradent, ubi nox tenebrosa perennat.
   Atque illic sævis actos cruciatibus omnes,
Quorum mens perversa, viros, rota flammea cinget
Ardentis fluvii, torrenti carcere semper
Inclusos, vitæque luentes facta prioris.
Et tunc diversi, dictu miserabile, flebunt
Patres et pueri, matres, lacrimosaque matrum
Pignora sub mammis ; nec erit modus ullus amari
Ploratus ; nec quisquam aliasve suasve querelas
Distinguet sonitu ; verum sub nocte profunda,
Tetra, tartarea, stimulo torquente doloris,
Confundent ululatum, et in atri sede barathri
Ter tantum solvent, quantum fecere malorum,
Acribus addicti flammis. Tum dentibus omnes
Stridebunt, urgente siti, rabidoque dolore,
Et mortem optabunt : fugiet mors ipsa vocantes.
Mortis enim non jam requiem, non noctis habebunt.
Multa quidem frustra supremi numina regis
Orabunt ; sed vota palam aversabitur ultor.
[Septem quippe viris mutandæ sæcula vitæ
Addiderit clemens, motus prece Virginis almæ.]
   Ast alios qui jus æquum coluere bonumque,
Queis pietas et mens semper fuit optima cordi,
Sublati angelicis manibus, per flumen agentur
Ignitum, claram ad lucem vitamque quietam,
Immortalis ubi lucet via Numinis almi,
Fontibus et trinis manant lac, mella merumque.
Terra autem cunctis æque concessa, neque ullis
Limitibus divisa, feret tum prodiga fructus

300. Codd. quidam in versus fine νηπιόεντα.

306. Codd. δευόμενοι : cfr. supra, 19, et VIII, 350, unde hæc ipsis pæne literis desumpta.

308-313. Sex versus ex VIII, 353, sqq.

312, sq. Cfr. VIII, 357, sq. et ibi not.

319. Ex VIII, 211.

320, sq. Ex VIII, 209, sq.

Αὐτομάτη, κοινοί τε βίοι, καὶ πλοῦτος ἄμοιρος.
Οὐ γὰρ πτωχὸς ἐκεῖ, οὐ πλούσιος, οὐδὲ τύραννος,
Οὐ δοῦλος, οὔτ' αὖ μέγας, οὐ μικρός τις ἔτ' ἔσται,
Οὐ βασιλεῖς, οὐχ ἡγεμόνες· κοινῇ δ' ἅμα πάντες.
Κοὐκέτ' ἐρεῖ τις ὅλως, Νὺξ ἤλυθεν, οὐδὲ μὲν Αὔριον,
Οὐκ Ἐχθὲς γέγονεν, οὐκ ἤματα πολλὰ μεριμνᾶν,
Οὐκ ἔαρ, οὐχὶ θέρος, οὐ χειμὼν, οὐ μετόπωρον,
[Οὐ γάμος, οὐ θάνατος, οὐ πράσεις, οὐδ' ἀγορασμοὶ,
Οὐ δύσις, ἀντολίη]· ποιήσει γὰρ μακρὸν ἦμαρ.
Τοῖς καὶ ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἄφθιτος ἄλλο παρέξει
Εὐσεβέσιν, ὁπόταν Θεὸν ἄφθιτον αἰτήσωνται·
Ἐκ μαλεροῖο πυρὸς μακραιώνων τ' ἀπὸ βρυγμῶν
Ἀνθρώπους σῶσαι δώσει· καὶ τοῦτο ποιήσει.
Λεξάμενος γὰρ εὐσταθεῖς ἀπὸ φλογὸς ἀκαμάτοιο,
[Ἄλλοσ'] ἀποστήσας, πέμψει διὰ λαὸν ἑαυτοῦ
Εἰς ζωὴν ἑτέραν καὶ αἰώνιον ἀθανάτοισιν,
Ἠλυσίῳ πεδίῳ, ὅθι οἱ πέλε κύματα μακρὰ
Λίμνης ἀενάου Ἀχερουσιάδος βαθυκόλπου.
[Αἴ αἴ, ἐγὼ δειλὴ, τί γενήσομαι ἤματι τῷδε,
Ἀνθ' ὧν ἡ δύσφρων γε πονησαμένη περὶ πάντων
Ἤλιτον, οὔτε γάμων μεμελημένη, οὔτε λογισ[μοῦ]·
Ἀλλὰ καὶ ἐν μελάθροισιν ἐμοῖς πολυπάμονος ἀνδρὸς,
Δευομένους ἀπέκλεισα· τὰ δ' ἔκνομα πρόσθεν ἔρεξα
Εἰδυῖα. Σὺ δὲ, σῶτερ, ἐμῶν ἀπὸ μαστικτήρων
Ῥῦσαι δή με κυνῶπιν, ἀναιδέα πρήξασάν γε.
Ἦδε δ' ἐγὼ λίτομαί σε βαιὸν παῦσαί με ἀοιδῆς,
Ἅγιε μαννοδότα, βασιλεῦ μεγάλης βασιλείης.]

— 331, sqq. Damnati aliquando pœnis liberandi [nempe, ut diximus, ex Origenis sententia]. — 340, sqq. Epilogus.

323, sqq. Ex VIII, 111, sqq.

326-328 et 330. Versus quatuor ex VIII, 424, sqq.

329. Codd. οὐ γάμον, οὐ θάνατον, κ. τ. λ., quum tamen cetera sint in recto casu : nos corr. Abest hic e lib. VIII.

331. Vide not. ad h. l. et ἀντίῤῥησιν ibi proponendam.

334. Cfr. I, 335, et ibi not.

335. Pro εὐσταθέας quod metro repugnat, legendum nobis quidem videtur ἕκαστον. Volebat aliquis, non male, λέξας εὐσταθέας γάρ.

336. Codd. ἄλλω : nos corr.

340, sqq. Ductus est hic epilogus magnam partem ex fine libri VII, 151, sqq.; sed huc utrum sit ab auctore primario hujus libri insertus, an serius a com-

Sponte sua. Tum victus erit communis, opesque :
Nam neque pauper ibi, neque dives; nemo tyrannus,
Aut servus; nec erit quisquam majorve minorve;
Non rex, non ductor : sed vita erit omnibus una.
Nec jam dicetur : Venit nox, aut : Veniet cras,
Aut : Transivit heri. Nec erunt, quos ægra fatiget
Cura, dies : non ver, æstas, autumnus, hiemsve,
Non occasus erit, non ortus : quippe parabit
Unam illis longamque diem. Quin hoc quoque votis
Sanctorum Deus omnipotens concedet, ut olim
Ereptos longo e gemitu flammaque perenni
Mortales servare velit. Quos ipse, molestis
Si qui restiterint tædarum morsibus, ultro
Eliget, indomitique ardoribus eximet ignis,
Cumque suis aliam in vitam traducet, eamque
Perpetuam, nullo morituros tempore, campis
Scilicet Elysiis, ubi largis fluctibus illos
Æternum cingent Acherontis stagna profundi.
[Eheu me miseram! quid me illo tempore fiet,
Omnes quæ pravis anteivi moribus, amens,
Immemor officii, vinclique oblita jugalis!
Quin locuples uxorque viri locupletis, egenos
Ædibus exclusi, et fregi jura omnia prudens
Atque volens. Tu me tortoribus eripe diris,
O bone servator, quamvis infanda fatentem.
Et nunc da longum, quæso, requiescere carmen,
Sancte dator mannæ, rex magni maxime regni.]

pilatore Sibyllinorum interpolatus, ambigi potest. Nos serius additum magis putamus, quia versus ultimi ad sequentis libri exordium interpolationis manifestum, transitionem parant.

342. Codd. λογισμοῖς : corr. Ops., et cfr. supra 315.

344, sq. Ex VII, 151, sqq.

346. Codd. aliquot in fine πρηΐξασαν, sine γε, ut ionice ῥηΐδιος pro ῥᾴδιος, Θρηΐκιος pro Θρᾴκιος, et similia, magis ergo sine exemplo quam contra analogiam : nobis certe placeret, si usquam πρᾴσσω cum iota scriptum inveniretur. Sed et γε finale expletivum in Sibyllinis, præsertim recentioribus, haud rarum.

347. Codd. ἠδὲ δ' ἐγώ : nos corr. Reliqua hujus versus recurrent libri III initio et eodem libro III, 296, 489.

348. Codd. alii βασιλείας. Post hunc versum sequitur nonnullis in codd. ἀντίῤῥησις seu refutatio quædam sententiæ Origenianæ supra lectæ, 331, sqq. De qua vide not.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Πάλιν ἐν τῷ τρίτῳ αὐτῆς τόμῳ τάδε φησίν·

Οὐράνι' ὑψιβρεμέτα μάκαρ, ὃς ἔχεις τὸ Χερουβὶμ
Ἱδρυμένον, λίτομαι, παναληθέα φημίξασαν
Παῦσον βαιόν με· κέκμηκα γὰρ ἔνδοθι ἦτορ.
Ἀλλὰ τί μου κραδίη πάλι πάλλεται, ἠδέ γε θυμὸς
Τυπτόμενος μάστιγι βιάζεται ἔνδοθεν αὐδὴν
Ἀγγέλλειν πᾶσιν; Αὐτὰρ πάλι πάντ' ἀγορεύσω,
Ὅσσα Θεὸς κέλεταί μ' ἀγορευέμεν ἀνθρώποισιν.
  Ἄνθρωποι, θεόπλαστον ἔχοντες ἐν εἰκόνι μορφὴν,

Arg. Pars hæc prima libri III minime ad secuturas refertur, neque aliud est quam transitio quondam a Sibyllini corporis hodierni compactore, anonymæ Præfationis auctore, parata quidem atque incepta, nunquam vero absoluta, quæ nempe viam apertura erat a prioribus libris de sacro argumento scriptis ad reliquos de profanis rebus acturos. Hanc posteriorem instituti sui partem abjecisse plagiarium diximus in Arg. Præfationis. Transitionem tamen, utpote paratam, retinuit. Hanc de more suo variis variorum librorum laciniis contexuerat, desumptis vero præsertim ex Sibyllino Procemio, quod usque ad versum 62 presse admodum sequitur. Et hæc illi causa fuit cur ipsum Procemium e manuscripto suo, tanquam inu-

Tit. Tertius hic liber sive hæc libri III prima pars quibusdam in codd. titulum habet, sed plerumque margini tantum ascriptum : Λόγος τρίτος. In aliis area paginæ pro titulo fert : Πάλιν ἐν τῷ τρίτῳ αὐτῆς τόμῳ τάδε φησίν, Ὑψιβρεμέτα μάκαρ, κ. τ. λ. Quidam post τάδε φησίν addunt ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου περὶ θεοῦ, ut plane nescias tertiusne an secundus habendus sit hic liber : secundus

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER TERTIUS.

Rursus in tertio ipsius tomo hæc ait :

Altitonans, felix, cujus cæleste Cherubim
Circumdant solium, tu me omnia vera locutam,
Oro equidem, paulum recrea : nam corda fatiscunt.
Sed quid mens iterum quatitur mihi, quidve flagello
Icta novo, rursus prorumpere cogitur, omnes
Ut doceat gentes ! Rursus jam cuncta profabor,
Quæ Deus edici mandat mortalibus ægris.
O homines, impressa Dei quos signat imago,

tile, recideret. Postea, mutato consilio, maluit (quod ipsi gratulandum) integros servare libros, e quibus nunc Sibyllina constat collectio. Ut vero transitioni suæ libri unius speciem et voluminis mensuram affingeret, congessit huc temere, post versum 62, fragmenta quæ in prioris consilii usum diversis e libris excerpserat, aut etiam quæ ex libro II brevitatis causa amputaverat, quæ nos omnia suis locis indicaturi sumus. De hac tota re confer Exc. nostr. V, cap. 12.— 1, sqq. Exhortatio ad gentiles ut a falsorum deorum cultu ad unum verum Deum convertantur. —

profecto, si, quod olim factum diximus, priores duo a compilatore in unum conjuncti fuerant.

1, sqq. Cfr. ultima libri II, similesque transitiones, III, 162, 295, 489, etc.

5. An melius πάλιν ἅλλεται? Sed Sibylla interdum paronomasiis gaudet.

8, sqq. Ex Proœmio Sibyllino, v. 1, cum multis, sicut diximus, sequentium : cfr. etiam VIII, 378 et 403.

Τίπτε μάτην πλάζεσθε, καὶ οὐκ εὐθεῖαν ἀταρπὸν
Βαίνετε, ἀθανάτου κτίστου μεμνημένοι αἰεί;
Εἷς Θεός ἐστι μόναρχος, ἀθέσφατος, αἰθέρι ναίων,
Αὐτοφυὴς, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα.
Ὃν χείρ γ' οὐκ ἐποίησε λιθοξόος, οὐδ' ἀπὸ χρυσοῦ
Τέχνης ἀνθρώπου φαίνει τύπος, οὐδ' ἐλέφαντος·
Ἀλλ' αὐτὸς ἀνέδειξεν αἰώνιον αὐτὸς ἑαυτόν,
Ὄντα τε, καὶ πρὶν ἐόντα, ἀτὰρ πάλι καὶ μετέπειτα.
Τίς γὰρ θνητὸς ἐὼν κατιδεῖν δύναται Θεὸν ὄσσοις;
Ἢ τίς χωρήσει κἂν τοὔνομα μοῦνον ἀκοῦσαι
Οὐρανίου μεγάλοιο Θεοῦ, κόσμον κρατέοντος;
Ὃς λόγῳ ἔκτισε πάντα, καὶ οὐρανὸν, ἠδὲ θάλασσαν,
Ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα, σελήνην τε πλήθουσαν,
Ἄστρα τε λαμπετόωντα, κραταιὰν μητέρα Τηθὺν,
Πηγὰς καὶ ποταμοὺς, πῦρ ἄφθιτον, ἤματα, νύκτας.
Αὐτὸς δὴ Θεός ἐσθ' ὁ πλάσας τετραγράμματον Ἀδὰμ,
Τὸν πρῶτον πλασθέντα, καὶ οὔνομα πληρώσαντα
Ἀντολίην τε δύσιν τε μεσημβρίαν τε καὶ ἄρκτον.
Αὐτὸς ὃς ἐστήριξε τύπον μορφὴν μερόπων τε,
Καὶ θῆρας ποίησε καὶ ἑρπετὰ καὶ πετεηνά.
Οὐ σέβετ', οὐδὲ φοβεῖσθε Θεὸν, ματαίως δὲ πλανᾶσθε
Προσκυνέοντες ὄφεις τε, καὶ αἰλούροισι θύοντες,
Εἰδώλοις τ' ἄλλοις, λιθίνοις θ' ἱδρύμασι φωτῶν,
Καὶ ναοῖς ἀθέοισι καθεζόμενοι πρὸ θυράων,
Τηρεῖτε τὸν ἐόντα Θεὸν, ὃς πάντα φυλάσσει,
Τερπόμενοι κακότητι λίθων, κρίσιν ἐκλαθέοντες
Ἀθανάτου σωτῆρος, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν.
Αἳ γένος αἱμοχαρὲς, δόλιον, κακὸν, ἀσεβέων τε,
Ψευδῶν, διγλώσσων ἀνθρώπων, καὶ κακοηθῶν,
Λεκτροκλόπων, εἰδωλολατρῶν δόλια φρονεόντων,

— 36, sqq. Vitia humani generis [tanquam videlicet ex idololatria orta] recensentur ac deplorantur. —

11, sq. Cfr. Procem. 7, sq.

15. Versus hic tanquam paraphrasis est epithetorum αὐτογενής, αὐτολόχευτος, etc., passim a Sibyllistis usitatorum. Cfr. Procem. 17.

17. Cfr. Procem. 10, sq.

20. Cfr. Procem. 44, sqq. Quod autem λόγῳ seu Λόγῳ addidit Noster, cfr. I, 19, et VIII, 447, etc., notandaque ad illos locos.

25, sq. De inepta interpretatione nominis ΑΔΑΜ, vide not.

27. Codex unus, αὐτὸς ὃς στήριξεν, unde Castalio αὐτὸς στήριξεν. Deinde

Cur temere erratis? Quidni per recta viarum
Vaditis, æterni dociles meminisse Parentis?
Unus et omnipotens Deus est, qui regnat in arce
Ætherea, de se genitus, nullique videndus,
Cuncta videns; quem non saxo manus ulla, nec auro
Argentove hominum finxit labor, aut elephanto:
Ipse sed immenso se protulit unus ab ævo,
Ipse est, ipse fuit semper, semperque futurus.
Ecquis enim possit mortali lumine visum
Ferre Dei? vel quis nomen ferat auribus ipsum
Æterni magnique Dei mundumque regentis?
Omnia qui dicto fecit, cælum, æquora ponti,
Solem indefessum, lunam, stellasque micantes,
Et terram, rerum magnam validamque parentem,
Fontes et fluvios, ignem, noctesque, diesque.
Ipse etiam finxit manibus tetragrammaton Adam,
Impositum civem terris, qui nomine solo
Occasus ortusque refert boreamque notumque.
Ipse hominis vultum et speciem formavit honestam,
Ipse feras fecit, serpentes atque volucres.
Quem vos non colitis, sed, pravo errore subacti,
Felibus et colubris offertis inania sacra,
Aut vanis hominum signis de marmore fictis,
Ante ædes proni vacuas, sine numine templa.
Sic vos quippe Deum moderantem cuncta manetis,
Gaudentes lapidum opprobrio, nec adesse putantes
Illum, qui veniet judex æternus, et idem
Servator, cælum qui telluremque creavit.
Heu! mala gens hominum, gens impia, vafra, bilinguis,
Sanguine, adulteriis, et cultu læta nefando,

plerique codd. ut nos, τύπον μορφὴν μερόπων τε, nempe pro τύπον μορφήν τε μερόπων, insolenter sane et plane ineleganter trajecto τε in versus finem, unde Cast. μερόπων μορφήν τε τύπον τε scriptum voluerat: sed quid certi? Potuit enim compilator hunc versum e Procemio retractans (ubi aliter videtur lectus a Lactantio fuisse: cfr. not. ad Fragm. II), copulam τε male construere, quod mendum in nostris carminibus sæpe deprehendas.

31. An ἀλάλοις, ut IV, 7?

33. Cfr. Procem. 15. Est autem τηρεῖτε, « manetis, exspectatis », sicut fere, κακοὶ κακότητα μένοντες, V, 75.

34. Male nos olim καλότητι. Est enim pro κακοῖς λίθοις, « impiis e lapide simulacris », figura bene nota.

37, sqq. Cfr. VIII, 184; I, 175, sqq.

Οἷς κακὸς ἐν στέρνοισιν ἔνι μεμανημένος οἶστρος,
Αὐτοῖς ἁρπάζοντες, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες.
Οὐδεὶς γὰρ πλουτῶν καὶ ἔχων ἄλλῳ μεταδώσει,
Ἀλλ' ἔσεται κακίη δεινὴ πάντεσσι βροτοῖσιν.
Πίστιν δ' οὐ σχήσουσιν ὅλως, χῆραί τε γυναῖκες
Στέρξουσι κρυφίως ἄλλους πολλαὶ διὰ κέρδος,
[Κοὐ] σπάρτην κατέχουσι βίου ἀνδρῶν [γε] λαχοῦσαι.
Αὐτὰρ ἐπεὶ Ῥώμη καὶ Αἰγύπτου βασιλεύσει,
Εἰς [ἕν γ'] ἰθύνουσα, [τότ' αὖ] βασιλεία μεγίστη
Ἀθανάτου βασιλῆος ἐπ' ἀνθρώποισι φανεῖται.
Ἥξει δ' ἁγνὸς ἄναξ, πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων
Εἰς αἰῶνας πάντας, ἐπειγομένοιο χρόνοιο.
Καὶ τότε Λατίνων ἀπαραίτητος χόλος ἀνδρῶν,
Τρεῖς Ῥώμην οἰκτρῇ μοίρῃ καταδηλήσονται.
Πάντες δ' ἄνθρωποι μελάθροις ἰδίοισιν ὀλοῦνται,
Ὁππόταν οὐρανόθεν πύρινος ῥεύσῃ καταράκτης.
Οἴ μοι, δειλαίη, πότ' ἐλεύσεται ἦμαρ ἐκεῖνο,
Καὶ κρίσις ἀθανάτοιο Θεοῦ μεγάλου βασιλῆος;
Ἄρτι δέ τοι κτίζεσθε, πόλεις, κοσμεῖσθέ τε πᾶσαι
Ναοῖς καὶ σταδίοις, ἀγοραῖς, χρυσοῖς ξοάνοις τε,
Ἀργυρέοις, λιθίνοις τε, ἵν' ἔλθητ' εἰς πικρὸν ἦμαρ.
Ἥξει γὰρ ὁπόταν θείου διαβήσεται ὀδμὴ
Πᾶσιν ἐν ἀνθρώποισιν. Ἀτὰρ τὰ ἕκαστ' ἀγορεύσω,
Ὅσσαις ἐν πόλεσι μέροπες κακότητα φέρουσιν.

— 46, sqq. Roma in terris dominante prædicitur futurus Christi adventus æternumque regnum; compendium breve Romanæ sub Cæsaribus et Antoninis historiæ; finis mundi propinquus. —

39. Cfr. οἰστρομανής, III, 209.

40. Αὐτοῖς (id est, αὐτοῖς sive ἑαυτοῖς) ἁρπάζοντες, idem est, quod ἅρπαγες, I, 175, et VIII, 184, ubi vide not.

41, sqq. De avaritia suorum temporum, id est præcipue de intolerandis Romanorum exactionibus, passim queruntur Sibyllistæ. Cfr. VIII, 17, sqq.

45. Codd. alii κατέχουσαι, alii κατεχούσας, et omnes deinde ἀνδρῶν αἱ λαχοῦσαι: nos corr.

47. Codd. plerique, εἰς ἓν διθύνουσα vel δηθύνουσα (an pro διιθύνουσα?): alii, εἰς ἓν ἰθύνουσα, et omnes τότε δή: nos corr. Pro τότ' αὖ, vide an τότ' ἄρ malis.

Quos omnes stimulis adigit vesana cupido
Quemque sibi rapere, et nullum servare pudorem.
Nam locuples inopi non partem impertiet ullam :
Humanum sed erit vitiis genus omne refertum :
Nusquam sancta fides : urgente cupidine lucri,
Excipient viduæ seros clam vulgus amantes,
Nec vitæ normam uxores legemve tenebunt.
Roma sed Ægypto postquam dominabitur, uno
Cuncta premens humana jugo, tum sancta per omnes
Exsurget populos magni dominatio regis.
Castus enim princeps, qua tellus cumque patescit,
Sceptra per omne geret, sæclis properantibus, ævum.
Tunc Romanorum furor implacabilis, atrox,
Tres Romam infausto partiti fœdere perdent.
Ast hominum genus omne intra sua quisque peribunt
Tecta, ruet celso quum flammeus æthere torrens.
Me miseram! quando adveniet lux illa, supremi
Judicium visura Dei magnumque tribunal?
Et nunc ipsæ vos, urbes, ornate forisque
Templisque stadiisque et sculptis marmore signis
Argentove aurove, diem ut subeatis atrocem?
Nam veniet, veniet, subito quum sulphuris omnes
Terrigenas afflabit odor. Nunc singula pandam
Quæ mala sint homines passuri, quasque per urbes.

49, sq. Ex VIII, 123, sqq.; 169, sqq.

51. Ex VIII, 93, ubi omnes codd. χόλος: at hic nonnulli χόρος, an pro χορός?

52. De tribus Antoninis, cfr. V, 51; VIII, 65, sqq.

54. Ægyptum primam impietatis pœnas daturam pariter docebitur lib. V, 52, sqq. Id quoque Lact. e Sibylla.

55. Cfr. II, 349.

57—59. Cfr. VIII, 123, sqq.

60. Ex III, 462.

62. Post hunc versum notatur in codd. lacunæ locus; in quibusdam vero monstratur, apposita tantum, quam in textu damus, transitione recto sermone scripta. Atque hic in latina versione, quia novus sententiarum tenor inchoari videbatur, scripsit de suo Castalio : « Liber tertius », quem male secutus Ops. græce vertit Λόγος τρίτος : hinc error ante nos de hujus libri divisione vulgo receptus.

Μετὰ τάδε προβαίνουσα τοῖς λόγοις περὶ τοῦ ἀπατεῶνος δαίμονος τοῦ Ἀντιχρίστου φησὶν ὧδέ πη·

Ἐκ δὲ Σεβαστηνῶν ἥξει Βελίαρ μετόπισθεν,
Καὶ στήσει ὀρέων ὕψος, στήσει δὲ θάλασσαν,
Ἠέλιον πυρόεντα μέγαν, λαμπράν τε σελήνην,
Καὶ νέκυας στήσει, καὶ σήματα πολλὰ ποιήσει
Ἀνθρώποις· ἀλλ' οὐχὶ τελεσφόρα ἔσσετ' ἐν αὐτῷ,
Ἀλλὰ πλάνα· καὶ δὴ μέροπας πολλούς τε πλανήσει,
Πιστούς τ' ἐκλεκτούς θ' Ἑβραίους, ἀνόμους τε καὶ ἄλλους
Ἀνέρας, οἵτινες οὔποθ' ὅλως Θεοῦ εἰσήκουσαν.
Ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ πελάσωσιν ἀπειλαὶ,
Καὶ δύναμις φλογέουσα δι' οἴδματος εἰς γαῖαν ἥξει,
Καὶ Βελίαρ φλέξει καὶ ὑπερφιάλους ἀνθρώπους
Πάντας, ὅσοι τούτῳ πίστιν ἐνεποιήσαντο.
Καὶ τότε δὴ κόσμος ὑπὸ ταῖς παλάμησι γυναικὸς
Ἔσσεται ἀρχόμενος καὶ πειθόμενος περὶ παντός.
Ἔνθ' ὁπόταν κόσμου παντὸς χήρη βασιλεύσῃ,
Καὶ ῥίψῃ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον εἰς ἅλα δῖαν,
Καὶ χαλκόν τε σίδηρον ἐφημερίων ἀνθρώπων
Εἰς πόντον ῥίψῃ, τότε δὴ στοιχεῖα πρόπαντα
Χηρεύσει κόσμου, ὁπόταν Θεὸς αἰθέρι ναίων
Οὐρανὸν εἱλήσῃ, καθάπερ βιβλίον εἱλεῖται·
Καὶ πέσεται πολύμορφος ὅλος πόλος ἐν χθονὶ δίᾳ
Καὶ πελάγει· ῥεύσει δὲ πυρὸς μαλεροῦ καταράκτης
Ἀκάματος, φλέξει δὲ γαῖαν, φλέξει δὲ θάλασσαν,
Καὶ πόλον οὐράνιον, καὶ ἤματα, καὶ κτίσιν αὐτὴν
Εἰς ἓν χωνεύσει καὶ εἰς καθαρὸν διαλέξει.
Κοὐκέτι φωστήρων σφαιρώματα καγχαλόωντα,

— 63, sqq. Antichristus [non, ut in ceteris Sibyllinis, Nero redivivus, sed ut secundo libro, 167, sq.] Belial ex Sebaste sive Augusta [quæ prius Samaria],

63, sqq. Totus hic de Belial Antichristo locus videtur olim ad librum II pertinuisse post v. 166, ubi serius a compilatore redactus fuerit in unum versum : vide not.

63. Pr. Βελίας : ceteri vero fere omnes, Βελίαρ, quæ consueta est Græcis orthographia, quamvis Paulus II, ad Cor. cap. 6, Βελίαλ scribat.

65. Ex Hesiodo, Theog. 18 et 371.

68. Codd. male, ἄλλα πλανᾷ : cfr. III, 228.

69. Cfr. II, 169, 175.

70. Codd. quidam, οὔπω θεοῦ λόγον : alii, οὔποθ' ὅλως θ. λόγον vel λόγου : nos corr.

71. Cfr. infra, 97.

72. Volebat Struv. φλογόεσσα.

Post hæc progrediens sermonibus de illusore dæmone Antichristo sic fere loquitur :

Inde Sebastena veniet de gente profectus
In terras Belial, qui montes altaque sistet
Æquora, et ignitum solem, lunamque nitentem.
Defunctos etiam sistet, mirandaque signa
Terrigenis spectanda dabit, non conscia veri
Signa, sed erroris : multos quippe auferet error
Hebræos olim fidos, aliosque carentes
Lege homines, quibus est nondum exaudita Dei vox.
Sed quando æterni prædicta minacia regis
Evenient, pendensque diu superingruet ira,
Flamma vorax ipsum Belial, sociosque superbos
Exuret, junctos illi per fœdera reges.
Tum vero sceptris muliebribus omnis ubique
Parebit mundus, legemque agnoscet herilem.
Ut vero immensum vidua imperiosa per orbem
Humani generis gazas ubicumque repostas,
Aurum atque argentum, ferrum atque æs omne profundos
Jecerit in fluctus : tum mundi elementa jacebunt
Dissociata, Deus postquam, super æthera regnans,
Cælum instar libri convolverit, et ruet ingens
In terras pontumque polus, flammantibus astris.
Tunc indefessi cataracta novissimus ignis
Ingruet, et terram flammis abolebit, et æquor,
Et cælum, atque diem ; simul et quodcumque creatum est,
Fornace ardenti massam purgabit in unam.
Nec jam clara polo radiabunt lumina : non nox,

oriturus. — 75, sqq. Mulier sub rerum finem regnatura. — 80, sqq. Finis rerum. —

73. Ed. pr. Βελίηρ, e Betuleiano videlicet codice, tanquam Βελίας, bis antea scriptum, in accusativo stare non posset : ceteri vero, sicut supra, Βελίαρ.

75. Redundat ταῖς et nonnullis e codd. abest, melius fortasse delendus articulus, ita ut legatur paulo ante πᾶς κόσμος. De mulieris imperio, cfr. VIII, 199, sqq., et ibi not.

80, sqq. Cfr. VIII, 337, sqq. ; II, 206, sqq. Sequentia pleraque sunt e libro VIII desumpta.

82. Prior pars versus ex VIII, 233 vel 413.

84. Cfr. supra, 54, et II, 196, sqq.

87. Ex VIII, 414 : cfr. etiam II, 213.

88. Sic codd. pro παμφανόωντα, quod melius, et sic III, 69.

Οὐ νὺξ, οὐκ ἠὼς, οὐκ ἤματα πολλὰ μερίμνης,
Οὐκ ἔαρ, οὐχὶ θέρος, οὐ χειμὼν, οὐ μετόπωρον.
Καὶ τότε δὴ μεγάλοιο Θεοῦ κρίσις εἰς μέσον ἥξει
Αἰῶνος μεγάλοιο, ὅταν τάδε πάντα γένηται.

. . . .

Ὦ ὢ δὴ πλωτῶν ὑδάτων, καὶ χέρσου ἁπάσης,
Ἠελίου ἀνιόντος, ὅπου δὴ καὶ πάλι δύνει,
Πάνθ' ὑπακούσονται κόσμον πάλιν εἰσανιόντι,
Τοὔνεκ' ἄρ' αὐτὸς πρῶτος ἐπέγνωκε κράτος αὐτοῦ.

— 93, sqq. Secundus Messiæ adventus [fragmentum incertum unde huc translatum].

89, sq. Cfr. VIII, 425, et II, 327.

91. Recurret μεγάλοιο Θ. κρίσις infra, 742 et 783.

92. Est aperte μέχρι πάντα γένηται literis ipsis ductum ex Matthæo, c. 5, v. 18; item cap. 24, v. 6, et passim in N. T. Paulo tamen aliter infra, 570.

93. Ante hunc versum monstratur in codd. et edd. lacunæ locus brevi tantum intervallo cum his verbis : Λείπει ἡ ἀρχή, vel Λείπουσι στίχοι, vel Ἐνταῦθα ζήτει τὰ λείποντα ἀπὸ τοῦ δευτέρου λόγου καὶ τὴν ἀρχὴν [barbare pro τῆς ἀρχῆς] τοῦ τρίτου, id est : « Quæ de supremo judicio

Non vigilans aurora, diesve exercita curis
Succedent ; non ver, æstas, autumnus, hiemsve.
Tum demum veniet supremi judicis hora,
Et magnum, postquam fuerint hæc omnia, sæclum.

. . . .

O pelagi fluctus, o terræ immane patentes,
Qua sol exoriens, qua labens aspicit orbem!
Omnia parebunt in mundum rursus eunti :
Quippe suas valuit primus cognoscere vires.

hic desunt, quære ex fine libri secundi et initio tertii. » Sequuntur in edd. et codd. quatuor versus, 93-96, nulla lectionis varietate : ubi tamen vide an initio legas αὐτῷ δή vel ᾧ δὴ καί. In his quoque versibus fragmentum agnoscis ab anonymo compilatore ex aliquo nunc deperdito vel mutilo libro detractum.

95. Ranconeti quaternio manuscriptus ab Obsopœo citatus habebat in margine, τῷ ἀνιόντι πάλιν εἰς τὸν κόσμον, id est, « Venienti rursus in mundum [suppl. Christo seu Messiæ]. » Scholion est ad verba ὦ ὦ δή vel ὦ δή, sive, ut quidam codd. habent, ὤ tantum.

96. Codd. multi articulum addunt ante κράτος, unde conjicias lectum aliquando fuisse ἐπέγνω τὸ κρ.

* *

Ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ τελέωνται ἀπειλαὶ,
Ἅς ποτ' ἐπηπείλησε βροτοῖς, οἳ πύργον ἔτευξαν
Χώρῃ ἐν Ἀσσυρίῃ (ὁμόφωνοι δ' ἦσαν ἅπαντες,
Καὶ βούλοντ' ἀναβῆναι ἐς οὐρανὸν ἀστερόεντα)·
Αὐτίκα δ' Ἀθάνατος μεγάλην ἐπέθηκεν ἀνάγκην
Πνεύμασιν· αὐτὰρ ἔπειτ' ἄνεμοι μέγαν ὕψοθι πύργον
Ῥίψαν, καὶ θνητοῖσιν ἐπ' ἀλλήλοις ἔριν ὦρσαν·
Τοὔνεκά τοι Βαβυλῶνα βροτοὶ πόλει οὔνομ' ἔθεντο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πύργος τ' ἔπεσε, γλῶσσαί τ' ἀνθρώπων
Παντοδαπαῖς φωναῖσι διέστρεφον, αὐτὰρ ἅπασα
Γαῖα βροτῶν πληροῦτο, μεριζομένων βασιλήων.
Καὶ τότε δὴ δεκάτη γενεὴ μερόπων ἀνθρώπων,
Ἐξ οὗπερ κατακλυσμὸς ἐπὶ προτέρους γένετ' ἄνδρας.
Καὶ βασίλευσε Κρόνος, καὶ Τιτὰν, Ἰαπετός τε,
Γαίης τέκνα φέριστα καὶ Οὐρανοῦ ἐξεκάλεσσαν
Ἄνθρωποι, γαίης τε καὶ οὐρανοῦ οὔνομα θέντες,

Arg. Historia rerum humanarum, narrando primum usque ad versum 162, deinde vaticinando deducta per intermediam sæculorum seriem a Babelicæ turris eversione ad Judæorum ex Assyriaca servitute reditum. Pars hæc libri III cum duabus proxime sequentibus (sive, ut nobis magis placet, cum postrema sectione, § 4), Bleekio, quantum credimus, primo visa est et nunc omnibus fere doctis habetur antiquissima totius Sibyllini corporis, scripta nempe a Judæo Alexan-

Titulus hoc loco nullus ac ne lacunæ quidem nota in codicibus, ut nec in edd. ante nos. Et sic fieri oportebat, quia titulus Λόγος τρίτος in codd. et in ed. pr., recte necne, præmissus fuerat exordio sectionis III, § 1, cui nunc inscriptus manet. Idem vero falsius in Castalionis et Opsopœi editionibus accommodatus fuerat ejusdem sectionis posteriori parti post versum 62, quem locum vide. Erat vero titulus novus, sicubi opportune, hic collocandus, initio quippe Sibyllinæ partis a ceteris prorsus diversæ, omniumque, ut supra dictum, antiquissimæ.

97, sqq. Fuit hoc olim initium carminis Judaïco-Alexandrini, de quo nos in præfatione multa disseruimus, quodque apud Judæos et Christianos Erythræum vulgo dicebatur. Hinc nihil mirum præ ceteris innotuisse primos hosce versus, citatosque passim inveniri ab ipsis gentilibus qui ipsos a Judæis acceperant, ut videlicet ab Alexandro Polyhistore (Syllæ coævo) ex Abydeni et Eupolemi fide apud Eusebium, Præp. cap. 16. Legerat hos eoque respicit Judæus historicus Josephus, Antiq. I, cap. 6. E sanctis Patribus citat primores ipsorum duodecim, uno excepto, Theoph. ad Aut. III, § 2, p. 370, ed. Par. Nec dictu opus est fontem totius loci ipsam esse Genesim, cap. 11, licet a poeta nonnihil adulteratam.

* *

Sed quum certa minas implerint fata severas,
Quas populis Deus increpuit, condentibus altam
Assyrio in campo turrim (lingua omnibus una,
Unus et ardor erat stellatum invadere cælum) :
Tunc immortalis jussum fatale voluntas
Imposuit ventis, ut celsam funditus arcem
Eruerent, simul et cæcas in mutua mentes
Jurgia conjicerent : Babylon hinc nomine dicta.
Ut vero cecidit turris, variumque sonantes
Dispersit linguas hominum discordia, cœpit
Compleri tellus, diversaque surgere regna.
Et tunc incessit decimum mortalibus ævum,
Ex quo diluvio gentes periere priores.
Atque ibi Saturnus, Titan simul, Iapetusque
Regnarunt, cælo quos et Tellure creatos
Dixerunt homines, Cæli Terræque vocantes

drino duobus prope sæculis ante Christum, regnante in Ægypto Ptolomæo Philometore, paulo post Antiochi Epiphanis expeditionem Ægyptiacam, sicut magis elucebit ex ipso textu præsertim quartæ partis, 611 sqq. Confer Excursum nostrum, cap. 1, et Præf. ad hoc ipsum volumen. — 97, sqq. Turris Babel eversa. — 108, sqq. Decima post diluvium generatio [aliter igitur ac libro I numerata], Titanes et Saturnidæ. —

98. Sub finem pro οἵ habet Theoph. ὅτε.

102. Ventorum turrim evertentium nulla fit in Genesi mentio. Fiebat tamen apud Abydenum et Eupolemum supra ex Eusebio et Cyrillo citatos. Meminerat etiam Celsus, teste adversario ejus Origene, IV, cap. 21, Sibyllistis quippe Christianis (Judæis dicere debuerat) exprobrans istam τοῦ πύργου κατάῤῥιψιν.

103. Recurret hic versus infra, 119, ubi ἐπ' ἀλλήλους legetur.

104. Deest hic apud Theophilum; sed manifesto lectus fuerat scriptoribus ab Eusebio supra citatis.

106. Apud Theophilum legitur pro hoc versu alter paulo diversus : Εἲς πολλὰς θνητῶν ἐμερίσθησαν διαλέκτους, translatus huc, an memoriæ lapsu? ex libro VIII, 5.

107. An βασιλειῶν, ut I, 390?

108, sqq. Citat hunc et quinque sqq. Athenagoras, Apol. pag. 308, ed. Paris. Tertullianus quoque huc respicit ad Nation. II, 12 : « Decima, inquit, genera« tione postquam cataclysmum, etc. »

109. Athenag. ἐξ οὗ δή.

110. Hæc et multa sequentium ex Hesiodo. Cfr. et Lact. I, cap. 14.

111. Τέκνα φέριστα sic intelligenda ut apud Tertull. loc. cit. « Terræ fortis« simi filii. »

Οὕνεκά οἱ προφέριστοι ἔσαν μερόπων ἀνθρώπων.
Τρισσαὶ δὴ μερίδες γαίης κατὰ κλῆρον ἑκάστου,
Καὶ βασίλευσεν ἕκαστος ἔχων μέρος, οὐδ' ἐμάχοντο·
Ὅρκοι γάρ τ' ἐγένοντο πατρὸς, μερίδες τε δίκαιαι.
Τηνίκα δὴ πατρὸς τέλεος χρόνος ἵκετο γήρως,
Καί ῥ' ἔθανεν· καὶ παῖδες, ὑπερβασίην ὅρκοισι
Δεινὴν ποιήσαντες, ἐπ' ἀλλήλους ἔριν ὦρσαν,
Ὃς πάντεσσι βροτοῖσιν, ἔχων βασιληΐδα τιμὴν,
Ἄρξει· καὶ μαχέσαντο Κρόνος Τιτάν τε πρὸς αὐτούς.
Τοὺς δὲ Ῥέη, καὶ Γαῖα, φιλοστέφανός τ' Ἀφροδίτη,
Δημήτηρ τε, καὶ Ἑστίη, εὐπλόκαμός τε Διώνη,
Ἤγαγον ἐς φιλίην, συναγείρασαι βασιλῆας
Πάντας, ἀδελφειούς τε, συναίμους τ', ἠὲ καὶ ἄλλους
Ἀνθρώπους, οἵ τ' ἦσαν ἀφ' αἵματος ἠδὲ τοκήων·
Καί ῥ' ἔκριναν βασιλῆα Κρόνον πάντων βασιλεύειν,
Οὕνεκά τοι πρέσβιστος [ἔην] γε καὶ εἶδος ἄριστος.
Ὅρκους δ' αὖτε Κρόνῳ μεγάλους Τιτὰν ἐπέθηκε,
Μὴ θρέψ' ἄρσενα καὶ παίδων γένος, ὡς βασιλεύσῃ
Αὐτὸς, ὅταν γῆράς τε Κρόνῳ καὶ μοῖρα πέληται.
Ὁππότε κεν δὲ Ῥέη τίκτεν, παρὰ τήνδ' ἐκάθηντο
Τιτῆνες, καὶ τέκνα διέσπων ἄῤῥενα πάντα,
Θήλεα δὲ ζῶντ' εἴων οἱ παρὰ μητρὶ τρέφεσθαι.
Ἀλλ' ὅτε τῇ τριτάτῃ γενεῇ τέκε πότνια Ῥείη,
Τίχθ' Ἥρην πρώτην· καὶ ἐπεὶ ἴδον ὀφθαλμοῖσι
Θῆλυ γένος, ᾤχοντο πρὸς αὐτοὺς ἄγριοι ἄνδρες
Τιτῆνες. Καὶ ἔπειτα Ῥέη τέκεν ἄρσενα παῖδα,
Τὸν ταχέως διέπεμψε λάθρῃ, ἰδίῃ δὲ τρέφεσθαι,
Ἐς Φρυγίην, τρεῖς ἄνδρας ἐνόρκους Κρῆτας ἑλοῦσα·
Τοὔνεκά οἱ Δί' ἐπωνόμασάν θ', ὅτι οἱ διεπέμφθη.
Ὣς δ' αὕτως διέπεμψε Ποσειδάωνα λαθραίως.
Τὸ τρίτον αὖ Πλούτωνα Ῥέη τέκε δῖα γυναικῶν,
Δωδώνην παριοῦσα, ὅθεν ῥέεν ὑγρὰ κέλευθα

113. Vacat οἱ pronomen, ut infra 134 et 141, Alexandrino more, de quo nos Exc. VII, cap. 8, pag. 597. Athenagoras tamen supra citatus pro articulo plurali videtur hanc copulam habuisse.

122. Vulg. τοὺς δ' Ἥρη : nos corr.

127. Durum est καί ῥ' ἔκριναν ob correptam male syllabam in ἔκριναν, sed Sibyllino mendo : cfr. Exc. nostr. VII, cap. 9.

128. An οὕνεκά οἱ, ut supra 113? Codd. πρέσβιστός τ' ἦν γε : nos corr.

Progeniem, quod longe omnes virtute præirent.
Tres illi terræ sortiti fœdere partes,
Quisque suam regnabat habens, certamine nullo.
Obtestatus enim genitor diviserat æquis
Finibus. At postquam senio confectus obivit,
Tum nati immemores fidei jurata resolvunt
Fœdera : fert animus cupide certare, quis inter
Mortales regni solus poteretur honore.
Et jam Saturnus, jam Titan arma ferebant ;
Sed Rhea cum Tellure, Venus quoque læta coronis,
Vesta, Ceres, humerisque comas effusa Dione,
Rursus amicitiæ vinxerunt fœdere reges,
Et regum fratres, consanguineosque propinquos,
Et quicumque genus regali a stirpe trahebant.
Saturnum placuit rerum præponere summæ :
Fratribus ille quidem forma præstabat et ævo.
Quem magnis Titan verbis jurare coegit,
Mascula ne sobolis nutriret pignora, ut ipse
Debitus exstincto fratri succederet heres.
Ergo uterum partu quoties Rhea solveret, omnis
Titanum fera gens aderat, discerpere fetus
Certa mares ; at femineos servabat alendos.
Tertius ut partus Junonem forte priorem
Ediderat, læti sua quisque in tecta revertunt
Titanes. Sed enim nisu regina secundo
Fetum enixa marem, clam, nec mora, misit alendum
In Phrygiam, quo juratos tres ire ministros
Cum puero jussit : dixerunt hinc Δία Græci
Translatum infantem. Simili mox sustulit arte
Neptunum ; simili Plutonem, tertius auras
Qui vidit, spatiante olim genitrice sub alta
Dodona et latebris umbrosis, fluminis unde

133. Melius ἄρσενα, ut supra, 130.
134. De οἱ explet. confer supra, 113.
138. Olim nos cum vulg. λαθρηϊδίῃ, male : nam codd. boni veram lectionem dederunt, quæ et Struvio probata est.
141. An θ' omittendum? Nota in eodem versu bis recurrere οἱ expletivum supra monstratum ad v. 113, nec postea animadvertendum. De absurdo etymo Δί' ex διά trahente nihil cavillabimur.
144. Δωδώνην, non Epiroticam illam, sed Thessalicam, habet Hom., Il. β, 750,

Εὐρώπου ποταμοῖο, καὶ εἰς ἅλα [μύρετο] ὕδωρ
Ἄμμιγα Πηνειῷ, καί μιν στύγιον καλέουσιν.
Ἡνίκα δ' ἤκουσαν Τιτᾶνες παῖδας ἐόντας
Λάθριον, οὓς ἔσπειρε Κρόνος τε Ῥέη τε σύνευνος,
Ἑξήκοντα δέ τοι παῖδας συναγείρατο Τιτὰν,
Καί ῥ' εἶχ' ἐν δεσμοῖσι Κρόνον τε Ῥέην τε σύνευνον,
Κρύψεν δ' ἐν γαίῃ, καὶ ἐν ζωσμοῖς ἐφύλασσε.
Καὶ τότε δή μιν ἄκουσαν υἱοὶ κρατεροῖο Κρόνοιο,
Καὶ οἱ ἐπήγειραν πόλεμον μέγαν ἠδὲ κυδοιμόν.
Αὕτη δ' ἐστ' ἀρχὴ πολέμου πάντεσσι βροτοῖσι·
[Πρώτη γάρ τε βροτοῖς αὕτη πολέμοιο καταρχή].
Καὶ τότε Τιτάνεσσι Θεὸς κακὸν ἐγγυάλιξε,
Καὶ πᾶσαι γενεαὶ Τιτάνων ἠδὲ Κρόνοιο
Κάτθανον. Αὐτὰρ ἔπειτα, χρόνου περιτελλομένοιο,
Αἰγύπτου βασίλειον ἐγείρατο· εἶτα τὸ Περσῶν,
Μήδων, Αἰθιόπων τε, καὶ Ἀσσυρίης Βαβυλῶνος,
Εἶτα Μακηδονίων, πάλιν Αἰγύπτου, τότε Ῥώμης.
Καὶ τότε μοι μεγάλοιο Θεοῦ φάτις ἐν στήθεσσιν
Ἵπτατο, καί μ' ἐκέλευσε προφητεῦσαι κατὰ πᾶσαν
Γαῖαν, καὶ βασιλεῦσι τά τ' ἐσσόμεν' ἐν φρεσὶ θεῖναι.
Καί μοι τοῦτο Θεὸς πρῶτον μόνος ἐγγυάλιξεν,
Ὅσσαι ἀνθρώπων βασιληΐδες ἠγερέθονται.
Οἶκος μὲν γὰρ πρώτιστος Σολομώνιος ἄρξει
Φοινίκης τ' Ἀσίης ἐπιβήτορας, ἠδὲ καὶ ἄλλων
Νήσων, Παμφύλων τε γένος, Περσῶν τε, Φρυγῶν τε,
Καρῶν, καὶ Μυσῶν, Λυδῶν τε γένος πολυχρύσων.
Αὐτὰρ ἔπειθ' Ἕλληνες ὑπερφίαλοι καὶ ἄναγνοι,
[Ἀλλὰ] Μακηδονίης ἔθνος μέγα ποικίλον ἄρξει,
Οἳ φοβερὸν πολέμοιο νέφος [ἄξουσι] βροτοῖσιν.

— 159, sqq. Regnorum antiquissimorum successio per compendium brevissimum, nempe tribus versibus, prælibata. — 162, sqq. Exordium novum, seu transi-

145. Vulg. Εὐρώτου, sed ex conj. Castalionis, quum mst. ferant εὐρώπου, et sic in epitome Strabonis et semel apud Eustathium e Strabone. Docet autem geographus Europum eumdem esse, qui Homero Titaresius dicitur, et originem ex monte Citario ducere, fluere autem in Thessalia. Alibi tamen Eurotas ab Eustathio vocatur, monente Casaubono Volkmannus, Jahnio præeunte, medelam indicavit, Dissert. de Lectt. Sibyll. p. 14. In fine codd. μοίρατο vel μοῖρα τό, ubi nos olim e conj. μύρατο, nunc, usitatiore forma, μύρετο.

147. An Τιτῆνες, ut supra, 118? Sed in hac voce variat Noster.

Europi manant latices, inque æquora pergunt
Peneo mixti, et Stygio cognomine tristes.
Ast ubi furtivis didicerunt crescere curis
Titanes partam Saturno et conjuge prolem,
Sexaginta parens Titan vocat undique natos,
Saturnum invadit, cumque ipsa conjuge vinctum
Sub terram mittit, tenebrisque includit opacis.
Audivit pubes Saturnia; nec mora, bello
Arma rapit, turbasque ciet, rixamque cruentam.
Atque hinc principium belli mortalibus ortum,
Hæc labes fuit, et tantorum causa malorum.
Tum Deus exitio Titanas misit; et omne
Titanum periit genus et Saturnia proles.
Post hæc surrexit tandem, volventibus annis,
Ægypti regnum. Persarum deinde secutum est,
Medorum, Æthiopumque, atque Assyriæ Babylonis.
Inde Macedoniæ regnum, Ægyptique secundum,
Denique Romanum. Sed tunc mihi sensibus imis
Vox allapsa Dei, cunctis oracula terris
Fundere præcepit, populisque et regibus omnes
Fatorum eventus, ac primum singula fari
Regna hominum, sæclis quæ sint oritura futuris.
Prima domus crescet Salomonia, quæ reget omnes
Phœnices Asiæque viros, et si qua propinquum
Insula litus habet, Persas, Caresque, Phrygesque,
Pamphylos, Mysos, et Lydorum aurea rura.
Post, Græci imperium capient, diri atque superbi,
Unde Macedoniæ populus dominabitur ingens,
Bellorum horrenda pressurus nube nepotes:

tio ad prædicenda regnorum et populorum fata. — 167, sqq. Salomonis regnum. — 171-174, Græci et Macedones. —

151. Codd. alii, δεσμοῖς.

154. Theophilus Antioch. II, § 31: Αὕτη ἀρχὴ ἐγένετο πρώτη τοῦ γίνεσθαι πολέμους ἐπὶ τῆς γῆς, sed de alia re.

155. An delendum tautologiæ causa?

165. Pro μόνος an νόῳ? Cfr. 299.

166. Melius sane ὁππόσαι.

169. Sic codd. hoc quidem loco Παμφύλων: sed alias, et quidem sæpius in Sibyllinis, Παμφυλίων, recentiore forma. In hoc utique præ ceteris antiquo libro priorem scripturam magis probandam putamus, et sic infra, 209 et 515.

172. Codd. ἄλλο: sed ἀλλά est pro καί.

173. Codd. ἥξουσι: sed omnino sibyllinum est ἀΐσσω vel ᾄσσω, sensu sive

Ἀλλά μιν οὐράνιος Θεὸς ἐκ βυθοῦ ἐξαλαπάξει.
Αὐτὰρ ἔπειτ' ἄλλης βασιληΐδος ἔσσεται ἀρχὴ,
Λευκὴ καὶ πολύκρανος, ἀφ' ἑσπερίου τε θαλάσσης,
Ἣ πολλῆς γαίης ἄρξει, πολλοὺς δὲ σαλεύσει,
Καὶ πᾶσι βασιλεῦσι φόβον μετόπισθε ποιήσει·
Πολλὸν δ' αὖ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἐξαλαπάξει
Ἐκ πόλεων πολλῶν· πάλι δ' ἔσσεται ἐν χθονὶ δίᾳ
Χρυσίον, αὐτὰρ ἔπειτα καὶ ἄργυρος, ἠδέ τε κόσμος·
Καὶ θλίψουσι βροτούς· μετὰ δ' ἔσσεται ἀνδράσι κείνοις
Πτῶμαθ', ὅταν ἄρξωνθ' ὑπερηφανίης ἀδίκοιο.
Αὐτίκα δ' ἐν τούτοις ἀσεβείας ἔσσετ' ἀνάγκη,
Ἄρσην δ' ἄρσενι πλησιάσει, στήσουσί τε παῖδας
Αἰσχροῖς ἐν τεγέεσσι, καὶ ἔσσεται ἤμασι κείνοις
Θλίψις ἐν ἀνθρώποις μεγάλη, καὶ πάντα ταράξει,
Πάντα δὲ συγκόψει, καὶ πάντα κακῶν ἀναπλήσει,
Αἰσχροβίῳ φιλοχρημοσύνῃ, κακοκερδέϊ πλούτῳ,
Ἐν πολλαῖς χώρῃσι, Μακηδονίῃ δὲ μάλιστα.
Μῖσος δ' ἐξεγερεῖ, καὶ πᾶς δόλος ἔσσεται αὐτοῖς,
Ἄχρι πρὸς ἑβδομάτην βασιληΐδα, ἧς βασιλεύσει
Αἰγύπτου βασιλεὺς, ὃς ἀφ' Ἑλλήνων γένος ἔσται.
Καὶ τότ' ἔθνος μεγάλοιο Θεοῦ πάλι καρτερὸν ἔσται,
Οἳ πάντεσσι βροτοῖσι βίου καθοδηγοὶ ἔσονται.
Ἀλλὰ τί μοι καὶ τοῦτο Θεὸς νόῳ ἔνθετο λέξαι,
Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον κακὸν ἔσται
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους; τίς τούτων [ἔσσεται ἀρχή];
Πρῶτον Τιτάνεσσι Θεὸς κακὸν ἐγγυαλίξει.
Υἱοὶ γὰρ καρτεροῖο Κρόνου τίσουσι δίκας [γε],
Οὕνεκά τοι δῆσάν τε Κρόνον καὶ μητέρα κεδνήν.
Δεύτερον αὖθ' Ἕλλησι τυραννίδες, ἠδ' ἀγέρωχοι
Ἔσσονται βασιλῆες ὑφερφίαλοι καὶ ἄναγνοι,
Κλεψίγαμοι καὶ πάντα κακοί. Καὶ οὐκέτι θνητοῖς
Ἄμπαυσις πολέμοιο. Φρύγες δ' ἔκπαγλοι ὀλοῦνται

— 175, sqq. Romani terrarum domini et oppressores, præcipue vero Macedoniæ, donec Ægypto rex imperet septimus a Græca stirpe [Ptol. Philometor].— 196, sq.

neutro sive activo ; nos corr. Vide an ῥήξουσι magis placeat.

191. Alterum hemistichium laudatur ab antiquo etiam periegeta apud Godofredum in Vetere Orbis Descr. pag. 48 : « Dolus enim in ipsa fuit, secundùm

Sed Deus hunc etiam fundo subvertet ab imo.
Post, aliud regnum incipiet, gens vestibus alba,
Multiplici capite, occiduo quæ litore surgens
Ibit in imperium magnum, multosque potentes
Subruet, et trepida quatiet formidine reges.
Multum quippe rapax auri argentique per urbes
Hauriet : ast auri tamen argentique per urbes
Copia succrescet, splendorque augebitur orbis.
Mortales gens illa premet ; sed proximus ipsi
Finis adest, tum quum fastu turgescere iniquo
Cœperit. Invadent illam scelus omne nefasque,
Masque mari se miscebit, statuentque pudendis
In lustris pueros. Et erit tunc magna per orbem
Pernicies hominum. Ruet omnia et omnia perdet,
Nil sanctum reputans, audens quodcumque jubebit
Turpis avarities et fœdi insania lucri.
Tristis ubique, Macedoniæ sed tristior agris
Incumbet, multumque odii conflabit, et omnem
Parturiet fraudem, proles dum septima regnet
Ægypti regum qui Græca ab origine surgent.
Tum vero exsistet magni præclara Dei gens,
Qua duce mortales cuncti bene vivere discent.
Sed mihi cur menti Deus injicit hoc quoque fari,
Quid primum, quid posterius, quæ meta laborum
Humano generi, quæ sint exordia damnis ?
Primum suppliciis affliget Numinis ira
Titanas, prolesque luet Saturnia pœnas,
Saturnum quoniam vinclis matremque dedere.
Græcia rectores hinc est habitura superbos,
Impuros, qui nec thalami sacra jura, neque ullam
Servabunt legem. Nec jam mortalibus ulla
Pugnandi requies. Phrygiis tum gentibus instat

Transitio ad resumendam gentium primævarum historiam. — 199, sqq. Variarum stirpium humanarum calamitates, initio facto, sicut supra, a Titanibus. —

« prophetiam Sibyllæ », sed ibi de Rhodo insula, hic de Roma, confuso apud geographum sensu nec intellecto. Cfr. XI, 258 ; XII, 268.

198. Codd. τίς δ' ἀρχὴ τούτων ἔσται;
200. In fine codd. γε non habent : addidit Ops. An pro δίκας legendum θέμιστας? Cfr. II, 24.

Πάντες, καὶ Τροίῃ κακὸν ἔσσεται ἤματι κείνῳ.
Αὐτίκα καὶ Πέρσῃσι καὶ Ἀσσυρίοις κακὸν ἥξει,
Πάσῃ τ' Αἰγύπτῳ, Λιβύῃ, ἠδ' Αἰθιόπεσσι,
Καρσί τε, Παμφύλοις τε, κακῶς μετακινηθῆναι,
Καὶ πάντεσσι βροτοῖσι. Τί δὴ καθ' ἓν ἐξαγορεύω;
Ἀλλ' ὁπόταν τὰ πρῶτα τέλος λάβῃ, αὐτίκα δ' ἔσται
Δεύτερ' ἐπ' ἀνθρώπους. Καί τοι πρώτιστα βοήσω.
Ἀνδράσιν εὐσεβέσιν ἥξει κακὸν, οἳ περὶ ναὸν
Οἰκείουσι μέγαν Σολομώνιον, οἵ τε δικαίων
Ἀνδρῶν ἔκγονοί εἰσιν. Ὅμως καὶ τῶνδε βοήσω
Φῦλον, καὶ γενεὴν πατέρων, καὶ δῆμον ἁπάντων,
Πάντα περιφραδέως, βροτὲ ποικιλόμητι δολόφρον.
Ἔστι πόλις . . . . κατὰ χθονὸς [Οὖρ Χαλδαίων,]
Ἐξ ἧς μοι γένος ἐστὶ δικαιοτάτων ἀνθρώπων,
Οἷσιν ἀεὶ βουλή τ' ἀγαθὴ, καλά τ' ἔργα μέμηλεν.
Οὔτε γὰρ ἠελίου κύκλιον δρόμον, οὔτε σελήνης,
Οὔτε πελώρια ἔργα μεριμνῶσι κατὰ γαίης,
Οὔτε βάθος χαροποῖο θαλάσσης Ὠκεανοῖο,
Οὐ πταρμῶν σημεῖ' οἰωνοπόλων τε πετεινά,
Οὐ μάντεις, οὐ φαρμακοὺς, οὐ μὴν ἐπαοιδοὺς,
Οὐ μύθων μωρῶν ἀπάτας ἐγγαστριμύθων,
Οὐδὲ τὰ Χαλδαίων τὰ προμάντια ἀστρολογοῦσιν,
Οὐδὲ μὲν ἀστρονομοῦσι· τὰ γὰρ πλάνα πάντα πέφυκεν,
Ὅσσα κεν ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσι κατὰ ἦμαρ,
Ψυχὰς γυμνάζοντες ἐς οὐδὲν χρήσιμον ἔργον,
Καί ῥα πλάνην ἐδίδαξαν ἀεικελίους ἀνθρώπους·
Ἐξ ὧν δὴ κακὰ πολλὰ βροτοῖς πέλεται κατὰ γαῖαν,
Τοῦ πεπλανῆσθαι ὁδούς τ' ἀγαθὰς καὶ ἔργα δίκαια.
Οἱ δὲ μεριμνῶσί τε δικαιοσύνην τ' ἀρετήν τε·
Κοὐ φιλοχρημοσύνη [τοῖς] γ', ἣ κακὰ μυρία τίκτει
Θνητοῖς ἀνθρώποις, πόλεμον καὶ λιμὸν ἄπειρον.

— 213, sqq. Transitio ad Judæorum historiam. — 218, sqq. Laus Judæorum. —

208. Post Λιβύῃ an τ' addendum?

209. Codd. alii, Παμφυλίοις τε: cfr. supra 169. Deinde pro κακόν vide an κακῶς legas, nisi infinitivus pro substantivo sumitur.

214. Codd. οἰκοῦσι: nos corr.

218. In lacuna fortasse Καμάρινα legendum, antiquum nomen urbis Ur, tradente Eupolemo apud Eusebium, Præp. IX, cap. 17, Judæo, ut videtur, auctore, qui Sibyllina legerat, Euseb. ibid. In fine codd. οὐρχαλδαίω (pro quo pauci

Fatale exitium, Trojæque miserrima clades.
Inde malum Persas manet, Assyriosque potentes,
Et totam Ægyptum, Libyam simul, Æthiopasque,
Pamphylos, Caresque domum mutare coactos,
Mortalesque omnes. Sed quorsum singula pando,
Quidve moror? Vix una lues cessarit, et ecce
Altera succedet. Nunc ordine singula pandam.
  Instant magna piis mala, qui Salomonia circum
Templa colunt, hominum justorum sanguine creti,
Quorum progeniem celebrabo, genusque paternum,
Et totam gentem. Tu fida mente reponens
Hæc utinam mediteris, homo vafer atque dolose!
  Est urbs in terræ regionibus Urchaldæis,
Unde mihi proles hominum justissima surget,
Queis semper bona mens et rerum cura piarum.
Nam neque decursum solis, lunæve labores,
Cetera nec curant quæ vulgo magna feruntur,
Nec magni Oceani rimando quærere fundum,
Nec sternutantum præsagia, nec vaga pennæ
Omina pernicis, non carmina, fascina, sortes,
Non insanorum mendacia ventriloquorum,
Nec quæ Chaldæi stellarum oracula quærunt,
Astra nec observant. Quippe hæc fallacia cuncta
Mortalis turbæ studia, incassumque laborant
Insani vacuis ævum consumere curis.
Quin genus inde hominum multos trahit atque pudendos
Errores, atque inde fluunt mala cuncta per orbem,
Perversis rectique viis et finibus æqui.
His autem virtus et justitia unica curæ est,
Non mala avarities, quæ longe plurima damna
Humano importat generi, bellumque, famemque.

εὐρυάγυια, a glossatoris aut librarii manu): nos corr. e Genesi, cap. 11, v. 31.

219. Codd. quidam ἐξ ὧν δή, alii nobiscum ἐξ ἧς μοι: incerta lectione, ex qua ideo nihil tuto deducas ad arguendam originem Sibyllæ. Sed notandus totus hic locus de Judæorum moribus, et conferendus cum Deut. c. 18, v. 10, sqq.

225. An melius φαρμακέας, metri causa, proponente Dausqueio in schedis manuscriptis? Sed φαρμακοί legitur etiam II, 284, nec media producta exemplis caret: vide H. Steph. Par.

235. Codd. τίς γ', ubi nos e conj. satis certa τοῖς γ'. De sensu, qui aperte Phocylideus, cfr. II, 111.

Τοῖσι δὲ μέτρα δίκαια πέλει κατ' ἀγρούς τε πόλεις τε,
Οὐδὲ κατ' ἀλλήλων νυκτοκλοπίας τελέουσιν,
Οὐδ' ἀγέλας ἐλάουσι βοῶν, οἴων τε καὶ αἰγῶν,
Οὐδὲ ὅρους γαίης γείτων τοῦ γείτονος αἴρει,
Οὐδὲ πολύπλουτός τις ἀνὴρ τὸν ἐλάττονα λυπεῖ,
Οὐδέ γε χήρας θλίβει, μᾶλλον δ' αὖτε βοηθεῖ,
Αἰεὶ ἐπαρκείων σίτῳ, οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ·
Αἰεὶ δ' ὄλβιος ἐν δήμῳ τοῖς μηδὲν ἔχουσιν,
Ἀλλὰ πενιχρομένοισι, θέρους ἀπόμοιραν ἰάλλει·
Πληροῦντες μεγάλοιο Θεοῦ φάτιν, ἔννομον ὕμνον·
Πᾶσι γὰρ οὐράνιος κοινὴν ἐτελέσσατο γαῖαν.
Ἡνίκα δ' Αἴγυπτον λείψει, καὶ τερπνὸν ὁδεύσει
Λαὸς ὁ δωδεκάφυλος ἐν ἡγεμόσι θεοπέμπτοις,
Ἐν στύλῳ πυρόεντι τὸ νυκτερινὸν διοδεύων,
[Κἀν] στύλῳ νεφέλης πᾶν ἠῶς ἦμαρ ὁδεύσει,
Τούτῳ δ' ἡγητῆρα καταστήσει μέγαν ἄνδρα
Μωσῆν, ὃν παρ' ἕλους βασίλισσ' εὑροῦσ' ἐκόμιζε,
Θρεψαμένη δ' υἱὸν ἐκαλέσσατο. Ἡνίκα δ' ἦλθε
Λαὸν ὅδ' ἡγεμονῶν, ὃν ἀπ' Αἰγύπτου Θεὸς ἦγεν,
Εἰς τὸ ὄρος Σινᾶ, καὶ τὸν νόμον οὐρανόθεν πρὸ
Δῶκε Θεὸς, γράψας πλαξὶ δυσὶ πάντα δίκαια,
Καὶ προσέταξε ποιεῖν· καὶ ἤν ἄρα τις παρακούσῃ,
Ἠὲ νόμῳ τίσειε δίκην, ἢ χερσὶ βροτείαις,
Ἠὲ, λαθὼν θνητοὺς, πάσῃ δίκῃ ἐξαπολεῖται.
Πᾶσι γὰρ οὐράνιος κοινὴν ἐτελέσσατο γαῖαν,
Καὶ πᾶσι καὶ ἄριστον ἐνὶ στήθεσσι νόημα.
Τοῖσι μόνοις καρπὸν τελέθει ζείδωρος ἄρουρα
Ἐξ ἑνὸς εἰς ἑκατὸν, τελέθοντό τε μέτρα Θεοῖο.
Ἀλλ' ἄρα καὶ τούτοις κακὸν ἔσσεται, οὐδὲ φύγονται
Λοιμόν. Καὶ σὺ δὲ καλλείπων περικαλλέα σηκὸν
Φεύξῃ, ἐπεί σοι μοῖρα λιπεῖν πέδον ἁγνὸν ὑπάρχει.
Ἀχθήσῃ δὲ πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ νήπια τέκνα
Ὄψει δουλεύοντα παρ' ἀνδράσι δυσμενέεσσιν,
Ἠδ' ἀλόχους· καὶ πᾶς βίοτος καὶ πλοῦτος ὀλεῖται.

— 248, sqq. Exitus ex Ægypto sub Mose. — 256, sqq. Lex in Sina data. — 260, sqq. Judæorum felicitas in terra sancta. — 265, sqq. Servitus deinde in Assyria. —

245. De sensu, cfr. II, 79. Recurret autem ἀπόμοιρα, XIII, 45.

247. Recurret hic versus infra, 261, et quidem pariter de solo Judææ agro,

Ipsis omnia sunt recte dimensa per agros
Perque urbes; nec furta dolo nocturna facessunt,
Caprarumve greges abigunt, oviumve, boumve;
Nec limes cuiquam vicini avellitur agri;
Nec locuples certat cum pauperiore molestus;
Nec viduis gravis est, sed opem pro viribus affert,
Subveniens gratis oleo, vinoque, ciboque,
Haud aliter dives, quam quod plus donat egenis,
Pauperibusque sua partem de messe remittit,
Observans præcepta Dei quæ sancta canuntur:
Fecit enim terram, communis ut omnibus esset.

Quum vero Ægyptum linquet, desertaque vadet
Per loca bissena populus de prole creatus,
Sub ducibus missis divinitus, atque columnam
Per noctes rutilam, obscuram sub sole, sequetur;
Olli rector erit cælesti percitus œstro
Moses, quem media inventum regina palude
Sustulit, et natum materno jure vocavit.
Ille ubi ab Ægypto profugos ad culmina Sinæ
Perduxit, legem Deus attulit ipse, duabus
Inscriptam tabulis, et quæ lex illa juberet,
Mandavit fieri, justa omnia; sive quis æquum
Detrectaret onus, meritas exsolvere pœnas
Humanis manibus vel magni Numinis ira.
Fecit enim terram, communis ut omnibus esset,
Injecitque suis rectos in pectora sensus:
Atque illis centum voluit succrescere grana
Ex uno, mensura Dei quæ frugibus esset.

Sed tamen incumbent ipsis quoque fata; neque atram
Evitare luem poteris, miser; et tua templa,
Divinumque solum, sacrataque jugera linques
Perditus, Assyriasque procul duceris in oras,
Et populo immiti natos servire dolebis
Uxoresque! Omnis tibi victus opesque peribunt,

non de universa terra, quod bene notes.

251. Codd. καὶ ἐν vel καί sine ἐν, ubi nos κἄν, ut in Procem. 68. Deinde codd. ἠῶς pro ἠοῦς: sed jam ἠώς lectum est, II, 182, ex Homero videlicet, Iliad. φ, 111.

261. Confer supra, 247.

262. Cfr. infra, 585.

Πᾶσα δὲ γαῖα σέθεν πλήρης, καὶ πᾶσα θάλασσα·
Πᾶς δὲ προσοχθίζων ἔσται τοῖς σοῖς ἐθίμοισι·
Γαῖα δ' ἔρημος ἅπασα σέθεν· καὶ βωμὸς ἐρυμνὸς,
Καὶ ναὸς μεγάλοιο Θεοῦ, καὶ τείχεα μακρὰ,
Πάντα χαμαὶ πεσέονται, ὅτι φρεσὶν οὐκ ἐπέθηκας
Ἀθανάτοιο Θεοῦ ἁγνὸν νόμον, ἀλλὰ πλανηθεὶς
Εἰδώλοις ἐλάτρευσας ἀεικέσιν, οὐδὲ φοβηθεὶς
Ἀθάνατον γενετῆρα θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων,
Οὐκ ἔθελες τιμᾶν, θνητῶν εἴδωλα δ' ἐτίμας.
Ἀνθ' ὧν ἑπτὰ χρόνων δεκάδας γῆ καρποδότειρα
Ἔσται ἔρημος ἅπασα σέθεν, καὶ θαύματα σηκοῦ.
Ἀλλὰ μένει σ' ἀγαθοῖο τέλος καὶ δόξα μεγίστη,
Ὥς σοι ἐπέκρανεν Θεὸς [ἄμβροτος]. Ἀλλὰ σὺ μίμνε,
Πιστεύων μεγάλοιο Θεοῦ ἁγνοῖσι νόμοισιν,
Ὁππότε σεῖο καμὸν ὀρθὸν γόνυ πρὸς φάος ἄρῃ.
Καὶ τότε δὴ Θεὸς οὐρανόθεν πέμψει βασιλῆα.
Κρινεῖ δ' ἄνδρα ἕκαστον ἐν αἵματι καὶ πυρὸς αὐγῇ.
Ἔστι δέ τις φυλὴ βασιλήϊος, ἧς γένος ἔσται
Ἄπταιστον· καὶ τοῦτο χρόνοις περιτελλομένοισιν
Ἄρξει, καὶ καινὸν σηκὸν Θεοῦ ἄρξετ' ἐγείρειν.
Καὶ πάντες Περσῶν βασιλεῖς ἐπικουρήσουσι
Χρυσόν τε, χαλκόν τε, πολύκμητόν τε σίδηρον.
Αὐτὸς γὰρ δώσει Θεὸς ἔννυχον ἁγνὸν ὄνειρον.
Καὶ τότε δὴ ναὸς πάλιν ἔσσεται, ὡς πάρος ἦν περ.

* * *

[Ἡνίκα δή μου θυμὸς ἐπαύσατο ἔνθεον ὕμνον,
Καὶ λιτόμην γενετῆρα μέγαν παύσασθαι ἀνάγκης·

— 282, sqq. Promissus Judæis ex servitute reditus. — 286, sqq. Rex de cælo missus [Cyrus] Judæorum regiam tribum [tribum nempe Juda] restituet. — 290, sqq. Templum novum ædificabitur, opitulantibus Persarum regibus.

Arg. III, § 3. Vaticinia, sicut in ceteris plerisque Sibyllinis, de variarum gentium urbiumque cladibus, hic vero sæpius ac præcipue de rebus ad Romana tempora spectantibus, unde nobis visa est hæc pars, tanquam duabus utrinque proxi-

273. Cfr. infra 281 et 333. Nec in fine legi necesse est ἔρημος: nam magnum templi altare instar arcis ædificatum fuit, ἐρυμνός.

275. Codd. alii, ἐπίθησας, Sibyllino verbo, sed solœca syntaxi.

278. Legi malit aliquis γενετῆρα Θεὸν πάντων ἀνθρώπων, ut infra 604.

Omnis plena tui regio terræque marisque.
Nullus erit quin te, quin mores oderit istos;
Et tua terra gemet deserta, altare relictum,
Et magni delubra Dei, murique valentes
Omnia collabentur humi, sanctissima quando
Æterni præcepta Dei pertæsus, inanes
Pronus adorasti statuas et inertia signa,
Scilicet oblitus divumque hominumque satoris,
Fœdaque contempto sectans idola Tonante.
Ergo tibi decies septenos orba per annos
Squalebit tellus eversaque templa jacebunt.
Sed bonus accedet tot damnis exitus, et laus
Dante Deo rursus florescet maxima. Quare
Legibus antiquis persta Dominoque fidelis,
Donec genua tibi Deus incurvata levarit.
  Tum rex e cælo missus descendet, ut omnes
Sanguine et igne probet quibus est mortalis origo.
Regalis tribus est, nunquam interitura, sed olim
Jus habitura diu, circumvertentibus annis.
Illa Dei incipiet renovatum attollere templum,
Ad quod rex omnis Persarum munera mittet
Subveniens auro, nec ferri aut æris avarus :
Sic etenim nocturna Deus per signa monebit.
Et tum sancta domus, qualis fuit ante, resurget.

* * *

  [Ut mihi divino requierunt pectora cantu,
Orabam magnum genitorem, vis ut abesset

mis interpolata, ad diversam omnino originem et ad Romanorum imperatorum, præsertim Antoninorum, ætatem referenda. Cfr. quæ multa de ea re disputavi in Exc. V et in mea ad hoc volumen Præfatione. — 295, sqq. Transitio [prorsus eadem quæ infra quartæ parti præmittetur, viam parans ad eas urbes gentesque quæ hoc ordine sequentur] :

282. Codd. ἀλλὰ μὲν εἰς ἀγαθοῖο.

283. Codd. θεὸς καὶ βροτός.

286. Καὶ τότε δή, κ. τ. λ. Eamdem Cyri et Messiæ confusionem vide apud Isaïam, cap. 44, v. ult., et 45, v. 1, sqq.

287. An potius κρίνει, metri causa, ut VIII, 222, Sibylla sæpe præsenti pro futuro utente, metro autem non ubique parcente. Cfr. Exc. nostr. VII, cap. 4.

295, sqq. Hoc novæ partis et, ut credi-

Καὶ πάλι μοι μεγάλοιο Θεοῦ φάτις ἐν στήθεσσιν
Ἵστατο, καί μ' ἐκέλευσε προφητεῦσαι κατὰ πᾶσαν
Γαῖαν, καὶ βασιλεῦσι τά τ' ἐσσόμενα φρεσὶ θεῖναι.
Καί μοι τοῦτο Θεὸς πρῶτον νόῳ ἔνθετο λέξαι,
Ὅσσα κε τῇ Βαβυλῶνι ἐμήσατο ἄλγεα λυγρὰ
Ἀθάνατος, ὅτι οἱ ναὸν μέγαν ἐξαλάπαξεν.
  Αἶ αἴ σοι, Βαβυλὼν, ἠδ' Ἀσσυρίων γένος ἀνδρῶν,
Πᾶσαν ἁμαρτωλῶν γαῖαν ῥοῖζός ποθ' ἱκνεῖται,
Καὶ πᾶσαν χώραν μερόπων ἀλαλαγμὸς ὀλέσσει,
Καὶ πληγὴ μεγάλοιο Θεοῦ, ἡγήτορος ὕμνων.
Ἀέριος γάρ σοι, Βαβυλὼν, ἥξει ποτ' ἄνωθεν,
Αὐτὰρ ἀπουρανόθεν καταβήσεται ἐξ ἁγίων σοι,
Καὶ θυμὸς τέκνοις αἰώνιος ἐξολοθρεύσει,
Καὶ τότ' ἔσῃ ὡς ἦσθα προτοῦ, ὡς μὴ γεγονυῖα.
Καὶ τότε πλησθήσῃ ἀπὸ αἵματος, ὡς πάρος αὐτὴ
Ἐξέχεας ἀνδρῶν τ' ἀγαθῶν ἀνδρῶν τε δικαίων,
Ὧν ἔτι καὶ νῦν αἷμα βοᾷ εἰς αἰθέρα μακρόν.
  Ἥξει σοι πληγὴ μεγάλη, Αἴγυπτε, πρὸς οἴκους,
Δεινὴ, ἣν οὐ πώποτ' ἐπήλπισας ἐρχομένην σοι.
Ῥομφαία γάρ [τοι] διελεύσεται [ἀμμέσα] σεῖο,
Σκορπισμὸς δέ τε καὶ θάνατος καὶ λιμὸς ἐφέξει,
Ἑβδομάτῃ γενεῇ βασιλήων· καὶ τότε παύσῃ.
  Αἶ αἴ σοι, χώρα Γὼγ ἠδὲ Μαγὼγ, μέσον οὖσα
Αἰθιόπων ποταμῶν, πόσον αἵματος ἔκχυμα δέξῃ,
Καὶ κρίσεως οἴκησις ἐν ἀνθρώποισι κεκλήσῃ,
Καὶ πίεταί σου γαῖα πολύδροσος αἷμα κελαινόν.
  Αἶ αἴ σοι, Λιβύη· αἶ αἶ δὲ, θάλασσά τε καὶ γᾶ.
Θυγατέρες δυσμῶν, ὡς ἥξετε πικρὸν ἐς ἦμαρ.
Ἥξετε καὶ χαλεποῖο διωκόμεναι ὑπ' ἀγῶνος,

— 303, sqq. Vetus Babylon Assyriæ. — 314, sqq. Ægyptus usque ad septimum regem, post hunc quietura. — 319, sqq. Gog et Magog [incertum quomodo Æthiopicis adscriptæ regionibus]. — 323. Africa, et omnes terræ mariaque [præsertim occidentis, uti remur], uno versu deplorata. —

mus, interpolatæ initium. Sed tamen ante hunc versum nulla in codd. lacunæ nota, ac ne vacuum quidem relinquitur spatium. Ceterum exordia confer simillima supra, 162, sqq., et infra, 489, sqq.; sed et II, 1, sqq.

301. Finis versus ex Hesiodo.

307. Cfr. V, 92 (bis).

309. Cum τέκνοις suppl. ἅμα vel σύν, ut infra cum τεκέεσσι, 479 : etiam cum verbo supplendum σέ, et θυμός accipiendum tanquam χόλος.

Importuna : sed ecce sonat vox magna Tonantis,
Meque jubet cunctis iterum prædicere terris,
Atque animis regum res inculcare futuras;
Ac primum quam multa paret quamque aspera damna
Rex immortalis Babyloni, justa ferenti
Præmia, quod magnam vastarit Numinis ædem.
Heu, Babylon! heu triste hominum genus Assyriorum!
Omnem quippe tuam pervadet maxima terram
Tempestas, cum victoris clamoribus hostis,
Verberibusque Dei magni, qui carminis auctor.
Aerius veniet tibi namque, et pronus ab alto
Vertice, sacratis cæli de sedibus, ultor
Incumbet Deus, et disperdet teque tuosque.
Tunc eris ut fueras, ceu nunquam nata fuisses.
Sanguine tunc, Babylon, implebere, sanguinis olim
Quæ sitiens ibas, justosque bonosque trucidans,
Unde cruor fusus, nunc, nunc quoque ad æthera clamat.
Et tibi magna venit clades, Ægypte, tuasque
Inviset funesta domos, nil tale timentis.
Nam te per mediam gladius penetrabit acutus,
Incumbetque tibi dispersio, morsque, famesque,
Septima quum regum stirps venerit : inde quiesces.
Heu tibi, Gog, tractusque Magog, qui dividis amnes
Æthiopum medius! Quantum tibi sanguinis instat!
Judicii pœnæque domus dicere per orbem,
Infelix tellus, quum sanguine tincta madebis.
Heu, Libya infelix! eheu, mare terraque! Vobis,
Occiduæ gentes, orietur tempus acerbum.
Luctandum vobis fuerit certamine longo,

— 324, sqq. Imprecatio in occidentales populos [Romanos videlicet] propter dirutam ædem sanctam [Hierosolymitanam haud dubie].

316. Codd. ῥ. γὰρ διελεύσεται διὰ μέσον : alii, διὰ μέσου (vel διὰ μέσσου) σεῖο : nos corr. Cfr. Ezech., cap. 14, v. 7.

317. Ex Apocalypsi, cap. 16, v. 8, ipsis prope verbis.

318. Καὶ τότε παύσῃ. Cfr. V, 457, cum quo plane consentit hoc hemistichium, ut eamdem mentem eamdemque manum agnoscas : vide Exc. nostr. V, cap. 7 et 8, necnon Præf. nostr. ad hoc volumen.

319. Cfr. infra, 512.

323. Alterum hemist. ex Apocal. c. 12, v. 13.

Δεινοῦ καὶ χαλεποῦ· δεινὴ κρίσις ἔσσεται αὖθις,
Καὶ κατ' ἀνάγκην πάντες ἐλεύσεσθε ἐς ὄλεθρον,
Ἀνθ' ὧν ἀθανάτοιο μέγαν διεδηλήσασθε
Οἶκον, ὀδοῦσι σιδηρείοις τ' ἐμασήσατε δεινῶς.
Τοὔνεκα δὴ νεκρῶν πλήρη σὴν γαῖαν ἐπόψει,
Τοὺς μὲν ὑπὸ πολέμου, καὶ πάσης Δαίμονος ὁρμῆς,
Λιμοῦ καὶ λοιμοῦ, ὑπὸ δ' ἐχθρῶν βαρβαροθύμων.
Γαῖα ἔρημος ἅπασα σέθεν, καὶ ἔρημα πόληος.
Ἐν δὲ δύσει ἀστὴρ λάμψει, ὃν ἐροῦσι κομήτην,
Ῥομφαίας, λιμοῦ, θανάτοιό τε σῆμα βροτοῖσιν,
Ἡγεμόνων τε φθορᾶς ἀνδρῶν μεγάλων τ' ἐπισήμων.
Σήματα δ' ἔσσεται αὖθις ἐν ἀνθρώποισι μέγιστα.
Καὶ γὰρ Μαι[ῶτιν] λίμν[ην] Τάναϊς βαθυδίνης
Λείψει· καδδὲ ῥόον βαθὺν αὔλακος ἔσσεται ὁλκὸς
Καρποφόρου· τὸ δὲ ῥεῦμα τὸ μυρίον αὐχέν' ἐφέξει.
Χάσματα, ἠδὲ βάραθρ' ἀχανῆ· πολλαὶ δὲ πόληες
Αὔτανδροι πεσέονται· ἐν Ἀσσίδι μὲν Ἰασσὸς,
Κέβρην, Πανδονίη, Κολοφὼν, Ἔφεσος, Νίκαια,
Ἀντιόχεια, Τάναγρα, Σινώπη, Σμύρνα, [Μυρίνη],
[Γάζα πανολβίστη, Ἱεράπολις, Ἀστυπάλαια]·
Εὐρώπης δὲ Κύαγρα, Κλίτος, Βασιλὶς, Μερόπεια,
Ἀντιγόνη, Μαγνησία, [Πάνθεια, Μυκήνη].
Ἴσθι τότ', Αἰγύπτου ὀλοὸν γένος, ἐγγὺς ὀλέθρου,
Καὶ τότ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἔτος τὸ παρελθὸν ἄμεινον.
Ὁππόσα δασμοφόρου Ἀσίης ὑπεδέξατο Ῥώμη,
Χρήματά κεν τρὶς τόσσα δεδέξεται ἔμπαλιν Ἀσσὶς
Ἐκ Ῥώμης, ὀλοὴν δ' ἀποτίσεται ὕβριν ἐς αὐτήν.
Ὅσσοι δ' ἐξ Ἀσίης Ἰταλῶν δόμον ἀμφεπόλευσαν,

— 334, sqq. Cometes ad occidentem effulsurus. — 337, sqq. Calamitates variæ terræque motus in Asia et Europa. — 348, sqq. Ægypto quoque et Alexandriæ

327. Melius sonaret, πρὸς ὄλεθρον.

331. An potius Δαίμονος ὀργῆς legendum, et de ira ipsius Dei accipiendum ?

333. Cfr. supra, 273 et 281. Hic notandum πόληος legi, non πολήων, unde vertendum suspiceris : « Urbs ipsa relicta « est », vel « Urbs occidit ipsa », Roma scilicet.

338. Codd. μαιῶτις λίμνη : nos corr.

342. Codd. ἰασσίς : nos corr. et sequentia urbium nomina pleraque fuerunt emendanda.

343. Codd. κέβρη : nos corr. Deinde Πανδονίη ignotum est nomen urbis : vide ne Μυγδονίη sit legendum, eodem sensu quo VII, 100.

344. Pro Τάναγρα, Arcadiæ urbe, vide ne reponenda sit Σύαγρα Ciliciæ ex versu mox secuturo, ubi pro Σύαγρα legendum erit Τάναγρα, ne duæ terrarum

Assiduoque, gravique; ac demum pœna luenda
Omnibus, et dura pereundum lege, quod altam
Æterni sedem et magni penetralia regis
Ferratis graviter mandistis dentibus. Ergo
Strata cadaveribus cernes tua tristia rura
Natorum, quos ira Dei, pestisve, famesve,
Bellave sustulerint atque implacabilis hostis.
Omnis terra tibi deserta, urbesque relictæ.
Stella sed occiduo fulgebit ab axe, Cometam
Quam dicent, gladii signum, cædisque, famisque,
Exitiique ducum magnorum nobiliumque.
Plurima præterea mortales signa monebunt.
Altus enim Tanaïs Mæotica stagna relinquet,
Exhaustique lacus fundum præbebit arandis
Frugibus; undarum sistentur mille fluenta.
Hiscent vasta barathra : ruent simul oppida multa
Plena viris : urbes Asiæ, quas inter Iassus,
Cebraque, Pandonia et Colophon, Nicæa Ephesusque,
Antiochia, Tanagra, Sinope, Smyrna, Myrina;
[Gaza diu felix, Hierapolis, Astypalæa];
Europæque Cyagra, Clitus, Basilis, Meropea,
Antigone, Magnesiaque, Panthea, Mycene.
Tum scito Ægypti populis accedere finem;
Et tibi, Alexandria, prior tum gratior annus.
Divitias quantas, et vectigalia quanta
Roma Asiæ rapuit, ter tantum plusque rependet
Roma Asiæ, meritasque luet cum fenore pœnas;
Quotque Asia ex omni servos gens Itala abegit,

malum prædicitur. — 350, sqq. Roma, quas Asiæ eripuit divitias, vicissim Asiæ rependet. —

partes confundantur. Pro Μυρίνη habebant codd. in fine μάρος vel μᾶρος vel μαροσύνη vel μεροσύνη: nos conj.

345. Hic versus in codd. male rejectus fuerat post eum qui nunc est 347, tradnctis in Europam tribus Asiæ urbibus : nos corr.

346. Pro Κύαγρα, ignoto geographis nomine, lege Τάναγρα, ut supra dictum ad v. 344.

347. Codd. Μυκήνη, Πάνθεια, contra metrum : nos corr. Ceterum Πάνθεια ignota est, pro qua videtur reponenda Πανόπεια, Phocidis urbs, etsi Πανοπεύς sæpius dici solita, ut XI, 315.

350. Codd. ὁππότε pro ὁππόσα : nos corr. Ceterum de raptis Asiæ opibus olim restituendis, cfr. IV, 142, sqq. unde hæc hausta, et vide not.

Εἰκοσάκις τοσσοῦ[τοι] ἐν Ἀσσίδι θητεύσουσιν
Ἰταλοὶ ἐν πενίῃ, ἀνὰ μυρία δ' ὀφλήσουσιν.
Ὦ χλιδανὴ ζάχρυσε Λατινίδος ἔκγονε Ῥώμης,
Παρθένε, πολλάκι σοῖσι πολυμνήστοισι γάμοισιν
Οἰνωθεῖσα λάτρις νυμφεύσεαι οὐκ ἐνὶ κόσμῳ.
Πολλάκι δ' ἁβρὴν σεῖο κόμην δέσποινά τε κείρει,
Ἠδὲ, δίκην διέπουσα, τὰ οὐρανόθεν ποτὶ γαῖαν
Ῥίψει, ἐκ δὲ γαίης πάλιν οὐρανὸν εἰς ἀνεγείρει,
Ὅττι βροτοὶ φαύλου ζωῆς ἀδίκου τ' ἐνέχοντο.
Ἔσται καὶ Σάμος ἄμμος, ἐσεῖται Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ Ῥώμη ῥύμη· τὰ δὲ θέσφατα πάντα τελεῖται.
Σμύρνης δ' ὀλλυμένης οὐδεὶς λόγος ἔκδικος ἔσται,
Ἀλλὰ κακαῖς βουλαῖσι καὶ ἡγεμόνων κακότησιν.
Εἰρήνη δὲ γαληνὸς ἐν Ἀσσίδι γαῖαν ὁδεύσει.
Εὐρώπη δὲ μάκαιρα τότ' ἔσσεται, εὔβοτος αἰθὴρ,
Πουλυετὴς, εὔρωστος, ἀχείματος, ἠδ' ἀχάλαζος,
Πάντα φέρων καὶ πτηνὰ καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης.
Ὦ μακαριστὸς, ἐκεῖνον ὃς ἐς χρόνον ἔσσεται ἀνὴρ,
Ἠὲ γυνὴ, μακάρων κενεήφατος ὅσσον ἄγραυλος.
Εὐνομίη γὰρ πᾶσα ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Ἵξετ' ἐπ' ἀνθρώπους, ἠδ' εὐδικίη, μετὰ δ' αὐτῆς
Ἡ πάντων προφέρουσα βροτοῖς ὁμόνοια σαόφρων,
Καὶ στοργὴ, πίστις, φιλίη ξείνων· ἀπὸ δ' αὐτῶν
Ἠδέ τε δυσνομίη, μῶμος, φθόνος, ὀργὴ, ἄνοια·
Φεύξετ' ἀπ' ἀνθρώπων πενίη, καὶ φεύξετ' ἀνάγκη,
Καὶ φόνος, οὐλόμεναί τ' ἔριδες, καὶ νείκεα λυγρὰ,
Καὶ νυκτοκλοπίαι, καὶ πᾶν κακὸν ἤμασι κείνοις.
Ἀλλὰ Μακηδονίη βαρὺ τέξεται Ἀσσίδι πῆμα,
Εὐρώπης τε μέγιστον ἀνασταχυώσεται ἄλγος

— 356, sqq. Romæ parantur atroces rerum vices. — 363, sqq. Samos, Delos, Smyrna periturae, cumque iis Roma ipsa. — 367. Pax olim felix in Asia, [an in Judæa sub Persarum regibus?]. — 381, sqq. Finis affuturus huic prosperitati ex Macedonia [nempe sub Alexandro ejusque successoribus], atque ex gente quadam

354. Cod. τοσσοῦτον : nos corr.

355. In fine sensus obscurus : videtur tamen ἀνὰ μυρία multas sestertium myriadas cumulare.

356. Codd. χλιδανί (sic), ex ignoto barbaroque feminino adjectivi quod infra vide VIII, 50. Dein Λατινίδος ἔκγονε Ῥώμης ipsa est Roma : cfr. VIII, 75.

357, sq. Cfr. Apocal. cap. 17, v. 2, sqq. Proci autem seu μνήστορες iidem sunt qui infra, 413, ἐρασταί.

359. Δέσποινα est Fortuna : vide not

Vicenos toties Italos Asiatica tellus
Servitio addicet : nec sic tamen omnia solvent.
O mollis divesque Latinæ filia Romæ,
Deliciis auroque fluens, inhonesta virago,
Ebria mille procis nubes, ancillaque fies.
Sæpe tibi vellet teneros hera dura capillos,
Et pœnas repetens, nunc te de vertice celso
Pronam affliget humi, nunc rursus ad æthera tollet;
Pravi adeo mores hominum, perversaque vita !
Fiet arena Samus; Delus deleta jacebit;
Fiet Roma ruina, et prædicta omnia fient.
Nullaque erit Smyrnæ pereuntis mentio : pravis
Consiliis culpaque ducum procumbet inulta.
Pax autem felix Asiæ dominabitur oris,
Europamque manet sors optima, fertile cælum,
Mite, perenne, carens nimbis et grandine sæva,
Omnia larga ferens, pecudum genus atque volucrum.
O nimium felix, illud qui vivet in ævum,
Seu vir, seu mulier! Quales finguntur amœnæ
Fortunatorum sedes. Namque æthere ab alto
Justitia, et legum vigor, et concordia multis
Anteferenda bonis, terras inviset, amorque
Mutuus, hospitiique fides : ast improba longe
Vis aberit, livorque malus, dementia et ira.
Paupertas etiam, duræque injuria sortis,
Cædes, et nocuæ lites, rixæque molestæ,
Et nocturna aberunt furta, et genus omne malorum.
Ast Asiæ fatale Macedonia aspera vulnus
Inferet : Europæque dolor succrescet acerbus

Saturnia notha [Romana nempe], quæ aliquando Babylona ipsam subiget [vide not. ad h. l.], omniumque terrarum domina dicetur, non tamen imperium seris posteris transmissura. —

363, sq. De Samo et Delo, cfr. IV, 91, sqq.; VIII, 165, sq. De hemistichio autem ῥώμη ῥύμη, serius addito, vide not.

366. Cfr. VIII, 162, et V, 17, et locos ibi cit.

371. Ex IV, v. ult.

372. Ἄγραυλος, suppl. γῆ, substantive et insolenter hic sumitur pro amœna valle. Additur autem κενεήφατος, « fabulosa », ne quid gentili mythologiæ concedi videatur.

379. Boni quidam codd. φθόνος pro φόνος : an melius?

382. Volebat Struvius Εὐρώπῃ. Hic et tres sqq. versus repetiti legentur

Ἐκ γενεῆς Κρονιδῶν τε νόθων, δούλων τε γενέθλης.
Κείνη καὶ Βαβυλῶνα πόλιν δεδομήσετ' ἐρυμνήν,
Καὶ πάσης ὁπόσης ἐπιδέρκεται ἥλιος αἴης
Δεσπότις αὐδηθεῖσα, κακαῖς ἄτῃσιν ὀλεῖται,
Οὐ νόμον ὀψιγόνοισι πολυπλάγκτοισιν ἔχουσα.
Ἥξει καί ποτ' ἄπυστ' [εἰς] Ἀσσίδος ὄλβιον οὖδας
Ἀνὴρ πορφυρέην λώπην ἐπιειμένος ὤμοις,
Ἄγριος, ἀλλοδίκης, φλογόεις· ἤγειρε γὰρ αὐτὸν
Πρόσθε κεραυνὸς φῶτα· κακὸν δ' Ἀσίη ζυγὸν ἕξει
Πᾶσα, πολὺν δὲ χθὼν πίεται φόνον ὀμβρηθεῖσα.
Ἀλλὰ καὶ ὣς πανάϊστον ἅπαντ' Ἀΐδης θεραπεύσει·
Ὧν δή περ γενεὴν αὐτὸς θέλει ἐξαπολέσσαι,
Ἐκ τῶν δὴ γενεῆς κείνου γένος ἐξαπολεῖται·
Ῥίζαν ἴαν γε διδοὺς, ἣν καὶ κόψει Βροτολοιγὸς
Ἐκ δέκα δὴ κεράτων, παρὰ δὲ φυτὸν ἄλλο φυτεύσει.
Κόψει πορφυρέης γενεῆς γενετῆρα μαχητὴν,
Καὐτὸς ἀφ' υἱῶν, ὧν ἐς ὁμόφρονα αἴσιον ἄῤῥης,
Φθεῖται· καὶ τότε δὴ παραφυόμενον κέρας ἄρξει.
Ἔσται καὶ Φρυγίῃ δὲ φερεσβίῳ αὐτίκα τέκμαρ,
Ὁππότε κεν Ῥείης μιαρὸν γένος, ἐν χθονὶ [δίᾳ],
Ἀέναον ῥίζῃσιν ἀδιψήτοισι τεθηλὸς,
Αὐτόπρεμνον πανάϊστον ἰῇ ἐν νυκτὶ γένηται,
Ἐν πόλει Ἀντάνδρῳ, σεισίχθονος Ἐννοσιγαίου
Ἣν τότε φημίξουσιν ἐπωνυμίην Δορύλαιον,

— 388, sqq. Rex sævus [Hadrianus, ut nobis quidem videtur] ex improviso Asiam [id est, Judæam] invadet, magnamque ei regioni cladem importabit, ipse mox periturus, herede uno superstite, qui a filiis occidetur [sic Judæorum invidia som-

lib. XI, 200, sq., ibi tamen de Alexandro Magno, non ut nunc de Roma : vide Præf. ad hoc vol. Pro ἄλγος ibidem legetur ἕλκος, fortasse non male.

383. Codd. plerique κρονίδων vel κρονιδῶν, pauciores κρονίδαο : utrolibet modo, Saturni nepotes nothi (id est, falso dicti) sic designantur, nempe Romani. Codd. deinde δοῦλον pro δούλων, absque syntaxi et absque sensu, quum fugitivos in asylum congregatos, eosdem nempe Romanos, hic intelligi certum sit.

387. Cfr. Daniel., cap. 11, v. 4.

388. Codd. omnes, ἄπιστ' pro ἄπυστα, ac deinde ἐξ ἀσσίδος : utrumque nos corr. Est autem nobis Ἀσσίδος ἱερὸν οὖδας Judæa, quæ et Ἀσίη dicetur infra, 391.

392. Recurret idem aut similis versus, XI, 218 ; sed ibi ὀμβρήεντα.

393. Sic πανάϊστον infra, 404, ubi vide not. Deinde θεραπεύσει nobis est pro θερίσει, barbare licet.

396. Codices alii γε non habent, videlicet in διδούς priorem producentes, ut infra 412. De sensu cfr. Præf. ad h. v.

397. Metaphora cornuum ducta est ex Daniele, c. 7, v. 7, sqq., 23, sq. vel ex Apocal. c. 17.

Saturni de gente notha servisque creata.
Illa quidem validam muris Babylona domabit,
Et qua sol radiat, totum regina per orbem
Dicta, trahet miseram fatali clade ruinam,
Non ad multivagos legem extensura nepotes.
    Descendet subitus nec fando auditus in agros,
Felices agros Asiæ, spectandus amictu
Purpureo, vir iniquus, atrox, torrentior igne,
Fulmine prognatus. Feret hinc Asiatica durum
Terra jugum, multumque bibet madefacta cruorem.
Sed tamen hunc etiam fatalis demetet Orcus,
Et quorum voluit prolem delere, per illos
Progenies cadet ipsa viri. Quippe una manebit
Ex ipso radix, quam Mars homicida secabit,
Atque novam plantam denis e cornibus edet.
Purpureæ prolis ferietur martius auctor,
Perque suos, sua quos in regna vocarit, alumnos
Occidet : adnatum regnabit denique cornu.
    Frugiferæ sed erunt Phrygiæ tum pessima signa,
Quum gens illa Rheæ, vitiis polluta nefandis,
Telluri antiquæ æternis radicibus hærens,
Una nocte ruet, penitusque peribit, in urbe
Antandro, quam tunc Dorylæum nomine dicent
Neptunum propter, cava qui fundamina quassat.

niabat : vide Præf.], daturis deinde alieno successori locum. — 401, sqq. Motus terræ gravis in Phrygia circa urbem Dorylæum, qui motus Æneadis [Romanis] bellum portendet intestinum, oriturum ex hominum quorumdam cupiditate. —

399. Codd. in fine ἄρης vel ἄρρης, sine sensu, pro quo nos ἀρχῆς suspicamur; nihil tamen definimus. Est enim versus omnino corruptus et desperatus, eratque jam talis sæculo III desinente, uti patebit ex ultimis Sibyllinis libris. Sensus velle videtur ἀφ' υἱῶν ὧν ἐς ὁμόφρονα δέξεται ἀρχήν, seu simile quid. Legerat Sibyllista libri XI ἀφ' υἱωνῶν, et de Judæis intellexerat : cfr. XI, 48, 56, 100, et ad singulos locos vide not.

401-409. Cfr. I, 184, sqq. et ambo locos ortos puta ex antiquiore aliquo oraculo, de quo vide not. ad h. l.

402. Codd. et edd. ῥεῦμα sine sensu, ubi nos δίᾳ conjecimus : est enim hoc epitheton in Sibyllinis frequens, ut supra, 180, neque pagano, sed poetico sensu accipiendum. At lib. I, 185, κῦμα non melius quam ῥεῦμα scriptum est, utrumque pariter ex nimia religione.

403. Ex Hesiodo, 171.

404. Magis placeret ἄϊστον, ut I, 187.

405. Legendum videtur σὺν πόλει αὐτάνδρῳ, ut I, 187, καὶ πόλεις αὐτάνδρους. Quid enim Dorylæo commune cum Ἀντάνδρῳ? nisi sic prius appellatum putes, quod vanum est.

Ἀρχαίης Φρυγίης πολυδακρύτοιο κελαινῆς.
Ἔστ' ἄρα καιρὸς ἐκεῖνος ἐπωνυμίην ἐνοσίχθων·
Κευθμῶνας γαίης σκεδάσει, καὶ τείχεα λύσει.
Σήματα δ' οὐκ ἀγαθοῖο, κακοῖο δὲ φύσεται ἀρχή·
Παμφύλου πολέμοιο δαήμονας ἕξετ' ἀνάγκας,
Αἰνεάδας [γε] διδοὺς αὐτόχθονας, ἐγγενὲς αἷμα,
Ἀλλὰ καὶ αὖθις ἕλωρ ἐπὶ ἀνθρώποισιν ἐρασταῖς.
  Ἴλιον, οἰκτείρω σε· κατὰ Σπάρτην γὰρ Ἐριννὺς
Βλαστήσει περικαλλὲς ἀείφατον ἔρνος ἄριστον,
Ἀσσίδος Εὐρώπης τε πολυσπερὲς οἶδμα λιποῦσα·
Σοὶ δὲ μάλιστα γόους, μόχθους, στοναχάς τε φέρουσα
Θήσει· ἀγήρατον δ' ἕξει κλέος ἐσσομένοισιν.
  Καί τις ψευδογράφος πρέσβυς βροτὸς ἔσσεται αὖθις,
Ψευδόπατρις· [λύσει δὲ φάος ἐν ὀπῇσιν ἑῇσιν]·
Νοῦν δὲ πολὺν, καὶ ἔπος θ' ἕξει ἄμετρον διανοίας,
Οὐνόμασι δυσὶ μισγόμενον· Χῖον δὲ καλέσσει
Αὐτὸν, καὶ γράψει τὰ κατ' Ἴλιον, οὐ μὲν ἀληθῶς,
Ἀλλὰ σ[ο]φῶς, ἔπεσι γὰρ ἐμοῖς, μέτρων τε κρατήσει·
Πρῶτος γὰρ χείρεσσιν ἐμὰς βίβλους [ἀνανείμῃ].
Αὐτὸς δ' αὖ μάλα κοσμήσει πολέμοιο κορυστὰς,
Ἕκτορα Πριαμίδην, καὶ Ἀχιλλέα Πηλείωνα,
Τούς τ' ἄλλους, ὁπόσοις πολεμήϊα ἔργα μέμηλε.
Καί γε θεοὺς τούτοισι παρίστασθαί γε ποιήσει,
Ψευδογραφῶν κατὰ πάντα τρόπον, μέροπας κενοκράνους.
Καὶ θανέειν μᾶλλον τοῖσι κλέος ἔσσεται εὐρὺ
Ἴλιον [ἀμφί]· καὶ αὐτὸς ἀμοιβαῖα λέξεται ἔργα.

— 414, sqq. Bellum Trojanum [an huc fortasse priori illa Æneadarum mentione introductum?]. — 419-432. Homerus. —

407. Confer μελαίνης, I, 261.

411. Codd. ἕξετ', ut nos, pro quo nos olim ἕξει, sed nulla satis idonea causa: est enim Sibyllinum mendum.

412. Codd. vel δέ pro γε, vel nullam copulam habent; et fortasse nullam malimus, priore licet in διδούς male producta : cfr. supra 396.

413. Codd. ἀλλά τε αὖθις vel ἀλλά τε καὶ αὖθις : sed iidem melius infra, 447, ἀλλὰ μεταῦθις. Legerat hoc vaticinium et de Roma acceperat Byzantinus historicus Nicetas de Alex. Isaac. f: Ὦ περίπυστον πρᾶγμα Ῥωμαίων ἀρχὴ, οἱοί σοι ἐπανέστησαν ἐρασταί.

414. Virgilio quoque est Helena « Trojæ et patriæ communis Erynnis », Æn. II, 573. Hoc autem vel simile oraculum affert tanquam ex Delphicæ Sibyllæ carminibus Pausanias, Phocic. § 12; tanquam ex Erythrææ Lactantius (huc, ut videtur, respiciens), lib. I, cap. 6, quem etiam adi de Ira Dei, cap. 22.

419., sqq. Totus hic de Homero locus,

Hoc erit antiquæ Phrygiæ lacrimabile fatum :
Hæc vere poterunt Neptunia tempora dici,
Quæ latebras pandent terrarum, et mœnia rumpent.
Triste quidem fatum, sed tristius omine, quando
Arsuros toto præsagiet orbe tumultus,
Æneadasque, genus fratrum licet indigenarum,
Bello iterum atque iterum prædam fore propter amantes.
Ilion, heu! miseresco tui : nam crescet Erinnys
Spartana, insignis facie, celebrandaque fatis,
Europæ atque Asiæ germen commune malorum;
Sed tibi cumprimis gemitus lacrimasque ciebit,
Ærumnisque tuis æternum clara feretur.
Inde senex veniet falsorum scriptor, et ipsum
Mentitus patriæ nomen : cui lumina visu
Cassa, sed ingenii vis plurima, voxque sonoris
Apta modis, et lingua duplex. Chion ipse canendo
Natalem agnoscet : gestasque ad mœnia Trojæ
Res cantu referet, non vere, sicut habebunt,
Sed docte, nam sæpe meis verbisque modisque :
Quippe meos primus libros evolvere norit :
Ornabitque duces armorum laude superbos,
Hectora Priamiden et Achillea Peliona,
Atque alios, quibus est virtus mavortia cordi.
Quin faciet divos illis assistere, falso
Sic vocitans homines fluxos lethoque sepultos.
Mors erit illorum potior, qui nobile circum
Ilion occiderint, quorum canet ipse labores.

recursurus ille quidem libro XI, 163, sqq., lectorem vel invitum remittit ad Euclu fragmentum a Pausania servatum, Phoc. cap. 24, et quæ ipsi nos edidimus fragmenta veteris Erythrææ in Append. ad Exc. II.

420. Codd. δυσειδέα φάος ὀνοπῆσιν ἐν σίν, nisi quod pro ἐν σίν quidam habent ἐνήρει, omnes sine sensu : nos corr. Vide tamen an pro δύσει magis placeat λείψει, activo sensu, sicut II, 176.

421. Sic codd. θ' ἕξει, ubi nos olim sine auctore δ' ἕξει.

424. Codd. σοφῶς : sed quo seusu? nos corr. De Homero tanquam Sibyllæ plagiario, vide not.

425. In fine codd. ὀνομήνη, sine sensu : nos corr.

426. An potius δ' εὖ μάλα?

432. Codd. ἴλιον · ἀλλὰ καὶ αὐτός : nos corr. Deinde pro ἀμοιβαῖα, quod salva græcitate vix capi potest (nisi forte sic vertendum, « mercedem suam habentia vel habitura »), multo magis placeret nobis ἀοίδιμα, Struvio etiam probante. Λέξεται denique pro λέξει solœcum est, sed Sibyllinum. Versus inficetus aut corruptus.

Καὶ Λυκίη Λοκροῖο γένος κακὰ πολλὰ φυτεύσει.
Χαλκηδὼν στεινοῖο πόρον πόντοιο λαχοῦσα,
Καί σε μολὼν τότε παῖς Αἰτώλιος ἐξεναρίξει.
Κύζικε, καί σοι πόντος ἀποῤῥήξει βαρὺν ὄλβον.
Καὶ σύ ποτ' [ἀρείῃ], Βυζάντιον, Ἀσσίδι στέρξῃ,
Καὶ δὴ καὶ στοναχὰς λήψῃ, καὶ ἀνήριθμον αἷμα.
Καὶ κράτος ὑψηλὸν Λυκίης ὄρος ἐκ κορυφ[άων],
Χάσματ' ἀνοιγομένης πέτρης, κελαρύξεται ὕδωρ,
Μέχρι τε καὶ [Πατάρων] μαντήϊα σήματα παύσῃ.
Κύζικ' ὦ οἰκήτειρα Προποντίδος οἰνοπόλοιο,
Ῥύνδακος ἀμφί σε κῦμα κορυσσόμενον σμαραγήσει.
Καὶ σὺ, Ῥόδος, πουλὺν μὲν ἀδούλωτος χρόνον ἔσσῃ,
Ἡμερίη θυγάτηρ, πουλὺς δέ τοι ὄλβος ὄπισθεν
Ἔσσεται, ἐν πόντῳ δ' ἕξεις κράτος ἔξοχον ἄλλων.
Ἀλλὰ μεταῦθις ἕλωρ ἔσῃ ἀνθρώποισιν ἐρασταῖς,
Κάλλεσιν, ἠδ' ὄλβῳ· δεινὸν ζυγὸν αὐχένι θήσῃ.
Λύδιος αὖ σεισμὸς δὲ τὰ Περσίδος ἐξεναρίξει,
Εὐρώπης τ' Ἀσίης τε λεὼς ῥίγιστά περ ἀλγεῖ.
Σιδονίων δ' ὀλοὸς βασιλεὺς, καὶ φύλοπις ἄλλων,
Ποντοπόρον Σαμίοις ὀλοὸν δείξουσιν ὄλεθρον.
Αἵματι μὲν δάπεδον κελαρύξεται εἰς ἅλα φωτῶν
Ὀλλυμένων· ἄλοχοι δὲ σὺν ἀγλαοφαρέσι κούραις
Ὕβριν ἀεικελίην ἰδίην ἀποθωρήξουσι,
Ταὶ μὲν ὑπὲρ νεκύων, ταὶ δ' ὀλλυμένων ὑπὲρ υἱῶν.
Σημεῖον Κύπρου σεισμῷ· φθίσει δὲ φάλαγγας,
Καὶ πολλὰς ψυχὰς Ἀΐδης ὁμοθυμαδὸν ἕξει.
Τράλλις δ' ἡ γείτων Ἐφέσου σεισμῷ καταλύσει
Τείχεά τ' εὐποίητ' ἀνδρῶν τ' ὀλοῶν βαρυθύμων·
Ὀμβρήσει δέ τε γαῖα ὕδωρ ζεστόν· ποτὶ δ' αὐτοὺς

— 433, sqq. Lyciæ et Propontidis urbes nonnullæ, quas inter Chalcedon, hominis cujusdam Locri sive Ætoli manu [quisnam ille?] diripiendæ. — 436, sqq. Aliæ quædam Propontidis et Lyciæ urbes variis cladibus afficiendæ [confusa hic omnia et fortuita]. — 444, sqq. Rhodus, diu libera, tandem jugum subitura est:

435. Pro τότε præstaret ποτε.

437. Hic vero ποτ' est e nostra conj.: nam codd. τότ' habent. Deinde codd. ἄρῃ vel ἄρα, ubi nos ἀρείῃ. Denique στέρξῃ nobis quidem media vox est, tanquam pro passiva στερχθήσῃ, « exoptaberis, propter divitias concupisceris »: sonat enim ἐρασταῖς, « ambitiosis, cupidis », sicut supra 413 et infra 447.

439. Codd. κορυφαίων, subbarbare.

Et Locri proles Lyciæ mala multa creabit;
Et te, Chalcedon, ponti sortita meatum
Angustum, manus Ætoli populabit alumni.
Exundans avellet opes tibi, Cyzice, pontus.
Tu vicinæ Asiæ, Byzantion, arma movebis,
Et gemitus fundes, et largum sanguinis amnem.
Præterea summo Lycii de vertice montis
Rauca resultabit divulsis rupibus unda,
Donec in æde sua Pataris oracula cessent.
Cyzice, quam vinosa Propontidis ora coronat,
Te circum tumida resonabit Rhyndacus unda.
Tuque diu nulli, Rhode, subdita, filia Solis,
Florebis, multaque potens pollebis opum vi,
Imperioque maris primas aliquando tenebis;
Sed frustra : nam præda hominum rapieris amantum,
Cervicemque jugo dives formosaque subdes.
Lydius at motus res Persidis obruet, et tum
Europæ atque Asiæ gentes immane dolebunt.
Sidonios variasque trahens in prælia gentes,
Rex sævus Samiis feret aspera bella per undas.
Tum cruor e terra manabit in æquora, torrens
Cæde virum; simul uxores castæque puellæ,
Vim passæ infandam, flebunt hæ fata parentum
Occisorum, illæ natorum morte cadentum.
Signa etiam Cypri motus dabit : ille phalanges
Opprimet, et multas animas simul ingeret Orco.
At vicina Epheso Trallis concussa superbos
Amittet muros, habitataque mœnia duris
Civibus; et calidos latices e gurgite fundens,

vide not. — 449, sq. Terræ tremor ingens in Perside, Asia atque Europa. — 451, sqq. Samos ab hominibus Sidoniis mari advectis devastabitur [nempe a Phœnicibus post Polycratis tyrannidem : vide not.]. — 456, sqq. Motus graves terrarum Cypri, Trallibus, Ephesi. —

440. Ἀνοιγομένης et κελαρύξεται medias accipe voces pro activis.

441. Codd. πατέρων, ubi nos Πατάρων ex IV, 112 : vide not.

447. Idem supra, 413, sed de Rhodo.

450. Codd. in fine ἄλγη, unde nos olim ἀλγῇ, minus græca syntaxi : sed est ἀλγεῖ pro ἀλγήσει, ut V, 196, ποιεῖ pro ποιήσει, et V, 337, αἱρεῖ pro αἱρήσει, quæ etiam cognationis indicia sunt.

Γαῖα βαρυνομένη πίεται, ὀσμὴ δέ τε θείου.
Καὶ Σάμος ἐν καιρῷ βασιλήϊα δώματα τεύξει.
Ἰταλίη, σοὶ δ' οὔτις Ἄρης ἀλλότριος ἥξει,
Ἀλλ' ἐμφύλιον αἷμα πολύστονον, οὐκ ἀλαπαδνὸν,
Πουλυθρύλλητόν τε ἀναιδέα τε κεραΐξει.
Καὶ δ' αὐτὴ θερμῇσι παρὰ σποδιῇσι ταθεῖσα,
Ἃ προΐδη στήθεσσιν ἑοῖς, ἐναρί[ξεαι] αὐτήν.
Ἔσσῃ δ' οὐκ ἀγαθῶν μήτηρ, θηρῶν δὲ τιθήνη.
Ἄλλος ἀπ' Ἰταλίης λυμήτης ἵξεται ἀνήρ.
Τῆμος, Λαοδίκεια, καταπρηνὴς ἐῤῥουσα,
Καρῶν ἀγλαὸν ἄστυ, Λύκου παρὰ θέσκελον ὕδωρ,
Σιγήσεις μεγάλαυχον ἀποιμώξασα τοκῆα.
Θρῆκες [ἀπὸ Βύζαντος] ἀναστήσονται [ἀν' Αἷμον].
Καμπανοῖς ἄραβος πέλεται διὰ τὸν πτολίπορθον
Λιμόν· πουλυετῆ δὲ ἀποιμώξασα τοκῆα
Κύρνος, καὶ Σαρδὼ, μεγάλαις χειμῶνος ἀέλλαις,
Καὶ πληγαῖς ἁγίοιο Θεοῦ, κατὰ βένθεα πόντου
Δύσονται κατὰ κῦμα θαλασσείοις τεκέεσσιν.
Αἶ αἶ, παρθενικὰς ὁπόσας νυμφεύσεται Ἄδης,
[Καὶ] κούρους τοὺς ἀκτερέας βυθὸς ἀμφιπολεύσει·
Αἶ αἶ, νήπια τέκν' ἁλινηχέα, καὶ βαρὺν ὄλβον.
Μυσῶν γαῖα μάκαιρα, γένος βασιλήϊον ἄφνω
[Παύσεται]. Οὐ μὴν πουλὺν ἐπὶ χρόνον ἔσσετ' ἀληθῶς
Καρχηδών. Γαλάταις δὲ πολύστονος ἔσσεται οἶκτος.
Ἥξει καὶ Τενέδῳ κακὸν ἔσχατον, ἀλλὰ μέγιστον·
Καὶ Σικυὼν χαλκέοις ὑλάγμασι, καὶ σὺ, Κόρινθε,
Αὐλήσεις ἐπὶ πᾶσιν, ἴσον δὲ βοήσεται αὐλός.]

— 463. Samos aliquando regias exstruet ædes [aulam intellige Polycratis, et vide not.]. — 464, sqq. Italia non externis, sed civilibus peritura bellis. — 470. Alius ab Italia veniet vir exitialis [Nero videlicet Antichristus]. — 471. Laodicea sub Laodicea eversa, sed alio, ut videtur, tempore, cfr. IV, 106, sq., et vide not.

468. Codd. plerique, ἃ προΐδη στήθεσσι * ἐναρίζεται δ' αὐτήν : alii ut nos, nisi quod ἑοῖς leni spiritu scribunt, et in fine ἐναρίζετ' αὐτήν : at secundam personam vult sequens versus. Videtur esse προΐδη media vox pro activa, ut in ὁράω sæpe fit, nisi malis προΐδῃς.

470. Codd. post λυμήτης, incertum cur, addunt πάλιν.

471. Codd. ἕρπουσα : nos corr. De

474. Codd. θρῆκες ἀκρόβυζοι (sic) ἄλλων στήσονται ἀνέμων : nos corr.

475. Codd. ἀράβων : nos corr.

476. Confer versum fere eumdem, quamvis de alia re, supra, 473. Cyrni autem, quæ Corsica est, conditor habetur Herculis filius.

481. Codd. καί omittunt.

Terra gravata viros cum sulphuris hauriet æstu.
Tempus erit, quum regales Samus exstruet ædes.
Italia, haud tibi Mars externis ingruet armis :
Civilis sed te sanguis, nec debilis ille,
Obruet, insignem fama, vacuamque pudore.
Tum calidos propter cineres porrecta jacebis,
Et tua præsago lacerabis corda dolore,
Non jam feta bonis, sed nutrix facta ferarum.
Alter ab Italia veniet vir sævus et atrox.
Tum tu, Laodicea, tuo de culmine præceps,
Urbs Carum præclara, Lyci splendentis ad undas,
Magnanimum auctorem frustra conquesta, silebis.
Thraces ab excidio fugient Byzantis in Hæmum.
Campanis instat gemitus circumsonus, urbes
Depopulante fame. Tum tu conquesta vetustum
Frustra, Cyrne, genus, tuque insula proxima Cyrno,
Mole procellarum subita, plagisque Tonantis,
Gurgitis æquorei cava descendetis in antra.
Eheu! quam multas intacto flore puellas
Desponsabit atrox Orcus ! quot corpora pontus
Infantum juvenumque, et opem quæ pondera volvet!
Mysorum felix tellus, te regia proles
Deficiet subito. Nec tu diuturna manebis,
Carthago. Galatis luctus quoque plurimus instat.
Et Tenedo veniet suprema, at maxima clades.
Et Sicyon æris fremitu, tuque, alta Corinthe,
Implebis cælum : resonabilis accinet echo.

idem tempus terræ motu peritura. — 474-488. Aliarum gentium et urbium vices sine ordine prædictæ.

483. Μυσῶν γαῖα hoc loco Troas est, nisi fallimur, et Pergami regnum intelligendum, repente post Attalum III exstinctum : vide not.

484. Codd. τεύξεται : nos corr.

486. Idem omnino versus legetur, VIII, 160, sed de Rhodo insula, unde suspicamur hic quoque legendum, καί τε Ῥόδῳ. Quis enim de Tenedo curet, parva et paupere insula?

487. An melius ob metrum χαλκέοισιν ὑλ.? Codd. vero omnes χαλκείοις vel χάλκειος habent, et omnes σέ, ubi nos σύ. De Corintho, cfr. IV, 108 : Sicyon hic Corintho pereunti additur, non ex historiæ fide. Αὐλούς pro tubis reperias alibi quoque, VII, 116.

488. Codd. αὐχήσεις : sed propter αὐλόν, quod præcessit, certum est αὐλήσεις. Et sic oraculum Phaennidis apud Pausan. Phocic. 15 : Αὐλήσει Γαλατῶν στρατός.

* * * *

Ἡνίκα δή μοι θυμὸς ἐπαύσατο ἔνθεον ὕμνον,
Καὶ πάλι μοι μεγάλοιο Θεοῦ φάτις ἐν στήθεσσιν
Ἵστατο, καί μ' ἐκέλευσε προφητεῦσαι κατὰ γαῖαν.
Αἶ αἶ, Φοινίκων γένος ἀνδρῶν ἠδὲ γυναικῶν,
Καὶ πάσαις πόλεσι παραλίαις· οὐδεμί' ὑμῶν
Πρὸς φάος ἠελίοιο παρέσσεται ἐν φαῒ κοινῷ,
Οὐδ' ἔτι τῆς ζωῆς ἀριθμὸς καὶ φῦλον ἔτ' ἔσται,
Ἀντ' ἀδίκου γλώττης, ἀνόμου τε βίου καὶ ἀνάγνου,
Ὃν κατέτριψαν πάντες, ἀνοίγοντες στόμ' ἄναγνον,
Καὶ δεινοὺς διέθεντο λόγους, ψευδεῖς τ', ἀδίκους τε,
Κἄστησαν κατέναντι Θεοῦ μεγάλου βασιλῆος,
Κἤνοιξαν ψευδῶς μυσαρὸν στόμα. Τοὔνεκ' ἄρ' αὐτοὺς
Ἐκπάγλως πληγαῖσι δαμάσσειεν παρὰ πᾶσαν
Γαῖαν, καὶ πικρὴν μοίρην πέμψει Θεὸς αὐτοῖς,
Ἐξ ἐδάφους φλέξας πόλιας καὶ πολλὰ θέμεθλα.
Αἶ αἴ σοι, Κρήτη πολυώδυνε, εἰς σέ περ ἥξει
Πληγὴ, καὶ φοϐερὰ αἰώνιος ἐξαλαπάξει·
Καί σε καπνιζομένην πᾶσα χθὼν ὄψεται αὖθις,
Κοὔ σε δι' αἰῶνος λείψει πῦρ, ἀλλὰ καήσῃ.
Αἶ αἴ σοι, Θρήκη, ζυγὸν ὡς εἰς δούλιον ἥξεις,
Ἡνίκα σύμμικτοι Γαλάται τοῖς Δαρδανίδαισιν
Ἑλλάδ' ἐπεσσυμένως πορθεῦντες, σοὶ κακὸν ἔσται·
Γαίῃ δ' ἀλλοτρίῃ δώσεις [κακὸν], ἠδέ τι λήψῃ.
Αἶ αἶ, Γὼγ, καὶ πᾶσιν ἐφεξείης ἅμα Μαγὼγ,
[Μαρσῶν ἢ Δάκων], ὅσα σοι κακὰ μοῖρα πελάζει.

Arg. Rursus antiquissimum carmen, ut supra § 2, procedit. Continuantur vaticinia ejusdem fere modi cum prioribus, post quæ longa sequitur exhortatio ad gentiles, præsertim Græco-Ægyptios, ut ad Judaïca sacra convertantur, admixtis Judæorum laudibus et adventantis supremi judicii signis. — 489-491. Transitio ad sequentia. — 492, sqq. Adversus Phœnices impietatis et blasphemiarum pœnam

489. Titulus hic nullus in codd. nec in edd. ac ne intervallum quidem aut lacunæ signum, licet nova pars incipiat commune cum priore nihil habens, uti alias sæpe dictum.

493. Codd. omnes, παραλίαις πόλεσι, quod inversis verbis Gallæus utcumque correxit : nos Gallæum semel sequimur.

496. Codd. omnes cum vulg. γλώττης, ut nos, non γλώσσης, raro tamen apud Sib. atticismo.

505. Quidni potius φοϐερή?

509. Huc an infra, 599, respiciebat Lactantius, ad Probum (opere deperdito),

* * * *

Ut mihi divino requierunt pectora cantu,
Ecce iterum magni vox est allapsa Tonantis,
Atque iterum terris oracula fundere jussit.
Eheu! Phœnicum populi, matresque, virique,
Litoreæque urbes, quarum non ulla superstes
Ad solis radios communi in luce manebit.
Omnis viventum gens et tribus occidet omnis,
Effrenos propter mores linguamque protervam:
Nempe quod in vanas solverunt ora loquelas,
Tetraque dixerunt, injustaque, falsaque verba,
Et contra magnum steterunt regemque Deumque,
Fœda eructantes mendacia. Numinis ergo
Verberibus totum plectentur corda per orbem,
Impia corda, quibus mittet Deus aspera fata,
Urbes et validas evertens funditus arces.
Heu, male, Creta, tibi, multum dolitura! manet te
Horribilis clades atque insanabile vulnus;
Et te fumantem procul omnis terra videbit,
Nec cessabit edax penitus te absumere flamma.
Heu tibi, Thracia terra! jugum servile subibis,
Dardanidis mixti Galatæ quum Græca per arva
Irrumpent prædæ cupidi: tunc perdita flebis,
Externæque malum terræ dabis, accipiesque.
Heu tibi, Gog, et qui post omnes ordine Magog,
Marsorum gens atque Daum, tibi quot mala surgent!

subituros. — 504, sqq. Adversus Cretam. — 508, sqq. Adversus Thraciam, vastandam quippe colluvie Gallorum [an Galatarum?] et Dardanidarum [an Phrygum?]. — 512, sqq. Adversus Gog et Magog multasque Asiæ gentes, mixtis Africæ nonnullis. —

lib. III, citante Hieronymo, Procem. in II ad Galat.: « Galli, inquit, antiquitus « a candore corporis Galatæ nuncupa- « bantur, et Sibylla sic eos appellat. » Sed hic apud Sibyllistam de Asiæ Galatis agitur.

510. Codd. πορθ. τότε σοι. Laborat syntaxis, nisi lacuna subest.

511. Codd. κακόν non habent: addidimus nos e conj. Vellet aliquis πολύ pro κακόν reponere, sic nempe, δώσεις πολὺ μηδέ τι λήψῃ: sed an μηδέ pro οὐδέ recte stet, judicet ipse vir doctus.

513. Codd. μαρσὼν ἠδ' ἀγγών: nam Μαρσώγ, quod edd. habent, ex apographi unius mendo prodiit. Ignota omnino vel incerta barbarorum nomina, de quibus vide not.

Πολλὰ δὲ καὶ Λυκίων υἱοῖς, Μυσῶν τε, Φρυγῶν τε.
Πολλὰ δὲ Παμφύλων ἔθνη Λυδῶν τε πεσεῖται,
Μαύρων τ', Αἰθιόπων τε, καὶ ἐθνῶν βαρβαροφώνων,
Καππαδοκῶν τ', Ἀράβων τε. Τί δὴ κατὰ μοῖραν ἕκαστον
Ἐξαυδῶ; Πᾶσι γὰρ, ὅσοι χθόνα ναιετάουσιν,
Ὕψιστος δεινὴν ἐπιπέμψει ἔθνεσι πληγήν.
 Ἕλλησι δ' ὁπόταν πολυβάρβαρον ἔθνος ἐπέλθῃ,
Πολλὰ μὲν ἐκλεκτῶν ἀνδρῶν ὀλέσειε κάρηνα·
Πολλὰ δὲ πίονα μῆλα βροτῶν διαδηλήσονται,
Ἵππων θ', ἡμιόνων τε, βοῶν τ' ἀγέλας ἐριμύκων·
Δώματά τ' εὐποίητα πυρὶ φλέξουσιν ἀθέσμως·
Πολλὰ δὲ σώματα δοῦλα πρὸς ἄλλην γαῖαν ἀνάγκῃ
Ἄξουσι· καὶ τέκνα, βαθυζώνους τε γυναῖκας
Ἐκ θαλάμων ἁπαλὰς, τρυφεροῖς ποσὶ πρόσθε πεσούσας,
Ὄψονται δεσμοῖσιν ὑπ' ἐχθρῶν βαρβαροφώνων
Πᾶσαν ὕβριν πάσχοντας [ἀεικέα]· κοὐκ ἔσετ' αὐτοῖς
Μικρὸν ἐπαρκέσσων πολέμου ζωῆς τ' ἐπαρωγός.
Ὄψονταί τ' ἰδίας κτήσεις καὶ πλοῦτον ἅπαντα
Ἐχθρὸν καρπίζοντα· τρόμος δ' ὑπὸ γούνασιν ἔσται.
Φεύξονται δ' ἑκατὸν, εἷς δ' αὐτοὺς πάντας ὀλέσσει·
Πέντε δὲ κινήσουσι βαρὺν [λόχον]· οἱ δὲ πρὸς αὐτοὺς
Αἰσχρῶς φυρόμενοι πολέμῳ δεινῷ τε κυδοιμῷ,
Οἴσουσιν ἐχθροῖσι χαρὰν, Ἕλλησι δὲ πένθος.
 Δούλειος δ' ἄρα ζυγὸς ἔσσεται Ἑλλάδι πάσῃ·
Πάντα δ' ὁμοῦ πόλεμός τε βροτοῖς καὶ λοιμὸς ἔτ' ἔσται·
Χάλκειόν τε μέγαν τεύξει Θεὸς οὐρανὸν ὕψου,
Ἀβροχίην τ' ἐπὶ γαῖαν ὅλην· αὐτὴ δὲ σιδηρᾶ.
Αὐτὰρ ἔπειτα βροτοὶ δεινῶς κλαύσουσιν ἅπαντες
Ἀσπορίην καὶ ἀνηροσίην καὶ πῦρ ἐπὶ γαίης·
Καὶ θήσει πολὺν [οἶκτον], ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν·

— 520, sqq. Barbarorum [videlicet Romanorum] incursus in Græciam cum immani terrarum vastatione [Macedonicis scilicet et Achaïcis bellis, ut supra, § 2].

515. Codd. alii πάμφυλίων, et sic edd. Cfr. supra 169.

516. Codd. plerique μαύρων, ut nos, vel μαυρῶν, sed unus Gallæi κάρων, an pro Καρῶν, quod fortasse melius huc conveniret?

517. Cfr. supra, 210.

519. An melius ἐπιπέμψει' in optativo?

526, sqq. Cfr. supra, 268, sqq.

529. Codd. δεινὴν, unde nos, juvante literarum veteri forma, ἀεικέα :

Quanta etiam Lyciis, Mysis, Phrygibusque propinquant!
Multa cadent Lydæ Pamphylæque oppida gentis,
Maurorum, Æthiopumque, et quorum barbara lingua,
Cappadocumque Arabumque. Quid omnes ordine conor
Dicere? Nam quotcumque patens complectitur orbis,
Tot valida gentes ferientur Numinis ira.
Sed quum barbara gens irrumpet plurima Græcis,
Multa quidem capita exscindet præclara virorum,
Multa ovium pecora abripiet diversa per agros,
Mulorumque greges, et equorum armenta boumque.
Magnificis etiam tectis incendia mittet,
Multaque diversum ducet captiva per orbem
Corpora vi, molles pueros, raptasque verendis
E thalamis matres, nequicquam in genua precando
Collapsas, quæ barbaricis onerata catenis
Membra trahent per mille opprobria : nec grave quisquam
Avertet miseris bellum aut discrimina vitæ;
Sed bona divitiasque omnes victoris avari
Direptas cernent manibus : tum quassa tremore
Genua trement : centum fugient, centum opprimet unus ;
Et si quinque velint, disrumpant agmina tota.
Sic illi fœdo miscebunt bella tumultu,
Lætitiamque ferent hosti Græcisque dolorem.
Græcia tota jugum famula cervice subibit.
Omne autem mortale genus belloque fameque
Occidet, et cælum divinitus ære rigebit,
Nec pluvias gremio accipiet jam ferrea tellus.
Inde homines cuncti misera formidine plangent,
Arva inculta, inarata, fero vastarier igne,
Queis luctum immittet cæli terræque creator,

— 537, sqq. Servitus et omnimodæ calamitates Græciæ imminentes [post illum videlicet Romanorum incursum]. —

alii χαλεπήν, quod vix notandum.

533. Cfr. Deuteron. cap. 32, v. 30.

534. Codd. χόλον, ubi nos λόχον : cfr. Isaï. cap. 30, v. 17. In fine vero αὐτούς accipe pro ἑαυτούς sive ἀλλήλους, Sibyllino more, ut III, 121, et 640, etc.

539. Ex Deuteron. cap. 28, v. 23.

543. Codd. καὶ θήσει πόλιν ἱστόν, quem locum male olim tractaveramus, nunc corr. Cfr. enim, III, 485, πολύστονος οἶκτος, et XI, 297, δεινὸν στοναχήσεται οἶκτον.

Πάντων δ' ἀνθρώπων τὸ τρίτον [μέρος] ἔσσεται αὖθις.
Ἑλλὰς δὴ, τί πέποιθας ἐπ' ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσι
Θνητοῖς, οἷς οὐκ ἔστι φυγεῖν θανάτοιο τελευτήν;
Πρὸς τί τε δῶρα μάταια καταφθιμένοισι πορίζεις,
Θύεις τ' εἰδώλοις; Τίς τοι πλάνον ἐν φρεσὶ θῆκε,
Ταῦτα τελεῖν, προλιποῦσα Θεοῦ μεγάλοιο πρόσωπον;
Οὔνομα παγγενέταο σέβας ἔχε, μηδὲ λάθῃ σε.
Χίλια δ' ἔστ' ἔτεα καὶ πένθ' ἑκατοντάδες ἄλλαι,
Ἐξ οὗ δὴ βασίλευσαν ὑπερφίαλοι βασιλῆες
Ἑλλήνων, οἳ πρῶτα βροτοῖς κακὰ ἡγεμόνευσαν,
Πολλὰ θεῶν εἴδωλα καταφθιμένοις θανεόντων,
Ὧν ἕνεκεν τὰ μάταια φρονεῖν ὑμῖν ὑπεδείχθη.
Ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ χόλος ἔσσεται ὑμῖν,
Δὴ τότ' ἐπιγνώσεσθε Θεοῦ μεγάλοιο πρόσωπον.
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ψυχαὶ, μεγάλα στενάχουσαι,
Ἄντα πρὸς οὐρανὸν εὐρὺν ἀνασχόμενοι χέρας αὐτῶν,
Ἄρξονται βασιλῆα μέγαν ἐπαμύντορα κλήζειν,
Καὶ ζητεῖν ῥυστῆρα χόλου μεγάλοιο, τίς ἔσται.
Ἀλλ' ἄγε, καὶ μάθε τοῦτο, καὶ ἐν φρεσὶ κάτθεο σῇσιν,
Ὅσσα περιπλομένων ἐνιαυτῶν κήδεα ἔσται.
Τοὺς Ἑλλάς τ' ἔῤῥεξε βοῶν ταύρων τ' ἐριμύκων,
Πρὸς ναὸν μεγάλοιο Θεοῦ ὁλοκαρπώσασα,
Ἐκφεύξει πολέμοιο δυσηχέος, ἠδὲ φόβοιο,
Καὶ λοιμοῦ, καὶ δοῦλον ὑπεκφεύξει ζυγὸν αὖθις.
Ἀλλὰ μέχρις γε τοσοῦδ' ἀσεβῶν γένος ἔσσεται ἀνδρῶν,
Ὁππότε κεν τοῦτο προλάβῃ τέλος αἴσιμον ἦμαρ.
Οὐ γὰρ μὴ θύσητε Θεῷ, μέχρι πάντα γένηται,
Ὅσσα μόνος βουλεύεται οὐκ ἀτέλευτα Θεός γε
Πάντα τελεσθῆναι· κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη.

— 545, sqq. Hortatio ad Græcos [id est, ad gentiles] ut a falsorum numinum cultu desistant. — 551, sqq. Annorum MD spatium definitur [nempe ante Sibyllina tempora : vide not.], ex quo profani reges idololatriam Græcis intulerunt; unde

544. Pro μέρος, codd. γένος : corr. Cast. Est autem hoc τρίτον μέρος ex Zacharia, cap. 13, v. 8 : recurrit in Apocal. passim, et ex ipsa haud dubie Sibylla profertur a Lact. VII, cap. 16.

545, sqq. Lact. I, 12, hunc et sq. et duo postea versus habet.

549. Codd. προλιποῦσι : Lact. προλιποῦσα : nos corr.

550. Codd. παγγενέτας τε : quidam etiam σέβας δ' ἔχε : nos corr.

551. De sensu, vide not.

554. Lege καταφθιμένοις ἀναθέντες seu simile quid : nam et syntaxis et sen-

Atque hominum fiet pars tertia sola superstes.
Græcia, principibus quid fidis morte caducis,
Queis non ulla datur vitandi copia fati?
Quorsum defunctis offers donaria vana,
Quidve litare juvat statuis! Quis te impulit error
Hæc facere, et magni deflectere numinis ora?
Ah! potius summi nomen cultumque parentis
Disce memor. Tibi mille et quingenti amplius anni
Sunt numero, reges ex quo tua sceptra superbi
Gesserunt, qui cultu homines docuere nefando
Plurima signa deum venerari luce carentum.
Hinc vestras agitant deliria turpia mentes.
Sed magni quum justa Dei vos ira lacesset,
Ora Dei magni tandem agnoscetis; et omnes
Mortales animæ, sero tum multa gementes,
Sublatis manibus cæli ad convexa, supremi
Regis opem clara incipient deposcere voce,
Si quis terribili miseros defendat ab ira.
Hoc quoque discendum et memori tibi mente tenendum,
Quot mala sint et quæ ventura ferentibus annis.
Tauros atque boves, quos frustra Græcia templis
Immolat, ad magni quum Numinis afferet aras,
Effugiet bellum horrisonum, pestemque, metusque
Perpetuos, et colla jugo subducet iniquo.
Sed tamen impia gens plures durabit in annos,
Fatalis donec veniat lux illa diei.
Non vos quippe Deo libabitis ante, peracta
Quam fuerint quæcumque Dei suprema voluntas
Mandavit fatis, fieri quæ cuncta necesse est.

fons amentiæ, simulque causa perniciei, imminente, quin et jam irruptura Dei ultione, adversus quam frustra quærent homines auxilium. — 562, sqq. Græcorum ad vera sacra conversio unum tot malis remedium, serum tamen. —

sus laborat. Non quod nimium nos offendat insolita forma θανεόντων : nam vide supra, 34, ἐκλαθεόντες.

564. Post ʽΕλλάς an τ' omittendum?

568. Codd. μέχρις γέ σε τοῦδ'.

569. Recurret hic versus infra, 741.

570. Lectum est μέχρι πάντα γένηται supra, 92, illic quoque ex N. T.; hic vero non tam absolute positum.

571. Præstaret ὅσσα μόνος γε Θ. βουλεύεται οὐκ ἀτέλευτα, vel ut alii codd. οὐκ ἀτέλεστα. Cfr. infra, 699, sq., et Homer. Iliad. α, 727.

572. Simile hemistichium supra, 101.

Εὐσεϐέων ἀνδρῶν ἱερὸν γένος ἔσσεται αὖθις,
Βουλαῖς [ἠδὲ νόῳ] προσκείμενοι Ὑψίστοιο,
Οἳ ναὸν μεγάλοιο Θεοῦ περικυδανέουσι
Λοιϐῇ τε, κνίσσῃ τ', ἠδ' αὖθ' ἱεραῖς ἑκατόμϐαις,
Ταύρων ζατρεφέων θυσίαις, κριῶν τε τελείων,
Πρωτοτόκων οἴων τε, καὶ ἀρνῶν πίονα μῆλα
Βωμῷ ἐπὶ μεγάλῳ ἁγίως ὁλοκαρπεύοντες.
Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ νόμον Ὑψίστοιο λαχόντες,
Ὄλϐιοι οἰκήσουσι πόλεις καὶ πίονας ἀγρούς.
Αὐτοὶ δ' ὑψωθέντες ὑπ' Ἀθανάτοιο προφῆται
. . . . . καὶ μέγα χάρμα βροτοῖς πάντεσσι φέροντες.
Μούνοις γάρ σφιν δῶκε Θεὸς μέγας εὔφρονα βουλὴν,
Καὶ πίστιν, καὶ ἄριστον ἐνὶ στήθεσσι νόημα.
Οἵτινες οὐκ ἀπάτῃσι κεναῖς οὐδ' ἔργ' ἀνθρώπων
Χρύσεα, καὶ χάλκεια, καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος,
Καὶ ξυλίνων λιθίνων τε θεῶν εἴδωλα καμόντων,
Πήλινα, μιλτόχριστα, ζωογραφίας τυποειδεῖς,
Τιμῶντες, ὅσα κέν τε βροτοὶ κενεόφρονι βουλῇ·
Ἀλλὰ μὲν ἀείρουσι πρὸς οὐρανὸν ὠλένας ἁγνὰς,
Ὄρθριοι ἐξ εὐνῆς αἰεὶ χέρας ἁγνίζοντες
Ὕδατι, καὶ τιμῶσι Θεὸν τὸν ἀεὶ μέγαν ὄντα,
Ἀθάνατον, καὶ ἔπειτα γονεῖς· μετὰ δ' ἔξοχα πάντων
Ἀνθρώπων ὁσίης εὐνῆς μεμνημένοι εἰσίν·
Κοὐδὲ πρὸς ἀρσενικοὺς παῖδας μίγνυνται ἀνάγνως,
Ὅσσα τε Φοίνικες, Αἰγύπτιοι, ἠδὲ Λατῖνοι,
Ἑλλάς τ' εὐρύχορος, καὶ ἄλλων ἔθνεα πολλὰ,
Περσῶν, καὶ Γαλατῶν, πάσης δ' Ἀσίης, παραϐάντες
Ἀθανάτοιο Θεοῦ ἁγνὸν νόμον, ὃν παρέ[λυ]σαν.
Ἀνθ' ὧν Ἀθάνατος θήσει πάντεσσι βροτοῖσιν
Ἄτην, καὶ λιμὸν, καὶ πήματά τε στοναχάς τε,

— 573, sqq. Judæa ad nova fata resurget: laus Judæorum parataque ipsis felicitas, interim dum impiæ gentes, horrendis quippe vitiis infectæ, graviter plectentur. —

574. Codd. βουλαῖσι δὲ νῷ οἱ vel νόοι: nos corr. Malebant tamen Gfrörerus et Struvius ἠδὲ νόμῳ.

576. Homerus, Iliad. ι, 496, et passim.

582. Placeret αὐτοῖς legi, et versu sequenti ἔσσονται vel ἐλπίδα καί. De sensu cfr. infra, 780, sq.

585. Melius infra, 262, καὶ πᾶσι καὶ ἄριστον: nam πίστιν christiana videtur emendatio.

586, sqq. Hunc et sqq. octo versus, uno excepto 589, citat Clemens Alex. in Cohort. pag. 60, ed. Par., qui ipsos

Tunc homines de gente sacra fidique bonique
Exsurgent, veneranda Dei præcepta colentes,
Cujus honorabunt casto libamine templum,
Suffituque pio : tum sancta cadent holocausta,
Et tauri ingentes, aries quoque multus, ovesque
Primos enixæ fetus, cum pinguibus agnis,
Omnia quæ magnam rite imponentur in aram.
Ipsi igitur, legem Domini servare fideles,
Oppida felices habitabunt arvaque læta,
Quos missi ducent a summo rege prophetæ,
Humano generi spem lætitiamque ferentes.
Quippe illis hominum solis impertiit auctor
Consiliumque, fidemque, et sanæ præmia mentis.
Nec vero vanis erroribus ulla verentur
Ficta manu simulacra, nec auro fusa vel ære
Signa vel argento, lignove exsculpta polito
Aut ebore aut saxo defunctorum ora deorum,
Fucatam minio argillam, similesve figuris
Picturas, vanisve sacris quæcumque coluntur.
Sed puras Domino gaudent attollere palmas,
Mane novo purgare manus, primumque vereri
Numen adorandum, sanctos exinde parentes.
Nullis casta magis servantur fœdera lecti.
Nec maribus pueris fœdo miscentur amore,
Qualia Niligenis, Phœnicibus atque Latinis
Patrantur populis, et Græca tenentibus arva,
Persis, et Galatis, Asianisque omnibus, ausis
Numinis æterni sanctam contemnere legem.
Unde et mortales Deus immortalis in omnes
Ærumnamque, gravemque famem, gemitusque, doloresque,

recte de Hebræis a Nostro laudatis interpretatur. Cfr. supra, 218, sqq.

588. Clem. βροτῶν εἴδωλα καμόντων. Ambæ lectiones possunt ex Homero repeti, Iliad. ν, 330, νεκρῶν tamen habente.

589. Codd. ζωγραφίας : nos corr.

591. Sic alibi quoque ὠλένας ἁγνάς, VIII, 251.

592. Clem. χρόα pro χέρας, an forte melius? Notandus hic locus de ablutionibus judaïcis, quas Joannes, Evang. cap. 2, v. 6, τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων vocat, monente Sylburgio ad Clem.

593. Clem. ὕδασι, et in fine τὸν ἀεὶ μεδέοντα.

594. Phocyl. 6, et cfr. II, 60.

597. Cfr. supra, III, 185, sqq.

600. Codd. παρέβησαν, male post παραβάντες : nos corr.

Καὶ πόλεμον, καὶ λοιμὸν, ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα·
Οὕνεκεν ἀθάνατον γενέτην πάντων ἀνθρώπων
Οὐκ ἔθελον τιμᾶν ὁσίως, εἴδωλα δ' ἐτίμων
Χειροποίητα σέβοντες· ἃ ῥίψουσι βροτοὶ αὐτοὶ
Ἐν σχισμαῖς πετρῶν κατακρύψαντες δι' ὄνειδος,
Ὁππόταν Αἰγύπτου βασιλεὺς νέος ἕβδομον ἄρχῃ
Τῆς ἰδίης γαίης, ἀριθμούμενος ἐξ Ἑλλήνων
Ἀρχῆς, ἧς ἄρξουσι Μακήδονες ἄσπετοι ἄνδρες·
Ἔλθῃ δ' ἐξ Ἀσίης βασιλεὺς μέγας, αἰετὸς αἴθων,
Ὃς πᾶσαν σκεπάσει γαῖαν πεζῶν τε καὶ ἱππέων,
Πάντα δὲ συγκόψει, καὶ πάντα κακῶν ἀναπλήσει·
Ῥίψει δ' Αἰγύπτου βασιλήϊον· ἐκ δέ τε πάντα
Κτήμαθ' ἑλὼν [ἀπ]οχεῖται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.
Καὶ τότε δὴ κάμψουσι Θεῷ μεγάλῳ βασιλῆϊ
Ἀθανάτῳ γόνυ λευκὸν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ·
Ἔργα δὲ χειροποίητα πυρὸς φλογὶ πάντα πεσεῖται.
Καὶ τότε δὴ χάρμην μεγάλην Θεὸς ἀνδράσι δώσει·
Καὶ γὰρ γῆ καὶ δένδρα καὶ ἄσπετα ποίμνια μήλων
Δώσουσι καρπὸν τὸν ἀληθινὸν ἀνθρώποισιν
Οἴνου, καὶ μέλιτος γλυκεροῦ, λευκοῦ τε γάλακτος,
Καὶ σίτου, ὅπερ ἐστὶ βροτοῖς κάλλιστον ἁπάντων.
    Ἀλλὰ σὺ μὴ μέλλων, βροτὲ ποικιλόμητι κακόφρον,
Ἀλλὰ παλίμπλαγκτος στρέψας, Θεὸν ἱλάσκοιο.
Θῦε Θεῷ ταύρων ἑκατοντάδας, ἠδὲ καὶ ἀρνῶν
Πρωτοτόκων, αἰγῶν τε, περιπλομέναισιν ἐν ὥραις.
Ἀλλά μιν ἱλάσκου, Θεὸν ἄμβροτον, αἴκ' ἐλεήσῃ.
Οὗτος γὰρ μόνος ἐστὶ Θεὸς, κοὐκ ἔστιν ἔτ' ἄλλος.
Τὴν δὲ δικαιοσύνην τίμα, καὶ μηδένα θλῖβε.
Ταῦτα γὰρ Ἀθάνατος κέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.

— 606, sqq. Gentiles sua tandem sacra abdicabunt sub Ægypti septimo rege Græco [eodem, quem supra diximus, Philometore], — 611, sqq. tum quum rex Asiæ [Antiochus Epiphanes] Ægyptum invadet diripietque, [ipsis nempe Sibyl-

603. Ex Hesiodo, Theog. 227. Recurrit apud Sibyllam sæpe.

607. Codd. in versus fine sensum claudunt. De idolis in cavernas montium aliquando projiciendis cfr. Isaï. cap. 2, v. 19 et 21.

608. An melius ἕβδομος? De sensu cfr. supra, 192, sq., et 318, et Præf. ad hoc vol.

615. Codd. ἐποχεῖται : nos corr. De spoliis ab Antiocho ablatis confer Athenæum, V, § 24.

618. Similem versum Lactantius, VII, cap. 19, Erythrææ Sibyllæ tribuit, sed ita

Et bellum, et pestem mittet, lacrimosaque fata,
Neglecto quoniam summi genitoris honore
Humana fabricata manu simulacra profanis
Imposuere aris : quæ tandem, urgente pudore,
Omnia dejicient, terræque in viscera condent,
Septimus Ægypti quum rex novus arva tenebit,
Septimus a regno Græcorum, quod grave terris
Imponet quondam Macedum bello inclita virtus.
Quum vero ex Asia rex ingruet ille, rapaci
Par aquilæ, qui totam equitum peditumque catervis
Obducet terram, franget qui cuncta ruetque,
Et regnum Ægypti prosternet, et omnia secum
Asportans, vastum discedet prædo per æquor :
Tum genua inflectent magno regique Deoque,
Æternumque colent per terras undique Numen,
Et fabrefacta manu tradent signa omnia flammis.
Hinc Deus humanæ diffundet gaudia genti;
Terraque, et arboreæ stirpes, oviumque propago,
Certabunt veros mortalibus edere fructus,
Vina dabunt, mellisque favos, lactisque liquorem,
Farraque, terrestris quæ pars est maxima victus.
   Sed tu, nil cessans, homo vafræ conscie mentis,
Conversis animis, Numen placare memento,
Et mactare Deo taurorum corpora centum,
Primigenosque ovium fetus, redeuntibus horis.
Ipsum, inquam, si forte velit miserescere, adora.
Nam solus Deus ille, nec est Deus alter ab illo.
Justitiam colito, nullique injurius esto :
Hanc dedit Omnipotens legem mortalibus ægris.

listæ nostri temporibus, qua de re confer Exc. nostr. V et vide Præf. ad hoc volumen]. — 624, sqq. Rursus exhortatio ad gentiles. —

lectum : Ἔργα δὲ χειροπ. Θ. κατακαυθήσονται.

619, sqq. Hunc et quatuor sqq. versus habet Lact. VII, cap. 24.

620. Lact. καὶ ἄσπ. θρέμματα γαίης.

624, sq. Affert hos duo versus tanquam Orphicos Clemens in Coh. p. 64, memoria falsus, ut videtur. Veram autem hujus lectionem ipse dedit : nam codd. nostri μὴ πολλὴν habebant pro μὴ μέλλων, sine sensu.

625. Codd. ἀλλὰ λιπὼν πλοῦτον, pro παλίμπλαγκτος, quod Clem. reddidit.

629. Frequens hic in Sibyll. ex Deuteron. cap. 4, v. 35; Isaï. cap. 45, etc.

631. Phocyl. 17, et cfr. II, 74.

Ἀλλὰ σὺ τοῦ μεγάλοιο Θεοῦ μήνιμα φύλαξαι,
Ὁππότε κεν πάντεσσι βροτοῖς λοιμοῖο τελευτὴ
Ἔλθῃ, καὶ φοβεροῖο δίκης τύχωσι δαμέντες,
Καὶ βασιλεὺς βασιλῆα λάβῃ, χώραν τ' ἀφέληται,
Ἔθνη δ' ἔθνεα πορθήσῃ, καὶ φῦλα δυνάσται,
Ἡγεμόνες δὲ φύγωσιν ἐς ἄλλην γαῖαν ἅπαντες,
Ἀλλαχθῇ δέ τε γαῖα βροτῶν, καὶ βάρβαρος ἀρχὴ
Ἑλλάδα πορθήσῃ πᾶσαν, καὶ πίονα γαῖαν
Ἐξαρύσῃ πλούτοιο, καὶ ἀντίον εἰς ἔριν αὐτῶν
Ἔλθωσι χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου εἵνεκεν (ἔσται
Ἡ φιλοχρημοσύνη κακὰ ποιμαίνουσα πόλεσσι),
Χώρῃ ἐν ἀλλοτρίῃ· ἄταφοι δὲ ἅπαντες ἔσονται
Καὶ τῶν μὲν γῦπές τε καὶ ἄγρια θηρία γαίης
Σαρκῶν δηλήσονται· ἐπεὶ δ' ἂν ταῦτα τελεσθῇ,
Λείψανα γαῖα πέλωρος ἀναλώσειε θανόντων.
Αὐτὴ δ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος ἔσται ἅπασα,
Κηρύσσουσα τάλαινα μύσος [μιαρῶν] ἀνθρώπων,
Πολλὰ χρόνων μήκη περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,
Πέλτας καὶ θυρεούς, γαισούς, παμποίκιλά θ' ὅπλα·
Οὐδὲ μὲν ἐκ δρυμοῦ ξύλα κόψεται εἰς πυρὸς αὐγήν.
Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίοιο Θεὸς πέμψει βασιλῆα,
Ὃς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο,
Οὓς μὲν ἄρα κτείνας, οἷς δ' ὅρκια πιστὰ τελέσσας.
Οὐδέ γε ταῖς ἰδίαις βουλαῖς τάδε πάντα ποιήσει,
Ἀλλὰ Θεοῦ μεγάλοιο πιθήσας δόγμασιν ἐσθλοῖς.
Λαὸς δ' αὖ μεγάλοιο Θεοῦ περικαλλέϊ πλούτῳ
Βεβριθώς, χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ, ἠδέ τε κόσμῳ
Πορφυρέῳ· καὶ γαῖα τελεσφόρος, ἠδὲ θάλασσα

— 632, sqq. Adest enim tempus quo immanes calamitates in genus humanum irrupturæ sunt, inprimis barbarorum [an ut supra Romanorum?] vastationibus.

634. Pseudo-atticum est φοβεροῖο pro φοβερᾶς, estque cum δίκης construendum : volebat Gfrörerus cum Θεοῦ jungi, subaudito quippe, sed male. In τύχωσι quantitatis mendum est Sibyllinum.

636. Prius hemist. ex Evangeliis, Matth. cap. 24; Luc. cap. 21. Etiam ad hunc locum respicit Lact. VII, cap. 14.

638. Sic supra, 520, Romani πολυβάρβαρον ἔθνος dicebantur, et I, 394, ἄνδρες βαρβαρόφωνοι.

642. Codd. πημαίνουσα vel ποιμένουσα : nos corr. Cfr. VIII, 17, et II, 111.

645. An potius σάρκας?

647. Ex Homero, Od. ι, 123.

648. Codd. μυρίων : medelam proposuit Cast. Sed quidni etiam μελέων, ut VIII, 240, simili versu?

Tu vero æterni magnam fuge Numinis iram.
Namque ubi mortales cunctos horrenda gravabit
Pestis, et immanis pœnarum incumbet acervus,
Et regem capiet rex fortior arvaque demet,
Et gens delebit gentem, populosque dynastæ
Interiment, fugientque duces aliena per arva,
Mutabitque homines tellus, Græcisque repente
Barbara vis incumbet agris, terræque feracis
Divitias omnes exhauriet, armaque vertent
Mutua discordes inter se, scilicet aurum
Propter et argentum (tantum malesuada malorum
Gignit avarities), tum demum in finibus omnes
Externis, ferro mactati, inhumata relinquent
Membra lupis avibusque feris : quo denique facto,
Relliquias tellus consumet luce carentum;
Atque omnis posthac inculta, inarata jacebit,
Infelix, hominum scelus exitiabile testans;
Donec, longinquis in se redeuntibus annis,
Peltas et clipeos, gæsa et tela omnia promat,
Nec de querceto lignum cædatur in ignem.
Tunc a sole Deus regem demittet, in omnes
Effusum terras belli qui comprimet æstum,
Occisis aliis, aliis in fœdera junctis.
Nec vero propria sic digeret omnia mente,
Sed magni præcepta Dei veneranda secutus.
Atque opibus rursum florebit amata Deo gens,
Argento gravis atque auro, cultuque renidens
Purpureo, cumulata bonis terræque marisque.

— 652, sqq. Tunc propinquus Messiæ adventus in terras celebratur, ejusque regnum in Judæa et quidem in ipsis Hierosolymis constituendum [sic aperte Noster].—

650, sq. Ex Ezechiele, cap. 29, et sic infra 728, sq., longe licet diverso sensu. Respicit ad hos duo versus Lact. VII, c. 26. In secundo θ' addidimus ex 729.

652, sqq. Hunc et duo sqq. citat Lactantius, VII, cap. 18, nisi quod scribit πέμψεις Θεός. Ceterum ἀπ' ἠελίοιο, « a sole », sunt qui intelligant « ab oriente », ut est apud Isaïas, cap. 41, v. 2, ἀπ' ἀνατολῶν, et idem innuere videtur Tacitus, Hist. V, § 13 : sed alii simplicius meliusque « e cælo », sicut supra, 286, Cyrus e cælo demittebatur, οὐρανόθεν, futurus in terris quasi Messiæ figura.

655. Cfr. Joann. Ev. cap. 5, v. 19 et 30 : Οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν, quod hæretici quidam in malum sensum traxerunt.

Τῶν ἀγαθῶν πλήθουσα· καὶ ἄρξονται βασιλῆες
Ἀλλήλοις κοτέειν, ἐπαμύνοντες κακὰ θυμῷ.
Ὁ φθόνος οὐκ ἀγαθὸν πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Ἀλλὰ πάλιν βασιλῆες ἐθνῶν ἐπὶ τήνδε τε γαῖαν
Ἄθροοι ὁρμήσονται, ἑαυτοῖς κῆρα φέροντες.
Σηκὸν γὰρ μεγάλοιο Θεοῦ καὶ φῶτας ἀρίστους
Πορθεῖν βουλήσονται, ὁπηνίκα γαῖαν ἵκωνται.
Θύσουσι κύκλῳ πόλεως μιαροὶ βασιλῆες,
Τὸν θρόνον αὐτοῦ ἕκαστος ἔχων καὶ λαὸν ἀπειθῆ.
Καί ῥα Θεὸς φωνῇ μεγάλῃ πρὸς πάντα λαλήσει
Λαὸν ἀπαίδευτον, κενεόφρονα, καὶ κρίσις αὐτοῖς
Ἔσσεται ἐκ μεγάλοιο Θεοῦ, καὶ πάντες ὀλοῦνται
Χειρὸς ἀπ' ἀθανάτοιο. Ἀπ' οὐρανόθεν δὲ πεσοῦνται
Ῥομφαῖαι πύρινοι κατὰ γαῖαν· λαμπάδες αὖ γε
Ἵξονται μεγάλαι, λάμπουσαι εἰς μέσον ἀνδρῶν.

Γαῖα δὲ παγγενέτειρα σαλεύσεται ἤμασι κείνοις
Χειρὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, καὶ ἰχθύες οἱ κατὰ πόντον,
Πάντα δὲ θηρία γῆς, ἠδ' ἄσπετα φῦλα πετεινῶν,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ψυχαὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα
Φρίξει ὑπ' ἀθανάτοιο προσώπου, καὶ φόβος ἔσται.
Ἠλιβάτους κορυφάς τ' ὀρέων βουνούς τε πελώρων
Ῥήξει, κυάνεόν τ' Ἔρεβος πάντεσσι φανεῖται.
Ἠέριαι δὲ φάραγγες ἐν οὔρεσιν ὑψηλοῖσιν
Ἔσσονται πλήρεις νεκύων· ῥεύσουσι δὲ πέτραι
Αἵματι, καὶ πεδίον πληρώσει πᾶσα χαράδρα.
Τείχεα δ' εὐποίητα χαμαὶ πεσέονται ἅπαντα
Ἀνδρῶν δυσμενέων, ὅτι τὸν νόμον οὐκ ἔγνωσαν,
Οὐδὲ κρίσιν μεγάλοιο Θεοῦ, ἀλλ' ἄφρονι θυμῷ
Πάντες ἐφορμηθέντες ἐφ' ἱερὸν ἤρατε λόγχας.
Καὶ κρίνει πάντας πολέμῳ Θεὸς, ἠδὲ μαχαίρῃ,
Καὶ πυρὶ, καὶ ὑετῷ τε κατακλύζοντι· καὶ ἔσται
Θεῖον ἀπουρανόθεν, αὐτὰρ λίθος, ἠδὲ χάλαζα
Πολλὴ καὶ χαλεπή· θάνατος δ' ἐπὶ τετράποδ' ἔσται.

— 663, sqq., Ipse conjuratos debellabit reges, conjuratos nempe in Judæam et sanctam urbem ejusque templum [sic rursus aperte Noster]. — 675, sqq. Finis

660. De conjuratis in Messiam regibus cfr. Psalm. 2 et Prophetas passim.

662. An ex aliquo gnomico?

663. Sic infra, 734, ἐπὶ τήνδε πόλιν, de Judæa.

667, sq. Ex Jeremia, cap. 1, v. 15.

Nec minus incipient sævi contendere reges
Inter se, magnoque irarum fervere motu.
Invidia nihil est pejus mortalibus ægris.
   Ergo iterum juncto gentiles agmine reges
Invadent terram hanc, fatum sibi triste parantes.
Namque Dei templum cupient civesque verendos
Diripere infestis manibus. Tum pinguia rura
Ingressi, statuent ipsis sub mœnibus urbis
Aram quisque suam, propriaque in sede sedentes
Jura dabunt. Sed vox affabitur alta Tonantis
Expertem mentis populum, justasque reposcet
Judicio pœnas, pereant ut funditus omnes
Dextra immortali. Labentur ab æthere celso
In terram ardentes gladii, flammisque coruscans
Supra hominum turbam tædis pluet igneus axis.
   At terra omniparens illis agitata diebus
Sentiet ultricem dextram; piscesque marini,
Terrestresque feræ, simul et genus omne volantum,
Humanæque omnes animæ, et maria omnia, vultum
Irati cernent exhorrescentque Tonantis.
Ille procelloso sublimes vertice montes
Franget; cæruleique Erebi domus ima patebit.
Parturient summis in collibus antra, cruentis
Feta cadaveribus : manabunt sanguine cautes,
Implebuntque procul torrenti flumine campos.
At muri, turbæ hostilis munimina vana,
Præcipites labi cernentur, quando supremi
Jus legemque Dei nescistis, et impete facto
Hastas, heu! miseri, sanctam vibrastis in ædem.
Omnes ergo Deus bello multabit et ense,
Diluvio simul atque igni : tum sulphur ab alto
Depluet, et lapides, et denso turbine grando;
Quadrupedumque genus communi clade peribit.

rerum [judaïco more intellectus, id est, finis impiorum omnium et totius mundi renovatio]. —

672, sq. Lact. VII, cap. 19 : « Cadet « repente gladius e cælo, etc. »

675. Recurret infra, 714, ubi et alia multa similia, ducta præsertim e Psalmis et Prophetis, tanquam vulgo cognita nostris in notis prætermittentur.

Καὶ τότε γνώσονται Θεὸν ἄμβροτον, ὃς τάδε [κραίνει]·
Οἰμωγή τε καὶ ἀλαλαγμὸς κατ' ἀπείρονα γαῖαν
Ἵξεται ὀλλυμένων ἀνδρῶν· καὶ πάντες ἄναυδοι
Αἵματι λούσονται· πίεται δέ τε γαῖα καὶ αὐτὴ
Αἵματος ὀλλυμένων· κορέσονται θηρία σαρκῶν.
Αὐτός μοι τάδε πάντα Θεὸς μέγας ἀέναός τε
Εἶπε προφητεῦσαι. Τάδε δ' ἔσσεται οὐκ ἀτέλεστα,
Οὐδ' ἀτελεύτητα, ὅτι κεν μόνον ἐν φρεσὶ θείη.
Ἄψευστον γὰρ Πνεῦμα Θεοῦ πέλεται κατὰ κόσμον.
Υἱοὶ δ' αὖ μεγάλοιο Θεοῦ περὶ ναὸν ἅπαντες
Ἡσυχίως ζήσοντ', εὐφραινόμενοι ἐπὶ τούτοις
Οἷς δώσει κτίστης, ὁ δικαιοκρίτης τε μόναρχος.
Αὐτὸς γὰρ σκεπάσειε μόνος, μεγάλως τε παραστὰς,
Κύκλοθεν ὡσεὶ τεῖχος ἔχων πυρὸς αἰθομένοιο.
Ἀπτόλεμοι δ' ἔσσονται ἐν ἄστεσιν, ἠδ' ἐνὶ χώραις.
Οὐ χεὶρ γὰρ πολέμοιο κακοῦ· μάλα δ' ἔσσεται αὐτοῖς
Αὐτὸς ὑπέρμαχος Ἀθάνατος, καὶ χεὶρ ἁγίοιο.
Καὶ τότε δὴ νῆσοι πᾶσαι πόλεές τ' ἐρέουσιν,
Ὁππόσον Ἀθάνατος φιλέει τοὺς ἄνδρας ἐκείνους·
Πάντα γὰρ αὐτοῖσι συναγωνιᾶ, ἠδὲ βοηθεῖ,
Οὐρανὸς, ἠέλιός τε θεήλατος, ἠδὲ σελήνη.
[Γαῖα δὲ παγγενέτειρα σαλεύσεται ἤμασι κείνοις.]
Ἡδὺν ἀπὸ στομάτων λόγον ἄξουσι δ' ἐνὶ ὕμνοις,
Δεῦτε, πεσόντες ἅπαντες ἐπὶ χθονὶ, λισσώμεσθα
Ἀθάνατον βασιλῆα, Θεὸν μέγαν ὕψιστόν τε.
Πέμπωμεν πρὸς ναὸν, ἐπεὶ μόνος ἐστὶ δυνάστης·
Καὶ νόμον ὑψίστοιο Θεοῦ φραζώμεθα πάντες,
Ὅστε δικαιότατος πέλεται πάντων κατὰ γαῖαν.
Ἡμεῖς δ' ἀθανάτοιο τρίβου πεπλανημένοι ἦμεν,
Ἔργα τε χειροποίητα σεβαζόμεθ' ἄφρονι θυμῷ
Εἰδώλων ξοάνων τε καταφθιμένων ἀνθρώπων.
Ταῦτα βοήσουσι ψυχαὶ πιστῶν ἀνθρώπων,
Δεῦτε, Θεοῦ κατὰ δῆμον ἐπὶ στομάτεσσι πεσόντες,

— 698, sqq. Vates prophetiarum suarum veritatem asserit, tanquam divinitus afflata. — 702, sqq. Judæorum felicitas post illos dies. — 714, sqq. Tali spectaculo commotæ gentes ad Judæorum Deum convertentur. —

693. Codd. in fine κρίνει vel κρινεῖ : corr. Ops.

712. Confer Paulum ad Rom. cap. 8, v. 28 : Τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα

Et tunc æternum, qui judicat omnia, regem
Agnoscent : hominum fletus clamorque cadentum
Implebit terras ; alii sine voce jacebunt,
Sanguine proluti ; tellus bibet atra cruorem,
Et rabida explebunt se carnibus ora ferarum.
  Ipse mihi dedit hæc Deus omnia vaticinari
Magnus et æternus : cujus quodcumque voluntas
Jussit, erit ; nec vana cadent aut irrita fata :
Quippe Dei nescit mentiri Spiritus orbi.
  Interea magni proles secura parentis
Circum ædem vivent divinam, et munera carpent
Quæ dederit mundi judex et conditor et rex.
Ipse etenim solus valido munimine tutos
Ardentique, velut muro, circumdabit igne.
Ergo urbes bello intactas sedesque tenebunt :
Quos non ulla premet belli manus, aspera quando
Omnia depulerit præsentis dextra Tonantis.
Et tunc attonitæ clamabunt insulæ et urbes :
O quali gentem hanc Deus amplexatur amore,
Cui bona cuncta dedit ; cui se submittere jussit
Cælum ipsum, solisque jubar, lunamque nitentem !
  At terra omniparens illis agitabitur horis.
Tunc homines gratas effundent ore loquelas :
Huc agite, huc omnes submisso poplite proni
Æternum magnumque Deum regemque precemur ;
Donaque mittamus sanctam Omnipotentis ad ædem.
Et dociles memori condamus pectore legem,
Qua non est melior terris nec justior ulla.
At nos æterni deerravimus ordine juris,
Ut defunctorum statuas et inania signa,
Numina facta manu, sterili coleremus honore
(Sic ore unanimi mortalia corda loquentur).
Nunc age, sacrata cum gente in genua cadentes

συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν, nec tamen nimis urgenda similitudo.

714. Cfr. supra, 675, loco magis opportuno ; hic autem alieno et suspecto : et fortasse delendus versus.

721. Habet hunc et duo sqq. Justinus, Cohort. § 16.

722. Just. ἔργα δὲ χειρ. γεραίρομεν ἄφρονι μύθῳ.

723. Just. εἴδωλα.

Τέρψωμεν ὕμνοισι Θεὸν γενετῆρα κατ' οἴκους,
Ἐχθρῶν ὅπλα πορίζόμενοι κατὰ γαῖαν ἅπασαν
Ἑπτὰ χρόνων μήκη περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,
Πέλτας, καὶ θυρεοὺς, κόρυθας, παμποίκιλά θ' ὅπλα,
Πολλὰ δὲ καὶ τόξων πλήθη, βελέων ἀδίκων τε·
Οὐδὲ γὰρ ἐκ δρυμοῦ ξύλα κόψεται εἰς πυρὸς αὐγήν.
Ἀλλὰ, τάλαιν' Ἑλλὰς, ὑπερήφανα παῦε φρονοῦσα·
Λίσσεο δ' Ἀθάνατον μεγαλήτορα, καὶ προφύλαξαι.
Στεῖλον δὴ ἐπὶ τήνδε πόλιν [τὸν] λαὸν ἄβουλον,
Ὅστε μιν ἐξ ὁσίης γαίης πέλεται μεγάλοιο.
Μὴ κίνει Καμάριναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.
Πάρδαλιν ἐκ κοίτης, μήτοι κακὸν ἀντιβολήσῃς.
Ἀλλ' ἀπέχου, μήδ' ἴσχ' ὑπερήφανον ἐν στήθεσσι
Θυμὸν ὑπερφίαλον, στείλας πρὸς ἀγῶνα κραταιόν.
Καὶ δούλευε Θεῷ μεγάλῳ, ἵνα τῶνδε μετάσχῃς,
Ὁππότε δὴ καὶ τοῦτο λάβῃ τέλος αἴσιμον ἦμαρ,
Εἰς δὲ βροτοὺς ἥξει κρίσις ἀθανάτοιο Θεοῖο,
[Ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους ἀγαθοὺς μεγάλοιο κατ' ἀρχήν].
Γῆ γὰρ παγγενέτειρα βροτοῖς δώσει τὸν ἄριστον
Καρπὸν ἀπειρέσιον σίτου, οἴνου, καὶ ἐλαίου.
Αὐτὰρ ἀπ' οὐρανόθεν μέλιτος γλυκεροῦ ποτὸν ἡδὺ,
Δένδρεά τ', ἀκροδρύων καρπὸν, καὶ πίονα μῆλα,
Καὶ βόας, ἔκ τ' ἀρνῶν ἄρνας, αἰγῶν τε χιμάρους·
Πηγάς τε ῥήξει γλυκερὰς λευκοῖο γάλακτος·
Πλήρεις δ' αὖτε πόλεις ἀγαθῶν καὶ πίονες ἀγροὶ
Ἔσσοντ'· οὐδὲ μάχαιρα κατὰ χθονὸς, οὐδὲ κυδοιμός·
Οὐδὲ βαρυστενάχουσα σαλεύσεται οὐκέτι γαῖα·
Οὐ πόλεμός τ', οὐδ' αὖ γε κατὰ χθονὸς αὐχμὸς ἔτ' ἔσται,

— 732, sqq. Exhortatio ad Græcos [id est, gentiles Ægyptios] ut desinant Judæos ad auxilium terræ suæ convolantes, fervescente vel jam erumpente Machabæorum

726. Codd., inverse, ὕμνοισι τέρψ.

734. Codd. articulum τόν omittunt.

735. Vacat μιν, ut lib. XII, 111 et 195, utque οἱ sæpissime non in Sibyllinis tantum, sed et apud ceteros Alexandrinos : cfr. Excursum nostrum VII, cap. 8, et supra 113, 141, etc.

736. Notus versus ex antiquo proverbio apud Steph. Byz. v. Καμάρινα, apud Virgilium quoque citatus et alios. Videtur autem allegorice Judæos hic designare, tanquam e Camarina seu veteri Ur oriundos : cfr. supra, III, 218.

737. Πάρδαλιν ἐκ κοίτης, respicit ad proverbium aliquod olim vulgatum « de « fera dormiente non excitanda », nisi forte ad apologum aliquem Æsopium, unde Nicetas historicus, pag. 89 · Μήδ' ἀναγκάζειν τὸ τοῦ μύθου θηρίον ἀφυπνίζειν τὸ τέως κοιμώμενον.

Quisque domi, summum veneremur rite parentem :
Armaque per totam relegamus inertia terram ,
Annorum septem circumvertentibus horis ,
Peltas et clipeos, galeas simul et genus omne
Telorum, curvos arcus, celeresque sagittas ;
Nec de querceto lignum cædatur in ignem.
  Sed misera, heu ! vani jam desine, Græcia, fastus,
Æternumque orare Deum fac provida cures.
Mitte et in hanc urbem populum, qui fluctuat expers
Consilii, genus a sancta tellure trahentem.
Ne Camarinam agita : minus hæc immota nocebit :
Neu pardum e somno, ne quid patiare molestum.
Comprime te ; nec sit tibi tanta superbia cordi,
Ut retinere velis durum ad certamen euntes.
Sed magnum venerare Deum, pars ut tibi detur
Cum sanctis, fatale ubi jam complebitur ævum ,
Et justis cunctisque aderit mortalibus hora
Judicii magni, jussu imperioque Tonantis.
Nam terra omniparens mortalibus undique fruges
Edet inexhaustas olei, vinique, cibique ;
Melleaque ex alto rorabunt pocula cælo ;
Arborei fructus et dulcia poma, simulque
Succrescent ovium fetus fetusque caprarum ;
Et niveo fontes erumpent lacte fluentes.
Oppida plena bonis, et pinguia rura nitebunt :
Nec gladios metuet, nec belli terra tumultum ;
Nec tremefacta gemet nutanti pondere tellus ;
Nec bellum, nec erit mæstorum squalor agrorum,

secessione], retinere, si velint bonorum sanctis promissorum participes fieri.— 743, sqq. Rursus temporum novorum felicitas describitur. —

739. Στείλας in masculino, quum femininum præcesserit, Sibyllinam sapit licentiam : vix enim proponere ausimus στείλασ' ἐς ἀγῶνα.

741, sqq. Ὁππότε καὶ τοῦτο τέλος αἴσιον ἦμαρ : addidit Ops. προλάβῃ, et αἴσιμον rescripsit, ut supra 569, partim e conj., partim etiam ex Lactantio, VII, 20, aliter tamen ita legente : Ὁππότε καὶ τὸ λάβῃ τέλος αἴσιμον, ἠδὲ βροτοῖσι Καὶ δὴ ἀφίξηται κρίσις ἀθ. Θεοῖο, Ἥξει ἐπ' ἀνθρ. μεγάλη κρίσις ἠδὲ καὶ ἀρχή. Ex duobus ultimis versibus unum redundare patet ; utrum, nescimus : et tamen ipsa tautologia defendi potest Sibyllinis exemplis, ut supra, 154, sq. Utique cfr. infra, 783.

747. Male productum α in χιμάρους noli curare : est enim Sibyllæ mendum, non librarii pro χιμαίρας.

Οὐ λιμὸς, καρπῶν τε κακοῤῥέκτειρα χάλαζα.
Ἀλλὰ μὲν εἰρήνη μεγάλη κατὰ γαῖαν ἅπασαν,
Καὶ βασιλεὺς βασιλῆϊ φίλος μέχρι τέρματος ἔσται
Αἰῶνος, κοινόν τε νόμον κατὰ γαῖαν ἅπασαν
Ἀνθρώποις τελέσειεν ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι
Ἀθάνατος, ὅσα πέπρακται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Αὐτὸς γὰρ μόνος ἐστὶ Θεὸς, κοὐκ ἔστιν ἔτ' ἄλλος.
Αὐτὸς καὶ πυρὶ φλέξειεν χαλεπὸν μένος ἀνδρῶν.
Ἀλλὰ κατασπεύσαντες ἐμὰς φρενὰς ἐν στήθεσσι,
Φεύγετε λατρείας ἀδίκους· τῷ ζῶντι λάτρευε·
Μοιχείαν πεφύλαξο, καὶ ἄκριτον ἄρσενος εὐνήν·
Τὴν δ' ἰδίαν γένναν παίδων τρέφε, μηδὲ φονεύσῃς.
Τοῖσδε γὰρ Ἀθάνατος κεχολώσεται, ὅς κεν ἁμάρτῃ.
Καὶ τότε δ' ἐξεγερεῖ βασιλήϊον εἰς αἰῶνας
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἅγιον νόμον [ὅς ποτ'] ἔδωκεν
Εὐσεβέσι, τοῖς πᾶσιν ὑπέσχετο γαῖαν ἀνοίξειν,
Καὶ κόσμον, μακάρων τε πύλας, καὶ χάρματα πάντα,
Καὶ νοῦν ἀθάνατον, αἰώνιον εὐφροσύνην τε.
Πάσης δ' ἐκ γαίης λίβανον καὶ δῶρα πρὸς οἴκους
Οἴσουσι μεγάλοιο Θεοῦ· κοὐκ ἔσσεται ἄλλος
Οἶκος ἐπ' ἀνθρώποισι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι,
Ἀλλ' ὃν ἔδωκε Θεὸς πιστοῖς ἄνδρεσσι γεραίρειν·
[Υἱὸν] γὰρ καλέουσι βροτοὶ μεγάλοιο Θεοῖο.
Καὶ πᾶσαι πεδίοιο τρίβοι, καὶ τρηχέες ὄχθαι,
Οὔρεά θ' ὑψήεντα, καὶ ἄγρια κύματα πόντου,
Εὔβατα καὶ εὔπλωτά γε ἔσσεται ἤμασι κείνοις.
Πᾶσα γὰρ εἰρήνη ἀγαθῶν ἐπὶ γαῖαν ἱκνεῖται·
Ῥομφαίαν τ' ἀφελοῦσι Θεοῦ μεγάλοιο προφῆται·

— 761, sqq. Simul vero cultus unius veri Dei commendatur, inspersis quibusdam morum præceptis. — 766, sqq. Regnum justorum [id est, Judæorum] in omnia sæcula omnesque gentes. —

753. Codd. κακορρήτειρα : correxit Schneider in Lexico.
754. Codd. ἀλλά μιν : cf. supra, 591.
757. Codd. ἀνθρώπους : corr. Cast.
758. Syntaxis laborat : an deest aliquid ad sensum ?
759. Gfr. supra, 629.
760. Codd. alii, γένος pro μένος.
762, sqq. Hunc et tres sqq. citat Lactantius de Ira Dei, cap. 22, in hoc tamen ἀνόμους legens pro ἀδίκους, et Θεῷ pro τῷ.
763. Lact. μ. τε φύλασσε, et in fine, ἄρσενος ἄκριτον ὕβριν.
765. Lact. καὶ γὰρ ὁ Ἀθάνατος : sed vulgata sola valet.

Aut famis aut fruges vastantis grandinis horror :
Sed pax immenso late dominabitur orbe,
Et regi rex fidus erit, semperque manebunt
Fœdera; quique potens cælo dominatur ab alto,
Rex Deus, unanimi per cunctas omnia terras
Lege reget, generi humano quæcumque geruntur.
Nam solus Deus ille, nec est Deus alter ab illo :
Ipse graves hominum fastus combusserit igni.
Sed mea vos animis assumite dicta, Deumque
Viventem colite, et cultus vitate nefandos.
Absit adulterium, inque mares effusa libido.
Educ quisque tuam, ne vero interfice, prolem.
Namque istis magni succenditur ira Tonantis.
Tunc super humanas gentes regnum ipse capesset
Omnia mansurum per sæcula, qui pia sanctis
Jura dedit, quibus et terram promisit apertam,
Et fortunatæ portas regionis, et omnem
Lætitiam, æternas mentes ac nescia finis
Gaudia. Tunc et thura ferent et munera prompti
Omnibus e terris ad magni Numinis ædem.
Nec deinceps hominum generi domus ulla coletur,
Hanc præter, quæ sola piis invisitur, ipso
Designante Deo : nam templum Numinis alti
Rite vocant homines. Ergo undique litora, campi,
Et celsi montes, et cærula vasta patebunt,
Et faciles pedibusque dabunt remisque meatus.
Pax etenim dives toto spatiabitur orbe,
Et gladios frangent afflati Numine vates,

767. Vulgo ὅπποτ' ἔδωκεν : nos corr. e conjectura quidem, sed certissima.

771. Respicit ad Psalm. 71, v. 10.

774. Affert hunc cum sequente versum Lact. IV, cap. 6, ex ejusque fide divus Augustinus, contra Hæres., qui tamen ἄλλον legit uno verbo, sed male. Addit autem Lact. hæc apud Sibyllam inveniri « in fine carminis Erythræi », quod interpretandum « sub libri III finem ». Cfr. Introd. nostr. ad Sibyllina, ubi docuimus hujus libri partes antiquissimas Erythrææ vulgo tribui solitas esse.

775. Omnes initio υἱόν habent nobiscum, et sic jam antiquitus legisse Lactantium testatur supra citatus ex eo locus. Inde desumpsit Augustinus quoque. Nec tamen dubium νηόν sive ναόν rescribendum esse pro υἱόν, sicut nos quoque latine interpretati sumus.

776, sqq. Insignis locus aperta imitatione Isaïæ prophetæ, cap. 11, v. 3, sqq. Est autem τρηχέες ὄχθαι attice dictum, ut I, 322.

779. Cfr. supra, 304.

780. Cfr. supra, 583, sq.

Αὐτοὶ γὰρ κριταί τε βροτῶν, βασιλεῖς τε δίκαιοι.
Ἔσται δὴ καὶ πλοῦτος ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος.
Αὕτη γὰρ μεγάλοιο Θεοῦ κρίσις ἠδὲ καὶ ἀρχή.
Εὐφράνθητι, κόρη, καὶ ἀγάλλεο· σοὶ γὰρ ἔδωκεν
Εὐφροσύνην αἰῶνος, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν.
Ἐν σοὶ δ' οἰκήσει· σοὶ δ' ἔσσεται ἀθάνατον φῶς.
Ἐν δὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ἐν οὔρεσιν ἄμμιγ' ἔδονται
Χόρτον, παρδάλιές τ' ἐρίφοις ἅμα βοσκήσονται·
Ἄρκτοι σὺν μόσχοις νομάδες αὐλισθήσονται·
Σαρκοβόρος τε λέων ἄχυρον φάγεται ἐπὶ φάτνης,
Ὡς βοῦς· καὶ παῖδες μάλα νήπιοι ἐν δεσμοῖσιν
Ἄξουσι· πηρὸν γὰρ ἐπὶ χθονὶ θῆρα ποιήσει.
Καὶ βρεφέεσσι δράκοντες ἅμα σφίσι κοιμήσονται,
Κοὐκ ἀδικήσουσι· χεὶρ γὰρ Θεοῦ ἔσσετ' ἐπ' αὐτούς.
Σῆμα δέ σοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδὲς, ὥστε νοῆσαι,
Ἡνίκα δὴ πάντων τὸ τέλος γαίηφι γένηται.
Ὁππότε κεν ῥομφαῖαι ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι
Ἐννύχιαι ὀφθῶσι πρὸς ἑσπέραν ἠδὲ πρὸς ἠῶ,
Αὐτίκα καὶ κονιορτὸς ἀπ' οὐρανόθεν προφέρηται
Πρὸς γαῖαν πᾶσαν, καί οἱ σέλας ἠελίοιο
Ἐκλείψει κατὰ μέσσον ἀπ' οὐρανοῦ, ἠδὲ σελήνης
Ἀκτῖνες προφανῶσι, καὶ ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἵκωνται·
Αἵματι καὶ σταγόνεσσι πετρῶν δ' ἄπο σῆμα γένηται·
Ἐν νεφέλῃ δ' ὄψεσθε μάχην πεζῶν τε καὶ ἱππέων,
Οἷα κυνηγεσίην θηρῶν, ὁμίχλῃσιν ὁμοίην·
Τοῦτο τέλος πολέμοιο τελεῖ Θεὸς οὐρανὸν οἰκῶν.
Ἀλλὰ χρὴ πάντας θύειν μεγάλῳ βασιλῆϊ.
Ταῦτά σοι, Ἀσσυρίης Βαβυλώνια τείχεα μακρὰ
Οἰστρομανὴς προλιποῦσα, ἐς Ἑλλάδα πεμπόμενον πῦρ

— 784, sqq. Gratulatio ad Judæos. — 795, sqq. Signa in cælo et in terris, tetra omnia et minacia, magnæ illius rerum conversionis prænuntia. — 808, sqq. Epi-

783. Codd. omnes, κρίσις ἔσσεται ἀρχή : sed cfr. supra, 743.

784, sqq. E Zacharia proph. cap. 2, v. 10 : Τέρπου καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών, κ. τ. λ.

787, sqq. Hunc et tres sqq. versus cum vicino 793, citat Lact. VII, cap. 24, cum magna tamen lectionis varietate. Habet enim : Ἐν δὲ λύκοι σὺν ἄρνεσσ' ἐν οὔρεσιν ἁμιλλοῦνται. Χόρτον γὰρ λύγκες ἐρίφοισιν ἅμα βόσκονται. Ἄρκτοι σὺν μόσχοισιν ἅμα καὶ πᾶσι βροτοῖσι (an potius βοτοῖσι, id est, βοσκήμασι?), Σαρκοβόρος τε λέων φάγετ' ἄχυρον παρὰ

Qui tunc jura dabunt hominum acceptissima genti.
Divitiis homines largis justisque fruentur :
Namque hoc Æterni regnum dicetur eritque.
Gesti, læta puella : tibi nam gaudia nunquam
Interitura dedit cæli terræque creator.
Hujus eris sedes : tibi lux æterna micabit.
Ergo lupis mixti salient in montibus agni,
Et grege confuso tigres pascentur et hædi;
Cum vitulis ursi degent per prata vagantes :
Carnivorusque leo præsepia lambet, uti bos,
Infantis manibus teneris in vincula missus :
Quippe ferum Deus ipse arrepere coget inermem.
Cum pueris somnos capient de nocte dracones,
Nec lædent; divina teget nam dextera natos.
Sed jam signa tibi dicam clarissima, quorum
Indicio finem terris mox affore discas.
Quum visi fuerint stellanti fulgere cælo
Per noctem gladii casus ad solis et ortus;
Quum pulvis cælo terras effusus in omnes
Depluet, et medio cursu lux aurea solem
Deficiet, subitosque alieno tempore luna
Ostendet radios, inspersaque saxa repente
Sanguineis guttis ferient tristi omine mentes,
Et pugnas equitum peditumque videbitis, instar
Venantum, cælo misceri et nubibus altis :
Tunc faciet bellis, qui regnat in æthere, finem.
Sed jam opus est omnes regi sacra ferre supremo.
Hæc sunt quæ moneo, Assyria Babylone profecta,
OEstro impulsa vago, cunctis prædicere jussa

logus. Ait Sibylla se, Babylone profectam [an ortam dicere voluit?], Dei jussu ista cecinisse, futuram aliquando apud homines mendacii ream, sed immerito. —

φάτναις· Σὺν βρέφεσίν τε δράκοντες ἀμάτορσι κοιμήσονται. Omnia hæc pæne ad literam ex Isaïa, cap. 11, v. 6, quæ mirum maluisse Lactantium ex Sibyllæ fide proferre.

793. Pro ἅμα σφίσι, quod sensu vacat, Lact. ἀμάτορσι, eleganter, sed contra metrum, nisi forte κείσονται legas.

795. Ex Homero, Il. ψ, 326.

808. Habuit in mente hunc versum et hunc epilogum, id est, hujus epilogi initia, Lactantius, I, cap. 6, ubi Sibyllam ait Babylone fuisse oriundam. Aliter tamen Sibyllæ plagiarius infra, 822, sqq.

Πᾶσι προφητεύουσα, Θεοῦ μηνίματα, θνητοῖς,
Ὥστε προφητεῦσαί με βροτοῖς αἰνίγματα θεῖα.
Καὶ καλέουσι βροτοί με καθ' Ἑλλάδα πατρίδος ἄλλης,
Ἐξ Ἐρυθρῆς γεγαυῖαν, ἀναιδέα· οἱ δέ με Κίρκης
Μητρὸς καὶ Γνωστοῖο πατρὸς φήσουσι Σίϐυλλαν,
Μαινομένην, ψεύστειραν· ἐπὴν δὲ γένηται ἅπαντα,
Τηνίκα μου μνήμην ποιήσετε, κοὐκέτι μ' οὐδεὶς
Μαινομένην φήσειε, Θεοῦ μεγάλην δὲ προφῆτιν.
[Ὅς γάρ ἐμοὶ δήλωσεν, ἃ πρὶν γενετῆρσιν ἐμοῖσιν,
Ὅσσα τε πρῶτ' ἐγένοντο, τά μοι Θεὸς ἐγκατέλεξε·
Τῶν μετέπειτα δὲ πάντα Θεὸς νόῳ ἐγκατέθηκεν,
Ὥστε προφητεύειν με τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,
Καὶ λέξαι θνητοῖς. Ὅτε γὰρ κατεκλύζετο κόσμος
Ὕδασι, καί τις ἀνὴρ μόνος εὐδοκίμητος ἐλείφθη,
Ὑλοτόμῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐπιπλώσας ὑδάτεσσι
Σὺν θηρσὶ πτηνοῖσί θ', ἵν' ἐμπλησθῇ πάλι κόσμος·
Τοῦ μὲν ἐγὼ νύμφη καὶ ἀφ' αἵματος αὐτοῦ ἐτύχθην,
Τῷ τὰ πρῶτ' ἐγένοντο, τὰ δ' ἔσχατα πάντ' ἀπεδείχθη·
Ὥστ' ἀπ' ἐμοῦ στόματος τάδ' ἀληθινὰ πάντα λελέχθω.]

— 818, sqq. Quippe se ista parentibus suis revelata audiisse diluvii universi tempore, arca tunc inclusam cum socero viro justo [Noëmo], solo ex hominibus servato. [Ultima hæc de diluvio ac de Noëmo interpolationis suspecta sunt, immo

810. Codd. plerique μηνύματα : cfr. VIII, 2. Deinde relicto inter lineas spatio, codd. quidam : Λείπουσι δύο στίχοι, sed sine causa.

812. An potius καλέσουσι?

814. Pro Γνωστοῖο nomine alioquin ignoto, sunt qui Γλαύκοιο reponi velint ex Virgilio, Æneid. VI, 36; et sic Lactantius, libro I, cap. 6, transcriptus ab auctore Præfationis anonymæ Sibyllinis præmissæ, quam vide. Alii gnosticam, ideoque tardius interpolatam, originem huic vocabulo tribuere voluerunt, quos vix probamus. Ceterum ultima verba φήσουσι Σίϐυλλαν cum tribus sqq. versibus citat Lact. IV, cap. 15, lectione vix diversa, quippe ἐπάν tantum pro ἐπήν habens.

817. Lact. φήσει με pro φήσειε.

818. Codd. οὐ γὰρ ἐμοὶ δηλώσει : corr. Cast. Sed hunc et reliquos versus dubium est an eadem manus quæ priores

Instantem Græcis ignem, pœnasque paratas
Humano generi, divini arcana furoris.
Et tamen, ut fictæ mentitam nomina gentis,
Ex Erythris natam me Græcia dicet : at illi
Circe matre ferent et Gnosto patre, Sibyllam
Dementem, falsam. Sed quum prædicta sequetur
Eventus, mea tum recolent oracla, neque ulli
Jam vesana, Dei sed vates magna vocabor.
[Ipse etenim monstrata meis genitoribus olim
Omnia, quæ fuerint, et quæ ventura minentur,
Ipse mihi ostendit, terrisque edicere jussit,
Præteritisque simul rebus rebusque futuris
Mortales implere animos. Nam tota nataret
Quum tellus, unusque hominum de stirpe maneret
Justus, quem per aquas vexit domus eruta silvis,
Una avibusque ferisque, iterum ut succresceret orbis ;
Hujus ego nurus, hujus eram de sanguine justi,
Cui prima acciderunt, cui sunt monstrata futura.
Hactenus ergo mihi vera omnia prodita sunto.]

nobis judicibus manifesta, tanquam addita serius a compilatore sive ordinatore Sibyllinorum, qua de re vide not.]

effuderit : immo diversam omnino monstrant Introd. ad Sibyll. et Argumentum hujus libri.

819. Codd. κατέλεξε : corr. Ops. Cfr. supra, 162, sqq., et 287, sqq.

821. Ex Homero, Iliad. α, 70, et passim.

822, sqq. Cfr. VII, 8 ; II, 125 ; nec omitte Præfationem Anonymi ad fictum illud Sibyllæ ex Noëmo genus respicientem.

826. Νύμφη pro νυός Alexandrinæ est græcitatis, et jam in V. T. reperitur. Vult ergo pseudo-Sibylla Noëmi cognatam simul et nurum se fuisse. In versus fine codd. omnes præter unum, ἐτέχθην : sed eadem varietas passim in nostris carminibus occurrit : videtur autem elegantius, certe magis Sibyllinum, ἐτύχθη, ut Procem. 16 ; VIII, 472, etc.

828. Finis hic est epilogi, seu partis huic epilogo ab interpolatore subjectæ, de qua nos ad v. 818.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

Κλῦτε, λεὼς Ἀσίης μεγαλαυχέος, Εὐρώπης τε,
Ὅσσα πολυφθόγγοιο διὰ στόματος μεγάλοιο
Μέλλω ἀφ' ἡμετέρου παναληθέα μαντεύεσθαι·
Οὐ ψευδοῦς Φοίβου χρησμηγόρος, ὅν τε μάταιοι
Ἄνθρωποι Θεὸν εἶπον, ἐπεψεύσαντό τε μάντιν·
Ἀλλὰ Θεοῦ μεγάλοιο, τὸν οὐ χέρες ἔπλασαν ἀνδρῶν
Εἰδώλοις ἀλάλοισι λιθογλύπτοισιν ὅμοιον.
Οὐδὲ γὰρ οἶκον ἔχει ναῷ λίθον ἑλκυσθέντα,

ARG. Vaticinia de diversarum gentium urbiumque calamitatibus, de Neronis Antichristi reditu, et de judicio supremo. Liber hic Christianorum Sibyllinorum antiquissimus est habendus, scriptus nempe primo sæculo, Titi imp. temporibus, paulo post Vesevi montis incendium, ut infra patebit, v. 130, sqq. Auctor, religione licet Christianus (nam vide, 24, sqq.; 161, sqq.), origine Judæus agnoscitur,

TIT. Codices omnes λόγος τέταρτος: quidam plenius, λόγος τέταρτος περὶ Θεοῦ καὶ διαφόρων χωρίων (alii χωρῶν) καὶ νήσων. Omnium autem codicum infirmata est fides, ex quo sub hos nuperos annos propius inspecta primumque a viro docto Friedliebio publicata est (nos enim paulo tardiores advenimus) hujus libri lectio nova omnino et mirum quantum ab editis discrepans, codicis nempe Monacensis sive Hardtiani, cum quo Vaticani duo (ii quoque recens explorati), fere per omnia consentiunt. Eam nos lectionem, quia, minus ante nos retractata, videtur ideo veræ propior, potissimum sequemur; eosque codices, licet ante tria vel plura sæcula scriptos (sæculo XV, nisi fallimur), compendii causa *nov. codd.* vocabimus: prisca autem lectio plerumque uno verbo designabitur, *olim*.

1. Olim κλαῖε, unde nos in priore edi-

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER QUARTUS.

Audi, gens Asiæ prænobilis Europæque,
Carmina, multisono quæ sunt verissima cantu
Vaticinanda meo, non falsi numine Phœbi
Improba jactantis mendacia, quem malesano
Mortales cultu vatem fecere deumque;
Sed magno dictante Deo, quem non manus ulla
Formavit similem mutis de marmore signis,
Nec domus est illi saxum in penetralia tractum,

adeo templum excisum, 115, sq., et piam gentem deletam deflet, 130, sqq. Ægyptium, id est, Alexandrinum, facile credas ob versus 72 sqq. Cfr. Exc. nostr. V, cap. 2.— 1, sqq. Exordium adversus falsorum deorum cultores, in quo vates [sicut antiquior illa, III, 814], haud dissimulanter nomine se *Sibyllam* vocat. —

tione κλῦε, metri causa pro κλύε : veram scripturam reddidere novi codd.

2. Olim μελιφθέγκτοιο, nec male : alias enim vocat Sibylla musam suam πολυγηθέα φωνήν, II, 3, et ἱμερόεσσαν ἀοιδήν, XI, 324; XII, 296. Sed novi codd. πολυφθόγγοιο, ut nos; utque summatim dicamus, quoties non aliud monebitur, sciat lector novam nos scripturam sequi.

4. Olim χρησμήτορος : sed legerat χρησμηγόρου Clemens hunc et tres sequentes citans versus, Protrept. pag. 44, ed. Ox., pro quo novi codd. ψευδηγόρου, minus tamen recte propter ψευδοῦς quod præcesserat.

7. Olim λιθοξέστοισιν : novi codd. λίθοις γλυπτοῖσι, unde nostra lectio. De ἄλλοισι quod in ἀλάλοισι mutavimus occurrit sæpe in Sibyllinis controversia, III, 31; VII, 14.

8. Olim ἱδρυθέντα.

Κωφότατον, νωδόν τε, βροτῶν πολυαλγέα λώϐην·
Ἀλλ' ὃν ἰδεῖν οὐκ ἔστιν ἀπὸ χθονὸς, οὐδὲ μετρῆσαι
Ὄμμασιν ἐν θνητοῖς, οὐ πλασθέντα χερὶ θνητῇ·
Ὃς, καθορῶν ἅμα πάντας, ὑπ' οὐδενὸς αὐτὸς ὁρᾶται·
Οὗ νύξ τε δνοφερή τε, καὶ ἡμέρη, ἠέλιός τε,
Ἄστρα, σεληναίη τε, καὶ ἰχθυόεσσα θάλασσα,
Καὶ γῆ, καὶ ποταμοί τε, καὶ ἀενάων στόμα πηγῶν,
Κτίσματα πρὸς ζωὴν, ὄμϐροι θ' ἅμα καρπὸν ἀρούρης
Τίκτοντες καὶ δένδρα καὶ ἄμπελον, αὐτὰρ ἐλαίην.
Οὗτός μοι μάστιγα διὰ φρενὸς ἤλασεν εἴσω,
Ἀνθρώποις ὅσα νῦν τε καὶ ὁππόσα ἔσσεται αὖθις,
Ἐκ πρώτης γενεῆς ἄχρις [ἐς δεκάτην] ἀφικέσθαι,
Ἀτρεκέως καταλέξαι. Ἅπαντα γὰρ αὐτὸς ἐλέγξει
Ἐξανύων. Σὺ δὲ πάντα, λεὼς, ἐπάκουε Σιϐύλλης
Ἐξ ὁσίου στόματος, φωνὴν προχέοντος ἀληθῆ.
  Ὄλϐιοι ἀνθρώπων κεῖνοι κατὰ γαῖαν ἔσονται,
Ὅσσοι δὴ στέρξουσι Θεὸν μέγαν, εὐλογέοντες
Πρὶν φαγέειν πιέειν τε, πεποιθότες εὐσεϐίῃσιν·
Οἳ νηοὺς μὲν ἅπαντας ἀπαρνήσονται ἰδόντες,
Καὶ βωμοὺς εἰκαῖα λίθων ἀφιδρύματα κωφῶν,
[Καὶ λίθινα ξόανα καὶ ἀγάλματα χειροποίητα,]
Αἵμασιν ἐμψύχων μεμιασμένα, καὶ θυσίῃσι
Τετραπόδων· λεύσουσι δ' ἑνὸς Θεοῦ ἐς μέγα κῦδος,
Οὔτε φόνον ῥέξαντες ἀτάσθαλον, οὔτε κλοπαῖον
Κέρδος ἀπεμπολέοντες, ἃ δὴ ῥίγιστα τέτυκται·
Οὐδ' ἄρ' ἐπ' ἀλλοτρίῃ κοίτῃ πόθον αἰσχρὸν ἔχοντες,

— 24, sqq. Laus hominum quorumdam piorum [Christianorum videlicet], quorum mores describuntur optimi, longe ab hujus mundi vitiis abhorrentes, licet vulgi criminationibus obnoxii, sed aliquando Dei judicio vindicandi. —

11. Olim ὄμμασιν ἐν θνητοῖς· χεὶρ δ' δ' οὐκ ἔπλασε θνητῶν, quod utcumque correxeramus : nunc codices novos sequimur.

12. Cfr. Prooem. 8, sq., ubi hic versus in duos distrahitur.

14. Olim σελήνη τε.

15. Olim post ποταμοί deerat τε.

16. Κτίσματα πρὸς ζώην nunc intelligimus ea quæ vivendi causa creata sunt, id est, animalia : aliter nos olim.

17. Olim καὶ ἄμπελοι ἠδέ τ' ἐλαῖαι.

19. Olim γίνεται pro ἔσσεται.

20. Codd. omnes, quum veteres, tum novi, ἄχρις ἑνδεκάτης, nisi quod quidam ἐν δεκάτης (sic). Sed apud Sibyllam ultima semper generatio decima est, et sic infra, 47, 86 : vide not.

21. Olim in fine αὐτὸς ἔλεξεν.

23. Novi codd. προχέουσαν, anacolutho in Sibyllinis non raro.

24. Justinus, Cohort. § 15, hunc et

Surdum, voce carens, turbæ exitiale colenti :
Sed quem terrigenum non ulli cernere fas est
Metirive oculis; quem non manus ulla creavit;
Omnia qui spectat, non aspectabilis ipse;
Cujus in imperio nox est tenebrosa, diesque,
Astraque, luna et sol, piscosique æquora ponti,
Tellus, et fluvii, fontesque perenne fluentes,
Viventum genus omne, et frugibus utilis imber,
Unde arbos alitur, vitisque et pinguis oliva.
Ille mihi trepidam quatit acri verbere mentem :
Ille jubet, quæ sint et quæ ventura trahantur,
A primo, decimum terris dum venerit ævum,
Omnia certa loqui : eventu nam rite probabit
Omnia. Sed tu, gens, audi jam cuncta, Sibyllæ
Fatiloquo quæ vera fluunt recinentis ab ore.
Felices illi vivent terrestribus oris,
Æternum laudare Deum qui rite solebunt
Ante cibum et potum, veræ pietatis amantes;
Omnia qui visu templa avertentur, et aras
Surdorum lapidum congestas aggere vano,
[Et statuas arte humana de marmore factas,]
Sanguine viventum saturas et strage recenti
Quadrupedum; quærentque Dei decus unius ingens;
Nec diras facient cædes; nec lucra parabunt
Turpibus accumulata modis, quæ pessima dictu;
Nec castum alterius quærent fœdare cubile;

sex sqq. affert parva lectionis varietate. Nota quæ nunc de Christianis canuntur, de Judæis eadem fere prædicata fuisse, lib. III, 586, sqq., quod nonnullis dubitationem movit an vere christianus esset hic liber, sed frustra.

27. Clemens in Protrept. pag. 54, hunc et quatuor sqq. habet. In hoc olim ἀποστρέψουσιν (quod rectius ἀποστρέψονται fuisset) legebatur, et sic Justinus : novi autem codd. cum Clemente ἀπαρνήσονται.

28. Justinus cum novis codd. ἀφιδρύματα, ubi olim ἱδρύματα. Post hunc versum addit Clemens adduntque novi codd. unum integrum, quem nos, ut supervacuum et dubium, uncis quadratis inclusimus, reliquorum numeris non mutatis. Erit igitur 28 (bis).

30. Olim βλέψουσι, nec aliter Justinus; sed Clemens longe aliter hunc versum citat : Τετραπόδων διπόδων πτηνῶν θηρῶν τε φόνοισι.

32. Olim κέρδος ἄπειρον ἑλόντες.

33, sq. Hunc et sq. habet Clemens in Pædag. II, cap. 10. In hoc ipse dativum recte, ubi codd. genitivum dant, ἀλλοτρίης κοίτης.

Οὔτ' ἐπὶ ἄρσενος ὕβριν ἀπεχθέα τε στυγερήν τε.
Ὧν τρόπον, εὐσεβίην τε, καὶ ἤθεα ἀνέρες ἄλλοι
Οὔποτε μιμήσονται, ἀναιδείην ποθέοντες·
Ἀλλ' αὐτοὺς χλεύῃ τε γέλωτί τε μυχθίζοντες,
Νήπιοι ἀφροσύνῃσιν, ἐπιψεύσονται ἐκείνοις.
Ὅσσ' αὐτοὶ ῥέξουσιν, ἐπίψογα καὶ κακὰ ἔργα.
Δύσπιστον γὰρ ἅπαν μερόπων γένος. Ἀλλ' ὁπόταν δὴ
Κόσμου καὶ θνητῶν ἔλθῃ κρίσις, ἣν Θεὸς αὐτὸς
Ποιήσει, κρίνων ἀσεβεῖς ἅμα τ' εὐσεβέας τε,
Καὶ τότε δυσσεβέας μὲν ὑπὸ ζόφον ἔμπαλι πέμψει,
Καὶ τότ' ἐπιγνώσονται, ὅσην ἀσέβειαν ἔρεξαν·
Εὐσεβέες δὲ μενοῦσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Πνεῦμα Θεοῦ δόντος, ζωήν θ' ἅμα καὶ χάριν αὐτοῖς.
Ἀλλὰ τὰ μὲν δεκάτῃ γενεῇ μάλα πάντα τελεῖται·
Νῦν δ' ὅσ' ἀπὸ πρώτης γενεῆς ἔσεται, τάδε λέξω.
Πρῶτα μὲν Ἀσσύριοι θνητῶν ἄρξουσιν ἁπάντων,
Ἓξ γενεὰς κόσμοιο διακρατέοντες ἐν ἀρχῇ,
Ἐξ οὗ, μηνίσαντος ἐπουρανίοιο Θεοῖο,
Αὐταῖσι πόλεσί τε καὶ ἀνθρώποισιν ἅπασι,
Γῆν ἐκάλυψε θάλασσα, κατακλυσμοῖο ῥαγέντος.
Οὓς Μῆδοι καθελόντες ἐπαυχήσουσι θρόνοισιν,
Οἷς γενεαὶ δύο μοῦναι· ἐφ' ὧν τάδε ἔσσεται ἔργα
Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα μέσῃ ἐνὶ ἤματος ὥρῃ·
Ἄστρα δ' ἀπ' οὐρανόθεν λείψει καὶ κύκλα σελήνης·
Γῆ δὲ, κλόνῳ σεισμοῖο τινασσομένη μεγάλοιο,
Πολλὰς πρηνίξει πόλιας καὶ ἔργ' ἀνθρώπων·
Ἐκ δὲ βυθοῦ τότε νῆσοι ὑπερκύψουσι θαλάσσης.

— 50, sqq., et 54, sqq. Regnorum antiquissimorum generationes, Assyriorum sex, Medorum duæ, sub quibus [nempe sub Medis] ingens fiet astrorum defectus : [an respicit ad eclipsim a Thalete observatam anno, ut ferunt, 585?] —

38, sq. Lact. huc fortasse respexit, VII, cap. 26 : « Unde etiam quasdam exse- « crabiles opiniones de pudicis et inno- « centibus (id est, de Christianis) fin- « gunt, et libenter his quæ finxerunt, cre- « dunt. » Certius vero Justini, coævi quippe, testimonium, Apol. II, § 12, extr. : Αἰδέσθητε, ἃ φανερῶς πράττετε, εἰς ἀναιτίους ἀναφέροντες, κ. τ. λ.

40, sqq. Hunc et sex sqq., uno excepto 44, Lactantius habet libro VII, cap. 23, multum tamen ibi variante lectione, licet verbis parvi momenti, et statim in hujus initio, hoc, ἀλλ' ὅταν ἤδη.

42. Lact. ἀσεβεῖς θ' ἅμα.

43. Lact. ἐπὶ ζόφον ἐν πυρὶ πέμψει.

44. Deest hic versus Lactantio et novis codd.

Mascula nec turpi maculabunt corpora tactu.
Sed tamen his moresque pios vitæque tenorem
Non decori aut laudi vertent, quibus improba mens est :
Quin homines sanctos risu probrisque lacessent ;
Crimina nil meritis, etiam sua crimina pravi
Affingent, fuerint ipsi quæ turpiter ausi.
Nam fidei duræ est hominum genus. Ast ubi tandem
Judicium mundo supremum venerit, ipso
Discernente Deo justos et lege carentes,
Impia tum soboles tenebris reddetur opacis,
Discentque insani quam fœda et dira patrarint.
Terra autem fecunda piis habitanda manebit,
Dante Deo flatum et vitam, quam sancta beabit
Gratia. Sed decimum sunt hæc implenda sub ævum.
Nunc genere a primo quæ sint ventura, recludam.
  Principio Assyrii populos regnare per omnes
Incipient, senisque regent ætatibus orbem,
Ex quo, terribili commotum Numinis ira,
Terrenos tractus urbesque hominesque profundis
Obruit æquor aquis, et diluvio omnia mersit.
  Quos Medi tollent tumidi, geminasque tenebunt
Sceptra per ætates. Et erit dominantibus illis
Nox aliquando die medio tenebrosa, simulque
Sidera deficient cælo, lunæque latebit
Orbis, et ingenti tellus concussa tremore
Urbes evertet multas hominumque labores,
Emergentque maris fundo tunc insulæ ab imo

45. Lact. ὅσσοι δ' εὐσεβέουσι, πάλιν ζήσουσ' ἐπὶ γαίης.

46. Lact. τιμὴν ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς, et sic olim codd. et edd., ipsique nos, βίον pro χάριν : sed nov. codd. ut nos hodie, et cfr. infra, 189. Ductus aperte locus ex Act. Apost. cap. 17, v. 27 : Αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ νοῦν, κ. τ. λ., quod notandum ad asserendam utriusque libri ætatem.

51. Codd. quidam veteres, ἀπουρανίοιο, ut infra, 132, et II, 285. Ceterum hunc et duo sqq., 51-53, citat Lact. de Ira Dei, cap. 23, nihil fere secedens a vulgata.

52. Codd. quidam ionice αὐτῇσι. Deinde Lact. habet πολίεσσι.

54. Difficile est Sibyllinam generationum supputationem hic assequi; sed et ubique difficile : vide not.

55. Novi codd. ἐς γενεὰς δύο μούνας. Deinde an potius ἐφ' ὧν legas, suadente viro docto?

56, sq. Videtur hos versus referre Noster ad Thaletis eclipsim apud veteres celebratissimam : sequentia, licet fortasse vera, addet ex ingenio.

57. Hunc omittunt novi codd.

59. Olim πρηνίξειε πόλεις.

Ἀλλ' ὅταν Εὐφρήτης μέγας αἵματι πλημμύρηται,
Καὶ τότε δὴ Μήδοις Πέρσαισί τε φύλοπις αἰνὴ
Στήσεται ἐν πολέμῳ· Περσῶν δ' ὑπὸ δούρατι Μῆδοι
Πίπτοντες, φεύξονται ὑπὲρ μέγα Τίγριδος ὕδωρ.
Περσῶν δὴ κράτος ἔσται ὅλου κόσμοιο μέγιστον,
Οἷς γενεὴ μία κεῖται ἀνακτορίης πολυόλβου.
Ἔσται δ' ὅσσα κεν ἄνδρες ἀπεύχονται κακὰ ἔργα,
Φυλόπιδές τε, φόνοι τε, διχοστασίαι τε, φυγαί τε,
Πύργων τε πρηνισμοὶ, ἀναστασίαι τε πολήων,
Ἑλλὰς ὅταν μεγάλαυχος ἐπὶ πλατὺν Ἑλλήσποντον
Πλεύσῃ, Φρυξὶ βαρεῖαν ἰδ' Ἀσσίδι κῆρα φέρουσα.
Αὐτὰρ ἐς Αἴγυπτον πολυαύλακα φαῦλος ἐπέλθῃ
Λιμὸς, ἀκαρπίη τε περιπλομένων ἐνιαυτῶν
Εἴκοσι φοιτήσει, σταχυητρόφος ἡνίκα Νεῖλος
Ἄλλοθί που ὑπὸ γαῖαν ἀποκρύψει μέλαν ὕδωρ.
Ἑλλάδι δ' ἐξ Ἀσίης βασιλεὺς μέγας, ἔγχος ἀείρας,
Νηυσὶν ἀμετρήτοισι, τὰ μὲν βυθοῦ ὑγρὰ κέλευθα
Πεζεύσει, πλεύσει δὲ ταμὼν ὄρος ὑψικάρηνον·
Ὃν φυγάδ' ἐκ πολέμου δεινὴ ὑποδέξεται Ἀσσίς.
Σικελίην δὲ τάλαιναν ἐπιφλέξει μάλα πᾶσαν
Χεῦμα πυρὸς μεγάλοιο, ἐρευγομένης φλογὸς Αἴτνης.
Ἡ δὲ Κρότων μεγάλη πέσεται πόλις ἐς βαθὺ χεῦμα.
Ἔσται δ' Ἑλλάδι νεῖκος· ἐν ἀλλήλοις δὲ μανέντες
Πολλὰς πρηνίξουσι πόλεις, πολλοὺς δ' ὀλέσουσι
Μαρνάμενοι· τὸ δὲ νεῖκος ἰσόῤῥοπον ἀλλήλοισιν.
Ἀλλ' ὅταν ἐς δεκάτην γενεὴν μερόπων χρόνος ἔλθῃ,
Καὶ τότε μὲν Πέρσαις ζυγὰ δούλια καὶ φόβος ἔσται.
Αὐτὰρ ἐπεὶ σκήπτροισι Μακηδόνες αὐχήσουσιν,
Ἔσται καὶ Θήβῃσι κακὴ μετόπισθεν ἅλωσις.

— 61, sqq. Pugna Medos inter et Persas ad Euphratem [sic quidem Noster] : inde Persarum dominatio. — 67, sqq. Bellum Trojanum. — 72, sqq. Fames in Ægypto, Nilo aquas subtrahente. — 76, sqq. Xerxis in Græciam irruptio. — 80, sqq. Siciliæ Italiæque urbes Ætnæ eruptionibus absumptæ, terræ motibus dirutæ. — 83, sqq.

61. Olim ed. Princ. Εὐφρήτης.
63. Olim δούρασι, non male.
64. Olim Τίγριος.
69. Olim πρηνισμοί τε: codd. tamen alii, ἐμπρηνισμοί (sic).
71. Olim πλεύσῃ (ubi nos e conj. πλέῃ), βρύξῃ δ' Ἀσσίδι β. κ. φ., quod et nobis placuerat. Nunc codd. ut nos, nisi quod æque bene Ἀσίδι scribunt hic et infra.
72. Olim πολυαύλακα πυροφόρον τε, ubi alterum epitheton in vulgatam male irrepserat, jam tamen in codicibus an-

Sed quum profuso manabit sanguine plenus
Euphrates, Persæ et Medi certamine duro
Confligent. Tunc oppressi victricibus armis
Diffugient Medi trans Tigridis alta fluenta;
Fiet et in mundo Persarum summa potestas,
Una quibus dabitur regni prædivitis ætas.
Tum vero incumbent populis quæ pessima votis
Avertunt, bella et cædes rixæque fugæque,
Incensæque dabunt turres urbesque ruinam,
Græcia quum magnum tranaverit Hellespontum
Sæva, ferens Asiæ Phrygibusque immania fata.
Tunc etiam cultos Ægypti fertilis agros
Frugibus orba fames totis populabitur annis
Viginti, quum nescio quo sub viscera terræ
Præcipitans Nilus nigras absconderit undas.
At Græcis infesta feret rex maximus arma,
Innumeras ducens Asiæ de litore puppes,
Qui mare trajiciet pedes, altum navita montem.
Hunc bello profugum mox patria mæsta reviset.
Siciliam, dictu miserabile, funditus omnem
Igneus exuret torrens e faucibus Ætnæ.
Ipsa Croton ruet in fluctus urbs magna profundos.
Hinc cadet in Græcos discordia: mutuus illos
Committet furor, et multas bellum atteret urbes:
Pugnando multi occumbent; erit exitus anceps.
Verum ubi jam surget decimum mortalibus ævum,
Tum servile jugum Persis magnique parantur
Terrores, victor Macedo quum sceptra tenebit.
Exitium posthac veniet miserabile Thebis,

Bellum in Græcia sævissimum [an Peloponnesiacum?]. — 86. sqq. Decima hominum generatione, Persarum dominatio a Macedonibus opprimetur; avulsæ gentes quædam a sedibus suis in alias transferentur [admixtis male de Sami et Deli exitio versibus duobus, 91, sq.]. —

tiquioribus legendum: ultima duo verba, φαῦλος ἐπέλθῃ, novi dederunt codd.

74. Olim σταχυηφόρος, non male forsitan, et sic supra, πυροφόρον.

75. Idem fere de Caria et Mæandro canetur infra, 149 sqq.

78. Olim, nec ita bene, πλεύσει δέ τε μοῦνος ἃ ποσσὶ πατεῖται.

81. Olim ἐρευξαμένης.

83. Olim ἐπ' ἀλλήλοις.

86. Cfr. supra, 20, et ibi not.

87. Novi codd. καὶ τότε Πέρσῃσι.

Κᾶρες δ' οἰκήσουσι Τύρον, Τύριοι δ' ἀπολοῦνται.
[Καὶ Σάμον ἄμμος ἅπασαν ὑπ' ἠϊόνεσσι καλύψει.
Δῆλος δ' οὐκέτι δῆλος, ἄδηλα δὲ πάντα τὰ Δήλου.]
Καὶ Βαβυλὼν μεγάλη μὲν ἰδεῖν, μικρὴ δὲ μάχεσθαι,
Στήσεται ἀχρήστοισιν ἐπ' ἐλπίσι τειχισθεῖσα.
Βάκτρα κατοικήσουσι Μακηδόνες· οἱ δ' ἀπὸ Βάκτρων
Καὶ Σούσων φεύξονται ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἅπαντες.
Ἔσσεται ἐσσομένοις, ὅτε Πύραμος ἀργυροδίνης,
Ἠϊόνα προχέων, ἱερὴν ἐς νῆσον ἵκηται.
Καὶ Σύβαρις πέσεται, καὶ Κύζικος, ἡνίκα γαίης
Βρασσομένης σεισμοῖσιν ὀλισθαίνωσι πόληες.
Ἥξει καὶ Ῥοδίοις κακὸν ὕστατον, ἀλλὰ μέγιστον.
Οὔτε Μακηδονίης αἰεὶ κράτος· ἀλλ' ἀπὸ δυσμῶν
Ἰταλὸς ἀνθήσει πόλεμος μέγας, ᾧ ὕπο κόσμος
Λατρεύσει, δούλειον ἔχων ζυγὸν, Ἰταλίδῃσιν.
Καρχηδὼν, καὶ σεῖο χαμαὶ γόνυ πύργος ἐρείσει.
Τλῆμον Λαοδίκεια, σὲ δὲ τρώσει ποτὲ σεισμὸς
Πρηνίξας, στήσει δὲ πάλιν πόλιν εὐρυάγυιαν.
Καὶ σὺ, Κόρινθε τάλαινα, τεήν ποτ' ἐπόψει ἅλωσιν.
Ὦ Λυκίης Μύρα καλὰ, σὲ δ' οὔ ποτε βρασσομένη χθὼν
Στηρίξει· πρηνὴς δὲ κλόνῳ πίπτουσ' ἐπὶ γαῖαν, Olim.
Εἰς ἑτέραν εὔξῃ προφυγεῖν χθόνα, οἷα μέτοικος, 111
Ἡνίκα δὴ Πατάρων ὅμαδόν ποτε δυσσεβίῃσι
Βρονταῖς καὶ σεισμοῖσιν [ἀποσκεδάσει] μέλαν ὕδωρ.
Ἀρμενίη, καὶ σοὶ δὲ μένει δούλειος ἀνάγκη. 112

— 97, sqq. Diversarum urbium variæ clades. — 102, sqq. Macedonum imperium ab Italis victoribus exstinguetur. — 105, sqq. Rursus diversarum urbium calamitates. — 114. Armenia servili jugo subacta. —

91, sqq. Præstaret hos duo versus infra rejici post versum 96, ne sententiarum ordo turbaretur. De re vide not. Ceterum paronomasiæ istæ Σάμος ἄμμος, Δῆλος ἄδηλος, antiquissimæ sunt, et fortasse aliquo ex oraculo desumptæ. Ad Δῆλον ἄδηλον alludit jam Callimachus, in Del. 53. Tertia paronomasia Ῥώμη ῥύμη libris III et VIII serius addita est.

93. Olim μικρά.

94, sq. Hi duo nonnullis e codd. antiquis absunt.

96. Olim ἐφ' Ἑλλάδα.

97, sq. Hos duo versus bis citat Strabo, lib. I, pag. 53, et XII, pag. 536; eosdem Tzetzes quoque, Chil. VII, 575, ex Strabonis fide. Reddiderunt ambo prius hemistichium, ἔσσεται ἐσσομένοις, quod olim ex codd. et edd. aberat. Habent quoque novi codd.

98. Strab. et Tzetz. ἐς Κύπρον.

99. De Cyzico dictum est, III, 442. Sybaris autem mirum quomodo hic inter Asiaticas urbes locum occupet, unde suspecta lectio, et doctus aliquis Κίβυρα proponebat.

Inque Tyro degent Cares, Tyriique peribunt.
[Totaque litoreis Samus obducetur arenis,
Et Delus, non jam Delus, deleta latebit.]
Et Babylon ingens visu, certamine parva,
Sentiet incassum muris confisa superbis.
Bactra colet Macedo : qui vero Bactra tenebant
Susaque, Græcorum se tunc ad litora vertent.
Tempus et illud erit, liquido quum argenteus amne
Pyramus alluvie tibi se, sacra insula, junget.
Occidet et Sybaris et Cyzicus, oppida quando
Succutient magni, terra trepidante, tremores.
Et Rhodiis veniet postrema, at maxima clades.
Nec semper Macedo dominabitur, occiduumque
Surget ab Italia bellum, quo subditus orbis
Italico dare colla jugo servilia discet.
Procumbent, Carthago, tuæ tum funditus arces.
Et te, Laodicea miserrima, terra vacillans
Affliget, magnamque iterum componet in urbem.
Tuque olim captiva gemes, miseranda Corinthe.
O Lyciæ Myra, formosas urbs clara per urbes,
Prona cades aliquando, soloque afflicta trementi,
Quærere diversas optabis transfuga sedes,
Tum quum, fulminibus terræque tremoribus acta,
Impia gens Pataræa nigrum descendet in æquor.
Armenia, impendent etiam tibi vincla subactæ.

100. Olim πίπτουσιν αἱ πόλεις, trunco versu, unde nos refeceramus καταπίπτωσι πόληες : nunc veram lectionem restituere novi codd.

101. Versus hic jam lectus erat, III, 486, sed ibi de Tenedo, falsa, ut ibidem docuimus, lectione. Recurret iterum de Rhodo, VIII, 160, hinc, ut videtur, desumptus. Neque alio respexisse putamus Pausaniam, Corinth. cap. 7, ubi Rhodum memorat ingenti terræ motu concussam : Ὥστε καὶ λόγιον τετελέσθαι Σιβύλλῃ τὸ εἰς τὴν Ῥόδον ἔδοξεν.

105. Olim χαμαὶ πᾶς πύργος ἐρείσει, ubi nos ἐρείψει frustra conjeceramus : nunc veram lect. reddunt novi codd.

106. Cfr. idem fere de Laodicea vaticinium, III, 471, sed ibi ad futura Antichristi tempora pertinens : hic agi videtur clades sub Nerone eventum nacta et ab historicis memorata, Tacit. Annal. XIV, § 27.

108. Hic versus incerta semper sede erravit : in quibusdam codd. trajicitur post v. 106 ; in novis autem, post 104.

109. Cfr. V, 125, sqq.

110. Olim πρηνίξει. Legendum cum novis codd. στηρίξει, ut intelligatur non resurrecturam e sua clade illam urbem. Legi poterat σὲ δ' αὖ ποτε πρηνίξει : sed obstat πρηνής quod sequitur.

112, sq. Olim aberant hi duo versus. De Pataræo oraculo supra jam actum est III, 441, ad quem locum vide not.

Ἥξει καὶ Σολύμοισι κακὴ πολέμοιο θύελλα
Ἰταλόθεν· νηὸν δὲ Θεοῦ μέγαν ἐξαλαπάξει.
Ἡνίκα δ' ἀφροσύνῃσι πεποιθότες, εὐσεβίην μὲν
Ῥίψουσι, στυγεροὺς δὲ τελοῦσι φόνους περὶ νηὸν,
Καὶ τότ' ἀπ' Ἰταλίης βασιλεὺς μέγας, οἷά τε δράτης,
Φεύξετ' ἄφαντος, ἄπυστος, ὑπὲρ πόρον Εὐφρήταο,
Ὁππότε δὴ μητρῷον ἄγος στυγεροῖο φόνοιο
Τλήσεται, ἄλλα τε πολλὰ κακῇ σὺν χειρὶ πιθήσας.
Πολλοὶ δ' ἀμφὶ θρόνῳ Ῥώμης πέδον αἱμάξουσι,
Κείνου ἀποδράσαντος ὑπὲρ Παρθηΐδα γαῖαν.
Εἰς Συρίην δ' ἥξει Ῥώμης πρόμος, ὃς πυρὶ νηὸν
Συμφλέξας, Σολύμων πολλοὺς δορὶ ἀνδροφονήσει,
Ἰουδαίων δ' ὀλέσει μεγάλην χθόνα εὐρυάγυιαν.
Καὶ τότε δὴ Σαλαμῖνα, Πάφον δ' ἅμα σεισμὸς ὀλέσσει,
Κύπρον ὅταν περίκλυστον ὑπερκλονέῃ μέλαν ὕδωρ.
Ἀλλ' ὁπόταν χθονίης ἀπὸ ῥωγάδος Ἰταλίδος γῆς
Πυρσὸς ἀπαστραφθεὶς εἰς οὐρανὸν εὐρὺν ἵκηται,
Πολλὰς δὲ φλέξῃ πόλιας, καὶ ἄνδρας ὀλέσσῃ,
Πολλὴ δ' αἰθαλόεσσα τέφρη μέγαν αἰθέρα πλήσῃ,
Καὶ ψεκάδες πίπτωσιν ἀπ' οὐρανοῦ, οἷά τε μίλτος,
Γινώσκειν τότε μῆνιν ἐπουρανίοιο Θεοῖο,
Εὐσεβέων ὅτι φῦλον ἀναίτιον ἐξολέκουσιν.
Εἰς δὲ δύσιν τότε νεῖκος ἐγειρόμενον πολέμοιο
Ἥξει, καὶ Ῥώμης ὁ φυγὰς, μέγα ἔγχος ἀείρων,
Εὐφρήτην διαβὰς πολλαῖς ἅμα μυριάδεσσιν.
Τλήμων Ἀντιόχεια, σὲ δὲ πτόλιν οὐκέτ' ἐροῦσιν,

— 115, sq. Hierosolyma ab Italis bello impetita, templumque vastatum. — 117, sqq. Sub idem tempus, imperatoris Romani [Neronis] in Persidem fuga. — 123, sqq. Hoc expulso bella circa Romam civilia regnandi ambitione.— 125, sqq. Romanorum duce [Vespasiano an Tito?] Syriam invadente, templum ardebit; Ju-

115. Hic versus olim aberat: itaque videbantur tunc Armeniæ imminere mala, quæ nunc Judææ.

119. Struvius in Posthumis δράστης legi volebat pro δράτης, sicut apud Hesych. δρᾶσται et δρῆσται exponuntur δραπέται. Novi codd. οἷά τε ἀστήρ, absurda sane lectione, quæ tamen recurret, sed alieno loco, XII, 266.

123. Olim ἀμφ' ἱερόν, ubi nunc e novis codd. ἀμφὶ θρόνῳ, bene, nisi αἱμάξουσιν offenderet sensu activo.

124. Olim ὑπὲρ τὴν πατρίδα γαῖαν.

126. Olim πολέμων, videlicet pro πολεμίων: sed novi codd. aperte Σολύμων.

128, sq. Cfr. V, 450, sq.

129. Novi codd. πολύκλυστον.

130, sqq. De Vesevi eruptione fuit aliquando huic simile vaticinium apud profanos vulgo diffusum, quod bis tan-

Et Solymis veniet tempestas horrida belli
Ex Italis, magnamque Dei populabitur ædem.
Sed quum stultitia freti, pietate remota,
Horribiles edent templum ad venerabile cædes,
Tum vero Italicis fugiet rex magnus ab oris,
Perditus, ignotus, trans Euphratea fluenta,
Qui prius infando maternas sanguine diras
Conscierit demens, et multa horrenda patrarit.
Multi autem, regni studio, te, Roma, cruore
Fœdabunt, supra Parthos quum fugerit iste.
Tum dux in Syriam veniet Romanus, ut altum
Incendat facibus templum, Solymosque trucidet,
Et Judæorum florentem diruat urbem.
At Salamina Paphumque simul tremor obruet ingens,
Quum circumfuso nabit sub gurgite Cyprus.
Sed quum disruptis Itala tellure cavernis,
Manibus ex imis ad cælum flamma feretur,
Exuretque urbes multas, hominesque necabit,
Æthereos implens cinere et fuligine campos,
Et minio similes guttæ labentur ab alto :
Tunc homines noscant præsentem Numinis iram,
Et merito, quoniam genus occidere piorum.
Surget in occiduas belli vis maxima gentes,
Quum Roma profugus stricto rex ense redibit
Impius, innumeris trajecto Euphrate catervis.
Jam non urbem te, misera Antiochia, vocabunt,

dæorum cædes fiet. — 128, sq. Cyprus, terræ motu concussa, aquis mergetur. — 130, sqq. Vesevi montis incendium, desæviente in homines ira Dei propter piæ gentis [Judaïcæ scilicet] excidium. — 137, sqq. Reditus profugi imperatoris [Neronis] ex Perside. — 140, sq. Antiochia deleta, [an a tyranno reduce?]. —

quam Sibyllinum, falso tamen, affertur a Plutarcho, de Sera Numinis Vind. t. VIII, pag. 240, ed. Reisk., et de Pythiæ orac. tom. VII, pag. 566 : vide not.

131. Olim πυρός, ubi medelam πυρσός ab Opsopœo propositam novi codd. firmarunt. Deinde olim ὑποστρέψας, unde nobis conjici tunc potuit ἀπαστράψας : sed novi codd. ἀποστραφθείς (sic), unde nunc nostra lectio.

134. Codd. quidam ψακάδες.

140, sq. Codices pauci, οὔποτ' pro οὔκετ', haud ita bene. Tzetzes, Chil. VII, 570, hos duo citat versus, sed misere corruptos et tanquam in unum redactos : Δούρασι δ' ἐν τεοῖς, Ἀντιόχεια τάλαιν', ὄλλυσαι, ubi notandum τεοῖς pro Ἰταλοῖς. At in fragmento Anonymo inter Crameri Anecdota, Paris., tom. I, pag. 334, ex codice quodam in

Ἡνίκ' ἂν ἀφροσύνῃσι τεαῖς περὶ δούρασι πίπτῃς.
Καὶ [Συρίην] τότε λοιμὸς ὀλεῖ καὶ φύλοπις αἰνή.
Αἲ αἲ, Κύπρε τάλαινα, σὲ δὲ πλατὺ κῦμα θαλάσσης
Κρύψει χειμερίῃσιν ἀναῤῥιφθεῖσαν ἀέλλαις.
Ἥξει δ' εἰς Ἀσίην πλοῦτος μέγας, ὅν ποτε Ῥώμη
Αὐτὴ [συλήσασα] πολυκτέανον κατὰ δῶμα
Θήκατο· καὶ δὶς ἔπειτα τοσαυτάκις ἄλλ' ἀποδώσει 144
Εἰς Ἀσίην· τότε δ' ἔσται ὑπέρκτησις πολέμοιο.
Καρῶν δὲ πτολίεθρα παρ' ὕδασι Μαιάνδροιο,
Ὅσσα πεπύργωνται περικαλλέα, πικρὸς ὀλέσσει
Λιμὸς, ὅταν Μαίανδρος ὑποκρύψῃ μέλαν ὕδωρ.
Ἀλλ' ὅταν εὐσεβίη μὲν ὑπ' ἀνθρώπων ἀπόληται,
Πίστις καὶ τὸ δίκαιον, ἐπ' οὐχ ὁσίαισι δὲ τόλμαις
Ζῶντες, ὕβριν ῥέξουσιν ἀτάσθαλον, ἄλλα τε πολλὰ,
Εὐσεβέων δ' οὐδεὶς ποιῇ λόγον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς
Πάντας ὑπ' ἀφροσύνης μέγα νήπιοι ἐξολέκωσιν,
Ὕβρεσι χαίροντες, καὶ ἐφ' αἵμασι χεῖρας ἔχοντες,
Καὶ τότε γινώσκειν Θεὸν οὐκέτι πραῢν ἐόντα,
Ἀλλὰ χόλῳ βρύχοντα, καὶ ἐξολέκοντα γενέθλην
Ἀνθρώπων ἅμα πᾶσαν ὑπ' ἐμπρησμοῦ μεγάλοιο.
Ἆ μέλεοι, μετάθεσθε, βροτοὶ, τάδε, μηδὲ πρὸς ὀργὴν
Παντοίην ἀγάγητε Θεὸν μέγαν· ἀλλὰ μεθέντες
Φάσγανα, καὶ στοναχὰς, ἀνδροκτασίας τε καὶ ὕβρεις,

— 142, sq. Cypri calamitas [an eadem quæ supra, 128?]. — 145, sqq. Reddentur Asianis opes quas olim Roma diripuerat. — 149, sqq. Cariæ urbes fame vastabuntur, Mæandro aquas negante. — 152, sqq. Propter impietatem hominum,

Cypro insula reperto, leguntur ambo versus integri cum lectione οὔποτ'.

141. Olim εἵνεκεν ἀφροσύνης 'Ιταλοῖς ὑπὸ δούρασι πίπτεις, haud sane contemnenda scriptura, nisi novos codd. potissimum sequeremur.

142. Olim καὶ Σκῦρον, ubi jamdiu Συρίην proposueramus: at novi codd. εἰς Κύπρον. Sane post Antiochiam videtur Syria melius procedere; et de Cypro statim quidem mala prædicentur, sed ex terræ motu, de quo sæpe in Sib., non ex fame et bello.

143, sq. Anonymus ex fragmento manuscripto Cypri reperto, de quo supra, hos quoque duos affert versus, in hoc tamen pro πλατύ legens μέγα. Tzetzes eosdem, corrupte tamen, ut solet, et in hoc ipse quoque μέγα.

144. Olim ῥίψει pro κρύψει, male, propter ἀναῤῥιφθεῖσαν, quod sequitur. Novi codd. κρύψει, ut nos. Totum versum Anonymus et Tzetzes longe aliter constituunt : ῏Ημασι χειμερίῃσιν (sic) ὀρινομένη τε θάλασσα.

145. Codd. omnes ὁππότε ῥώμη : de sensu confer Lactantium quoque, VII, cap. 15, et vide not.

146. Olim ἐξ ὕλης γε πολυκτ., ubi jamdudum ἐξ 'Ασίης reposueramus : sed novi codd. αὐτὴ συλλήσασθαι (sic), unde Friedliebii et nostra nunc lectio.

Stultitiæ causa hostiles collapsa sub hastas :
Et [Syriam] pestis simul et pugna aspera perdet.
Heu, Cypre infelix, te tempestatibus actam
Abscondet validis commotum fluctibus æquor.
Multæ addentur opes Asiæ : namque aurea quantum
Roma sinu magno collegerat, aucta rapinis
Ex Asia, bis tantum ipsi devicta rependet,
Ut proventus opum belli de fœnore crescat.
Oppida quæ Cares Mæandri ad fluminis oram
Turribus ædificata tenent, urgente peribunt
Cuncta fame, vicinus aquas quum subtrahet amnis.
Ast ubi sancta fides et jus mortalibus omne
Cesserit ex animis, nullumque audacia finem
Servabit; quum fas miscebitur omne nefasque;
Justorum nec erit ratio ; quin acribus illos
Impulsi stimulis, certabunt tradere morti,
Flagitiis læti, polluti sanguine dextras :
Tunc ne quis cessare Deum sine fine reatur,
Sed grandes cumulare iras, jamjamque venire,
Ut genus humanum communi deleat æstu.
Ah ! miseri, mentes convertite, neve supremi
Ultoris furias accendite, telaque longe
Projicite et gladios, rixas, homicidia, fletus,

totius terræ conflagratio. — 161, sqq. Exhortatio ad homines ut mores mutent, et lavacro salutari renoventur [baptismo scilicet Christianorum], sic demum veniam a Deo impetraturi. —

147. Olim in fine, ἄλλα παρέξει.

148. Olim versus hic aberat.

150. Olim πεπύργωται, singulariter; an melius?

151. Olim ἀποκρύψει : cfr. supra, 75.

153. Novi codd. πίστιν (lege πίστις) καὶ τὸ δίκαιον ἀποκρυφθῇ ἐν κόσμῳ (lege ἐνὶ κόσμῳ) : quare lacunam suspicamur unius versus.

154. Olim ὕβριν ἕξουσιν ἀτάσθαλον, ἄλλα τε πολλά.

158, sqq. Hunc et duo sqq. affert Lactantius, de Ira Dei, cap. 23, sed longe aliter lectos, et hunc quidem sic : Καί ποτε τὴν ὀργὴν Θεὸν οὐκέτι πραΰνοντα, vel, ut quidem codd. habent, πραϋνθέντα. In Sibyllinis veteres codd. inter πραΰν et πρηΰν vacillant.

159. Olim ἀλλὰ χρόνῳ κραίνοντα, et in fine, καὶ ἐξολέκοντα γέενναν : Lact. καὶ ἐξολύοντά τε γένναν : novi codd. γενέθλην, ut nos.

160. Olim μάλα πᾶσαν. Lact. ἀνθρώποισιν ἅπασαν ὑπ. ἐμπρησμοῦ πέρθοντα.

161. Lactantius eodem cap. versum hunc laudat cum sequentis dimidia parte. Scribit autem ἀλλ' ἐλέει pro ἆ μέλεοι et νῦν pro τάδε. Olim in Sibyll. erat hic locus valde truncus, omisso post τάδε versu integro (μηδὲ . . . μέγαν), qui postea ab Opsopœo e codicibus regiis restitutus est.

Ἐν ποταμοῖς λούσασθε ὅλον δέμας ἀενάοισι,
Χεῖράς τ' ἐκτανύσαντες ἐς αἰθέρα, τῶν πάρος ἔργων
Συγγνώμην αἰτεῖσθε, καὶ εὐλογίαις ἀσέβειαν
Πικρὰν ἰάσασθε · Θεὸς δ' ἕξει μετάνοιαν,
Οὐδ' ὀλέσει · παύσει δὲ χόλον πάλιν, ἥνπερ ἅπαντες
Εὐσεβίην ἐρίτιμον ἐνὶ φρεσὶν ἀσκήσητε.
Εἰ δ' οὔ μοι πείθοισθε κακόφρονες, ἀλλ' ἀπόνοιαν
Στέργοντες, τάδε πάντα κακαῖς δέξαισθε ἀκουαῖς,
Πῦρ ἔσται κατὰ γαῖαν, ἐν ᾧ τόδε σῆμα τέτυκται ·
Ῥομφαῖαι, σάλπιγγες, ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι ·
Κόσμος ἅπας μύκημα καὶ ὄμβριμον ἦχον ἀκούσει.
Φλέξει δὲ χθόνα πᾶσαν, ἅπαν δ' ὀλέσει γένος ἀνδρῶν,
Καὶ πάσας τε πόλεις, ποταμοὺς ἅμα, ἠδὲ θάλασσαν,
Ἐκκαύσει δέ τε πάντα, κόνις δ' ἔσετ' αἰθαλόεσσα.
Ἀλλ' ὅταν ἤδη πάντα τέφρη σποδόεσσα γένηται,
Καὶ πῦρ κοιμίσσῃ Θεὸς ἄσπετον, ὅσπερ ἀνῆψεν,
Ὀστέα καὶ σποδιὴν αὐτὸς Θεὸς ἔμπαλιν ἀνδρῶν
Μορφώσει, στήσει δὲ βροτοὺς πάλιν, ὡς πάρος ἦσαν.
Καὶ τότε δὴ κρίσις ἔσσετ', ἐφ' ῇ δικάσει Θεὸς αὐτὸς,
Κρίνων ἔμπαλι κόσμον. Ὅσοι δ' ὑπὸ δυσσεβίῃσιν
Ἥμαρτον, τοὺς δ' αὖτε χυτὴ πάλι γαῖα καλύψει,
Τάρταρά τ' εὐρώεντα, μυχοὶ, Στυγίη δέ τε Γέννα.
Ὅσσοι δ' εὐσεβέουσι, πάλιν ζήσοντ' ἐπὶ κόσμον 181
Ἀθανάτου μεγάλοιο Θεοῦ καὶ ἄφθιτον ὄλβον,
Πνεῦμα Θεοῦ δόντος, ζωήν θ' ἅμα καὶ χάριν αὐτοῖς 182

— 170, sqq. Sin aliter, incendio peribit orbis terrarum, sævis, quæ multa hic enumerantur, præcedentibus signis. — 178, sqq. Resurrectio mortuorum ad judicium supremum : pœna impiorum in Tartaro ; justorum felicitas in terris.

165. Novi codd. ἐπαείραντες, ἐν αἰθέρι, unde labat vetus lectio.

166. Olim εὐσεβίαις.

168. Olim εἴπερ, ubi nunc ἥνπερ. Lact. hunc versum et sequentem laudat capite jam cit., in hoc quidem οὐχ habens pro οὐδ', et πάλιν χρόνον, et εὖτ' ἂν ἅπαντες. Novi codd. περίτιμον et in fine ἀσκήσαντες.

169. Lact. εὐσεβέειν περὶ θυμῷ, ubi tamen et quidam codd. ἐρίτιμον.

171. Olim δέξησθε.

172. Olim κατὰ κόσμον.

173. Codd. quidam, non tamen novi, ἅμ' ἠελίου ἀνιόντος.

175. Olim ἐπὰν δ' ὀλέσῃ. Respexit ad h. l. Justinus martyr, Apol. I, § 20, ubi de fine mundi per ignem futuro testes citat Hystaspem et Sibyllam.

176. Olim πάσας πόλιας.

177. Olim ἐκκαύσῃ τάδε πάντα, κόνις ἔσετ' αἰθ.

178, sqq. Clemens Romanus, seu quisquis auctor fuit Constitutionum Apost. V,

Tum corpus fluvio totum mersate perenni;
Et manibus passis ad cæli templa, priorum
Poscite culparum veniam, reparare petentes
Impia facta piis. Nam sic Deus ipse vicissim
Consilium vertet, facilisque precantibus, iram
Deponet, si vos pietatis jura colatis.
Sin vero indociles, atque impietatis amantes,
Accipitis pravis hæc auribus, igne flagrabit
Mundus; et illa quidem perituri signa : micantes
Circa ortum solis gladii, magnusque tubarum
Clangor, et immensis reboans mugitibus orbis.
Hinc vasta ardebit tellus; simul et genus omne
Humanum, cunctæque urbes, et pontus, et amnes,
Omnia pulvis erunt et mixtus pulvere fumus.
Sed postquam in tenues mutari cuncta favillas
Fecerit, accensosque sibi sopiverit ignes,
Humana specie cinerem Deus ossaque rursus
Induet, ac proprio vivos in corpore sistet.
Et tunc judicii tempus, quo judicet orbem
Omnipotens. Quicumque malæ se crimine fraudis
Polluerint, injecta iterum tellure tegentur,
Tartareis clausi tenebris et nocte Gehennæ.
Contra iterum in terris vivent pietatis amici,
Numinis æterni regna inviolata colentes,
Dante Deo flatum et vitam, quam sancta beabit

cap. 7, hunc versum et reliquos usque ad libri hujus finem citat et probat, aliquid licet ab hodierna theologia differentes. Immo pleniores citat quam olim circumferebantur : duos enim integros addit, 181, sq., cum sequente hemistichio, unde ab Opsopœo restituti sunt. Novi codd. Clementi astipulantur, et unum etiam versum addunt, 185.

179. Vulg. ut nos, ὅσπερ ἀνῆψεν, ubi novi codd. ὥσπερ. Clemens ὅπερ contra metrum, qui et paulo ante ἄφθιτος scripserat pro ἄσπετον.

180. Olim in fine, ἄνδρα pro ἀνδρῶν.

181. Hic versus cum sequentis priore parte aberat prius e vulgata : restituit Ops. e Clemente, faventque novi codd.

182. Olim ἔσται, et sic Clem., ubi nos cum novis codd. ἔσσετ'.

184. Clem. ἥμαρτον θνητοὶ, τοὺς δ' αὖ πάλι : sed omnes codd. ut nos.

185. Olim deerat hic versus : sed reddidere novi codd., ex quibus attulit Friedl.; idemque firmavit veram lectionem Στυγίη, pro qua nos aliquando στυγερῇ, decepti schedis nostris.

186. Clem. ὅσσοι δ' εὐσεβέουσιν, ὅσοι ζήσοντ' ἐνὶ κόσμῳ. Nunc codices novos sequimur.

187. Olim deerat hic versus : deest etiam Clementi.

188. Olim καὶ βίον : sed novi codd. et Clemens, ut nos, καὶ χάριν. Confer etiam supra, 46.

Εὐσεβέσι· πάντες δὲ τότ' εἰσόψονται ἑαυτοὺς, 183
Νήδυμον ἠελίου τερπνὸν φάος εἰσορόωντες.
Ὦ μακαριστὸς, ἐκεῖνον ὃς εἰς χρόνον ἔσσεται ἀνήρ. 184

189. Olim τότ' εἴσονται χάριν αὐτοῖς (videlicet pro ἑαυτοῖς) : sed Clemens et novi codd. ut nos. De sensu dubitari potest, quem nos ita interpretati sumus ut sancti ostenderentur felicitatis suæ conscii : quid vero, si ἑαυτούς pro ἀλλήλους sumatur, quod jam aliquando suspicati sumus?

Gratia : tum sua se carpentes gaudia cernent,
Solis inexstincti jucunda luce fruentes.
O nimium felix illud qui vivet in ævum !

190. Olim hic quoque deerat versus, erasus pia manu ob Apocal. c. 21, v. 23.

191. Inter ἐκεῖνος et ἐκεῖνον hæsitatur : novi quidem codd. et veterum quidam ἐκεῖνος : vulgatius tamen ac melius ἐκεῖνον. Occurrit jam idem versus, III, 371, pari lectionis varietate.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

Ἀλλ' ἄγε μοι στονόεντα χρόνον κλεινῶν τε Λατίνων.
Ἤτοι μὲν πρώτιστα, μετ' ἐσσομένους βασιλῆας
Αἰγύπτου, τοὺς πάντας ἴση κατὰ γαῖα φέρεσκε,
Καὶ μετὰ τὸν Πέλλης πολιήτορα, τῷ ὕπο πᾶσα
Ἀντολίη δεδάμαστο καὶ ἑσπερίη πολύολβος,
Ὃν Βαβυλὼν ἤλεγξε, νέκυν δ' ὤρεξε Φιλίππῳ,
Οὐ Διός, οὐκ Ἄμμωνος ἀληθέα φημιχθέντα,
Ἔσσονται γενεῆς τε καὶ αἵματος Ἀσσαράκοιο,
[Οὓς τέξει], Τροί[ης] ὅστις πυρὸς ἔσχισεν ὁρμήν.
Πολλοὺς δ' αὖ μετ' ἄνακτας, ἀρηϊφίλους μετὰ φῶτας,

Arg. Vaticinia de Romanorum ac præsertim de imperatorum fatis usque ad Antoninos : futuræ post Antoninos calamitates usque ad mundi finem. Liber, ut videtur, judaïcus aut vix christianus, aliquid e christianismo referens, parce tamen et semel tantum tribus versibus (257, sqq.); Judæorum autem laudes extollens, 402, sqq. Plenus est excisi templi desiderio, Romanorum odio, Antichristi Neronis exspectatione. Originem Alexandrinam satis arguit crebra Ægypti et Alexandriæ

Titulus in codd. et edd. non variat : Λόγος πέμπτος.

1, sqq. Totum hoc exordium ipsis pæne literis recurret, lib. XII, 1, sqq., palam hinc desumptum, nec tamen ibi negligendum, vel sola scripturæ causa.

1. Codd. ante finem τε non habent : vacare potest ista vocula Sibyllino more, vel copulæ vicem gerit, « etiam, præterea ». Cfr. XII, 1 et 34; XIV, 31.

2. Codd. ἦτοι, ut nos hodie (nam olim ἤτοι male scripseramus), pro quo Ops. e conj. οἵ τοι, satis recte, et sic Homerus, Odyss. γ, 370, οἵ τοι ἐλαφρότατοι, κ. τ. λ. Sed idem Homerus, ἤτοι μέν, Iliad. γ, 168, et passim, recepta omni-

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER QUINTUS.

Nunc age, fert animus lugubria tempora fari,
Clara Latinorum fama, qui prima per orbem
Sceptra gerent, post exstinctos terraque sepultos
Ægypti reges, post et ducis inclita fata
Pellæi, sub quo jacuere occasus et ortus,
Quem Babylon generis falsi morsque arguet ipsa,
Non Jove, non Ammone satum, reddetque Philippo.
Surgent Assaraci de stirpe; et maximus illis
Auctor erit, Trojæ incensæ qui diffidit ignes.
Post reges autem multos belloque potentes,

mentio. More Judæorum illius temporis passim affectat astronomiæ scientiam. De his omnibus confidimus nihil ambigi posse : sed illud scimus in controversiam venturum quod diximus et demonstrare conati sumus, non esse diversum hujus libri auctorem ab interpolatore libri III, § 3. Cfr. Excursum nostrum V, capp. 7, 8, et Præfationem ad hoc volumen. — 1, sqq. Transitio ad Romanas historias, paucis resumens ea quæ de prioribus imperiis libro III dicta erant. —

bus orthographia receptoque accentu : nec aliter in Sibyllinis, libro XII, 2.

4. Codd. hic et libro XII, 4, ὑπό scribunt oxytone, ut cum verbo coeat.

6. Codd. plerique νέην δ' ὤρεξε, alii ναίειν, utrique sine sensu : nos olim υἱόν conjeceramus : sed veram lectionem, νέκυν, reddiderunt codd. novi ad XII, 6.

7. Codd. ἀληθῆ : sed melius aut lenius ἀληθέα, XII, 7.

9. Codd. ἃς ἕξει τροίην, ὅστις : sed Cast. veram lectionem conjecerat, quam nunc sequimur, οὓς τέξει. Restabat τροίην, adjective positum, male quidem et prorsus insolenter pro τρωϊκήν : nos corr. ex XI, 150, sq., et XII, 9.

Καὶ μετὰ θηρὸς τέκνα τὰ διπλόα μηλοφάγοιο,
Ἔσται ἄναξ πρώτιστος, ὅτις δέκα δὶς κορυφώσει
Γράμματος ἀρχομένου· πολέμων δ' ἐπὶ πουλὺ κρατήσει·
Ἕξει δ' ἐκ δεκάδος πρῶτον τύπον. Ὥστε μετ' αὐτὸν
Ἄρχειν, στοιχείων ὅστις λάχε γράμματος ἀρχήν·
Ὃν Θράκη πτήξει, καὶ Σικελίη, καὶ Μέμφις,
Μέμφις πρηνιχθεῖσα δι' ἡγεμόνων κακότητα
Ἠδὲ γυναικὸς ἀδουλώτου ἐπὶ κῦμα πεσούσης·
Καὶ θεσμοὺς θήσει λαοῖς, καὶ πάνθ' ὑποτάξει.
Ἐν μακρῷ δὲ χρόνῳ, ἑτέρῳ παραδώσεται ἀρχὴν,
Ὅστε τριηκοσίων ἀριθμῶν κεραίην ἐπὶ πρώτην
Ἕξει, καὶ ποταμοῦ φίλον οὔνομα· ὅς τ' ἐπὶ Πέρσας
Ἄρξει καὶ Βαβυλῶνα· βαλεῖ δορὶ δὴ τότε Μήδους.
Εἶτα τριῶν ἀριθμῶν κεραίην ὅστις λάχεν, ἄρξει.
Δὶς δέκα ὅστις ἔπειθ' ἕξει κεραίην ἐπὶ πρώτην,
Ἔσσετ' ἄναξ· κεῖνος δὲ καθ' ὕστατον Ὠκεανοῖο
Ἴξεθ' ὕδωρ, ἄμπωσιν ὑπ' Αὐσονίοισιν ἀΐξας.
Πεντήκοντα δ' ὅτις κεραίην λάχε, κοίρανος ἔσται,
Δεινὸς ὄφις, φυσῶν πόλεμον βαρὺν, ὅς ποτε χεῖρας
Ἧς γενεῆς τανύσας ὀλέσει, καὶ πάντα ταράξει,
Ἀθλεύων, [ἐλάων], κτείνων, καὶ μυρία τολμῶν,
Καὶ τμήξει τὸ δίϊκμον ὕδωρ, [λύθρῳ τε παλάξει]·
Ἀλλ' ἔσται καὶ ἄϊστος ὁ λοίγιος· εἶτ' ἀνακάμψει,
Ἰσάζων Θεῷ αὐτόν· ἐλέγξει δ' οὔ μιν ἐόντα.
Τρεῖς δὲ μετ' αὐτὸν ἄνακτες ὑπ' ἀλλήλων ἀπολοῦνται.
Εἶτά τις εὐσεβέων ὀλετὴρ ἥξει μέγας ἀνδρῶν,
Ἑπτάκις ὃς δεκάτην κεραίην δείκνυσι πρόδηλον.
Τοῦ δὲ, τριηκοσίης κεραίης ὅ,τι πρῶτον ἐλέγχων,

— 12, sqq. Julius Cæsar, græce Καῖσαρ, cujus litera K, numerus more græco supputatus 20. — 15, sqq. Augustus, cujus litera A, numerus 1. — 20, sqq. Tiberius, cujus litera T, numerus 300. — 24. Caligula seu Caius Cæsar, græce Γάϊος, cujus litera Γ, numerus 3. — 25, sqq. Claudius, græce Κλαύδιος, cujus li-

17. Petitum videtur secundum hemistichium ex antiquiore aliquo oraculo, uti jam monuimus: redit enim sæpe in Sibyllinis, ac de ipsa Ægypto, VIII, 162.

19. Recurret hic versus, VIII, 13.

21. Olim κερέην e Betuleiano exemplari: sed alii codd. κεραίην, recte, et sic infra non semel, et in libris quatuor ultimis passim. Deinde ἀριθμόν olim legendum suspicabamur hic et infra, 24; sed codd. ἀριθμῶν hic et libro XII sæpe; suntque ἀριθμοί, improprie licet, elementa numeri seu monades quibus numerus conficitur. Denique vide an

Postque feræ geminos pecora infestantis alumnos,
Regnabit primus, nota cui vicesima nomen
Aut decima incipiet, multum qui Marte valebit
Atque diu. Post hunc veniet, quem litera signat
Prima, vir armipotens, quem Thracia terra timebit,
Et Sicula, et Memphis; Memphis peritura suorum
Quippe ducum vitio, mulier quum bella per undas,
Impatiens servire, trahet : dabit ille coactis
Jura ferox populis, et legibus omnia subdet.
Tempore post longo, regni dux alter habenas
Excipiet, numerus quem ter centesimus ornat
Et nomen patrii cognatum fluminis; ille
Persas et Babylona jugo Medosque domabit.
Inde alius, triplicem numerum sortitus, adibit
Imperium. Mox quem nota vicenaria monstrat,
Rex erit, Oceani extremas qui victor ad oras
Ausoniis refluum submittet classibus æstum.
Exin, quinquaginta refert qui nomine, regno
Accedet, dirus coluber, flans horrida bella :
Ille suos feriet, transversa aget omnia, certans
Athletis, currus agitans, scelus omne facessens.
Ille et aquas rumpet bimares et sanguine tinget.
Mox latebras petet infamis, seque inde reversus
Æquabit magno, sed non impune, Tonanti.
Tres post hunc reges alterna cæde peribunt.
Inde aliquis veniet magnus, multaque piorum
Strage madens, nota quem decies septena notabit.
Filius hunc regno, quem ter centesima signat

tera K, numerus 20.— 28, sqq. Nero, cujus litera N, numerus 50. — 35. Neronis successores tres breves. — 36, sqq. Vespasianus, græce Οὐεσπασιανός, cujus litera O, numerus 70. — 38. Titus, cujus litera T, numerus 300. —

ἐπιπρώτην velis uno verbo, sicut I, 86.

23. De Babylone, tanquam a Tiberio domita, cfr. XII, 40, sq., et vide not.

25. Codd. ἐς δέκα ὃς ἔπειτ' ἄρξει.

29. Δεινὸς ὄφις est in oraculo apud Herodt. VI, § 77. Recurret apud Sibyllistas non semel; semel autem in bonam partem, XI, 41.

31. Codd. ἀθλεύων, λαὸν κτείνων : sed melius XII, 83, ἐλάων, quod amplexi sumus.

32. Aliter et fortasse melius, XII, 84, δίκυμον. Deinde codd. ἄθρω vel ἄρθρω, unde Cast. eleganter conjecerat Ἄθω τε πατάξει. Sed libro XII, 85, λύθρῳ τε παλάξει, ut nos.

Παῖς κράτος ἐξαφελεῖ. Μετὰ δ' αὐτὸν μόρσιμος ἔσται
Τετράδος ἐκ κεραίης [θυμοφθόρος]. Αὐτὰρ ἔπειτα
Πεντηκοντάριθμος γεραρὸς βροτός. Αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ,
Ὅστε τριηκοσίης κεραίης λάχεν ἔντυπον ἀρχὴν,
Κελτὸς ὀρειοβάτης, σπεύδων ἐπὶ δῆριν ἑῴαν,
Μοῖραν ἀεικελίην οὐ φεύξεται, ἀλλὰ καμεῖται·
Ὃν κόνις ἀλλοτρίη κρύψει νέκυν, ἀλλὰ Νεμείης
Ἄνθεος οὔνομ' ἔχουσα. Μετ' αὐτὸν δ' ἄλλος ἀνάξει
Ἀργυρόκρανος ἀνήρ· τῷ δ' ἔσσεται οὔνομα πόντου·
Ἔσται καὶ πανάριστος ἀνὴρ, καὶ πάντα νοήσει·
Καὶ ἐπὶ σοὶ, πανάριστε, πανέξοχε, κυανοχαῖτα,
Καὶ ἐπὶ σοῖσι κλάδοισι τάδ' ἔσσεται ἤματα πάντα.
Τρεῖς ἄρξουσιν· ὁ δὲ τρίτατος σφῶν ὀψὲ κρατήσει.
Τείρομαι ἡ τριτάλαινα κακὴν φάτιν ἐν φρεσὶ θέσθαι,
Ἴσιδος ἡ γνωστὴ, καὶ χρησμῶν ἔνθεον ὕμνον.
Πρῶτον μὲν περὶ σεῖο βάσιν ναοῦ πολυκλαύστου
Μαινάδες ἀΐξουσι, καὶ ἐν παλάμαισι κακαῖσιν
Ἔσσεται ἤματι τῷδε, ὅταν ποτὲ Νεῖλος ὁδεύσῃ
Γαῖαν ὅλην Αἴγυπτον ἕως πηχῶν δέκα καὶ ἕξ,
Ὃς κλύσει γῆν πᾶσαν, ἐπαρδεύσει δὲ βροτοῖσι·
Σιγήσει δὲ χάρις γαίης καὶ δόξα προσώπου.
Μέμφι, σὺ μὲν κλαύσῃ ὑπὲρ Αἰγύπτου τὰ μέγιστα.
Πρόσθε γὰρ ἡ μεγάλως γαίης κρατέουσα, γενήσῃ
Λυπρὴ, ὥστε βοῆσαι καὐτὸν τερπικέραυνον
Οὐρανόθεν φωνῇ μεγάλῃ, Μεγαλόσθενε Μέμφι,
Ἡ τὸ πάλαι δειλοῖσι βροτοῖς αὐχοῦσα μέγιστα,
Κλαύσεαι ἀργαλέη καὶ πάμμορος, ὥστε νοῆσαι

— 39, sq. Domitianus, cujus litera Δ, numerus 4. — 41. Nerva, cujus litera N, numerus 50. — 42, sqq. Trajanus, cujus litera T, numerus 300. — 46, sqq. Hadrianus, non literæ numero, sed canitie et nominis etymo designatus. — 49, sqq. Hadriani successores tres (Antonini) quorum unus superfuturus [L. Verus junior, falso tamen augurio]. — 52, sq. Sibylla, Isidis, ut ait, soror [Ægyptiam ergo se profitens, non Assyriam, ut III, 808, sqq., nec Noëmi nurum, ut III, 826, sqq.,

39. Codd. μόρσιμον.

40. Codd. τ' ἔφοθος μόρος, sine sensu: nos corr. ex XII, 155 et 255.

45. Codd. ἀλλ' ἀνεμείης: veram lectionem primus vidit Scaliger in Euseb.

47. Hadrianus in Sibyllinis plerumque incano crine designatur, ut nunc ἀργυρόκρανος, et VIII, 52, πολιόκρανος: etiam paulo infra, κυανοχαίτης, minus proprie.

48. Πανάριστος de vi tantum ingenii, non de indole benigna sumendum; nec confundenda, sicut nonnullis placuit, ἄριστος et βέλτιστος.

Litera, privabit. Post quem fatale tenebit
Imperium, monstrat quem litera quarta, tyrannus
Infestus populis. Exin spectandus honesto
Vir senio, referet qui nomine quinquaginta.
Hinc ter centenam referet qui nomine summam,
Gallus montivagus, properans orientis ad arma;
Fata nec effugiet; Nemeæo terra sepulcrum
Nomen habens de flore dabit. Quem deinde sequetur
Argento galeatus, habens cognomina ponti,
Vir sapiens, longeque idem optimus, omnia doctus.
Atque hæc, cæruleis o crinibus inclite rector,
Sub te subque tuis fient hæc omnia ramis.
Tres regnum accipient; superabit tertius omnes.
    Torqueor infelix, dum tristia fata revolvo,
Fatidicos impulsa loqui, soror Isidis, hymnos.
    Principio lacrimosa tui penetralia templi
Mænades assilient, manibusque furentibus ædem
Diripient; fusus quo tempore Nilus in omnem
Ægyptum cubitos accreverit usque bis octo,
Unde omnis late tellus hominesque natabunt,
Et decor et terræ facies formosa silebit.
    Memphi, vicem Ægypti frustra lacrimabere, fatis
Inversis; quæ late olim dominata per orbem,
Tunc adeo prostrata cades, ut cælitus ipse
Voce Tonans magna clamet : Fortissima Memphi,
Memphi potens, olim populorum maxima princeps,
Flebis inexhaustum, flebis miseranda, Deumque

sive I, 282, sqq.], invita et repugnans, accedit ad mala terræ suæ prædicenda. — 54, sqq. Primum, circa Ægypti templum [Iseum Memphidis, haud dubie] Mænades [id est, hostes barbari,] debacchabuntur, tum quum Nilus exundabit cubitis XVI [supra vicos et urbes, nisi fallimur, et vide not.]. — 60, sqq. Prædictiones adversus Memphim, priscæ in Judæos sævitiæ pœnas daturam. —

51. Cfr. VIII, 65, et vid. not.

54, sqq. An huc respexit Lactantius, VII, cap. 15? « Prima omnium Ægyptus, « inquit, stultarum superstitionum luet « pœnas, etc. ».

54. Iseum Memphidis, ut in Arg. diximus, intelligendum, de quo vide not.

55. Codd. αὔξουσι : nos corr.

56. An melius ἔσσεαι ? In fine ὁδεύσῃ activo sensu capitur, ut III, 367.

58. Codd. κλαῦσεν et ἐπαρδεῦσαι : alii κλύσε et ἐπάρδευσε : nos corr.

60. Plura de Memphi ejusque templo, infra, 179, sqq., et 483, sqq. Hic vero non tam urbs intelligenda quam regio ipsa, Ægyptus nempe, si ad sequentia respicias.

Αὐτὴν ἀΐδιον Θεὸν ἄμβροτον ἐν νεφέεσσι.
Ποῦ σου λῆμα κραταιὸν ἐν ἀνθρώποισι τέτυκται;
Ἀνθ' ὧν ἐξεμάνης ἐς ἐμοὺς παῖδας θεοχρίστους,
Καί τε κακὴν ὤτρυνας ἐν ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖσιν,
Ἕξεις ἀντὶ τόσων τοίαν τροφὸν εἵνεκα ποινῆς.
Οὐκέτι σοι φανερῶς θέμις ἔσσεται ἐν μακάρεσσιν.
Ἐξ ἄστρων πέπτωκας· ἐς οὐρανὸν οὐκ ἀναβήσῃ.
Ταῦτα μὲν Αἰγύπτῳ Θεὸς ἔννεπεν ἐξαυδῆσαι
Ὑστατίῳ καιρῷ, ὅτε πάγκακοι ἄνδρες ἔσονται.
Ἀλλὰ ταλαιπωροῦσι κακοὶ κακότητα μένοντες,
Ὀργὴν Ἀθανάτοιο, βαρυκτύπου, οὐρανίωνος·
Ἀντιθέους δὲ λίθους καὶ κνώδαλα θρησκεύοντες,
Πολλὰ μάλ' ἄλλυδις ἄλλα φοβούμενοι, οἷς λόγος οὐδεὶς,
Οὐ νοῦς, οὐκ ἀκοὴ, ἅ γέ μοι θέμις οὐδ' ἀγορεύειν,
Εἰδώλων [τὰ] ἕκαστα, βροτῶν παλάμαις γεγαῶτα·
Ἐξ ἰδίων τε κόπων καὶ ἀτασθαλίων ἐπινοιῶν
Ἄνθρωποι δέξαντο θεοὺς ξυλίνους, λιθίνους τε,
Χαλκοῦς τε, χρυσοῦς τε, καὶ ἀργυρέους τε, ματαίους,
Ἀψύχους, κωφοὺς, καὶ ἐν πυρὶ χωνευθέντας
Ποιήσαντο, μάτην γε πεποιθότες ἐν τοιούτοις.
Θμοῦις καὶ Ξοῦις θλίβεται, καὶ κόπτεται αὐλὴ
Ἡρακλέους τε, Διός τε, καὶ Ἑρμείαο . . . . .
Καὶ σὲ δ', Ἀλεξάνδρεια, κλυτὴ θρέπτειρα . . . .
Οὐ λείψει πόλεμός τ', οὐ . . . . . .
Τῆς ὑπερηφανίης δώσεις, ὅσα πρόσθεν ἔρεξας.
Σιγήσεις αἰῶνα πολὺν, καὶ νόστιμον ἦμαρ . . . .
Κοὐκέτι σοι ῥεύσει τρυφερὸν πόμα . . . .
. . . .

— 73, sqq. Ægyptus ultimis diebus, consummata nempe hominum malitia, pœnas luet idololatriæ. — 86, sqq. Vaticinia adversus Ægypti singulas urbes. —

67. An potius ποῦ σοι, ut VIII, 44 et 79? sed confer infra, 188.

68. Θεοχρίστους de Judæis accipe, sive antiquis, sive recentioribus: amat namque tempora miscere vates.

69. Olim nos κάκην, « infortunium »: sed nunc ad codices redimus, qui omnes, uno excepto, κακήν habent. Romam enim intelligit Noster, ab Ægyptiis contra Judæos exasperatam (conferendus Philo in Legatione). Tantum pro ἐν ἀνδράσι velimus ἐπ' ἀνδράσι.

70. Τροφόν adhibet pro θρέμμα, raro quidem sensu (alumnam quippe, non nutricem), hic tamen nobis judicibus certo, rursus ut Roma intelligatur, alumna Ægypti dura et ingrata. Τοίαν vero, « talem », inquit, qualem videmus, seu qualem jamdiu experta est Ægyptus.

72. Ex Isaï. cap. 14, v. 12: confer et

Æternum tandem agnosces in nubibus altis.
En ubi nunc plusquam humano turgentia fastu
Pectora? Nam sanctis olim mala quanta tulisti,
In natos bacchata meos divinitus unctos,
Tanta tibi pœnis sævissima reddet alumna.
Tum superis vanam esse fidem delusa quereris.
Delapsa ex astris, jam non ad sidera surges.
    Hactenus Ægypto jussit Deus omnia fari
Tempus ad extremum, fiet quum pessima proles.
Interea durant miseri, graviora manentes,
Dum rex altitonans, dum magnus sæviat ultor.
Proque Deo lapides, necnon animalia multis,
Multa colunt diversa modis, et vana verentur
Numina, queis nec mens nec lingua est ulla nec auris,
Quæ mihi vel memorare nefas, et signa fabrili
Facta manu. Nam quos propriam excudere per artem,
Insani divos reputant, de marmore, ligno,
Ære, vel argento fictos, aurive metallo,
Exanimes, surdos, conflatos igne; suoque
Affigunt operi spem vanam et inania vota.
    Thmuïsque Xuïsque jacent : infringitur aula
Herculis, et magni Jovis atria, Mercuriique.
Te quoque, Alexandria, virum celeberrima nutrix,
Te non deficiet bellum, pœnasque superbi
Imperii dabis, et scelerum quæcumque patrasti.
Multa per inque vicem redeuntia sæcla silebis...
Nec jam grata fluent tibi pocula . . . .
. . . .

Matth. cap. 11, v. 23. Recurret prius hemist. in ultimis quatuor libris non semel.

75, sqq. Desumptus locus e Procemio, 60, sqq.

77. An melius cum Ops. ἀντὶ Θεοῦ?

78. Codd. οὐ λόγος, sine οἷς, trunco versu : corr. Ops.

80. Codd. εἰδώλων τε ἕκαστα.

86. Codd. βουλή, pro quo nos αὐλή conjecimus.

87. In fine suppl. ἄνακτος.

88. In fine suppl. πολήων, quod etiam integrum dabitur, XI, 234 et 302.

89. In fine quid suppleatur incertum est : fortasse τ' οὐ λιμός vel τ' οὐ λοιμός, et statim καὶ σὺ δίκας γε, ut III, 200.

90. Codd. δ' ὡς ὅσα γε vel δ' ὡς ὅσσα γε, ubi nos δώσεις ex simili loco infra legendo, 190, sq.

91. In fine lacunam notavimus post νόστιμον ἦμαρ, « diem reditus seu salutis », quod est Homero in Odyssea frequens, et apud Sibyllam infra recurret, 518. Hic vero supplendum οὐχ ἕξεις seu simile quid.

92. Sequitur lacuna grandiuscula.

Ἥξει δ' ἠέριος ἐπὶ σὸν δάπος, ὥστε χάλαζα,
Καὶ σὴν πᾶσαν ὀλεῖ γαῖαν ἄνθρωπος κακότεχνος,
Αἵματι καὶ νεκύεσσι παρ' ἐκπάγλοισί τε βωμοῖς,
Βαρβαρόφρων, σθεναρὸς, πολυδείματος, ἄφρονα λυσσῶν,
Παμπληθεὶ ψαμαθηδὸν ἀπαΐξων σὸν ὄλεθρον.
Καὶ τότ' ἔσῃ, πόλεων πολύολβος, πολλὰ καμοῦσα.
Κλαύσεται Ἀσσὶς ὅλη, δώρων χάριν, ὧν ἀπὸ σεῖο
Στεψαμένη κεφαλὴν ἐχάρη, πίπτουσ' ἐπὶ γαίης.
Αὐτὸς δ' ὃς Περσῶν λάχεν, Αἴγυπτον πτολεμίξει,
Κτείνας ἄνδρα ἕκαστον, ὅλον βίον ἐξαλαπάξει,
Ὥστε μένειν μοῖραν τριτάτην δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Αὐτὸς δ' ἐκ δυσμῶν εἰσπτήσεται ἅλματι κούφῳ,
Σύμπασαν γαῖαν πολιορκῶν, πᾶσαν ἐρημῶν.
Ἀλλ' ὅταν ὕψος ἔχῃ κρατερὸν, καὶ τάρϐος ἀηδὲς,
Ἥξει δ' αὖ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι.
[Κἀκεῖ τις] θεόθεν σθεναρὸς βασιλεὺς ἐκπεμφθεὶς,
Πάντας ὀλεῖ βασιλεῖς μεγάλους καὶ ἄνδρας ἀρίστους.
Εἶθ' οὕτω κρίσις ἔσται [ὑπ' Ἀφθίτου] ἀνθρώποισιν.
Αἲ αἴ σοι, κραδίη δειλὴ, τί με ταῦτ' ἐρεθίζεις,
Δηλοῦν Αἰγύπτου πολυκοιρανίην ἀλεγεινήν;
Βαῖνε πρὸς ἀντολίην, Περσῶν γενεὰς ἀνοήτους·
Καὶ δήλου τοῖσι τὸ παρὸν, τό τε μέλλον ἔσεσθαι.
Εὐφρήτου ποταμοῦ ῥεῖθρον κατακλυσμὸν ἐποίσει,
Καὶ Πέρσας ὀλέσει, καὶ Ἴϐηρας, καὶ Βαϐυλῶνας,
Μασσαγέτας τε φιλοπτολέμους, τόξοις μεμαῶτας.
Ἀσσὶς ὅλη πυρίφλεκτος ἕως νήσων σταλαγήσει.

— 93, sqq. Ingruet Ægypto vir nefarius, qui Persidem tenebat [Nero Antichristus ex Perside rediturus]. — 103, sqq. Hinc Ægypto vastata, qui prius occidentem perdomuerat [nisi Ægyptum occidenti adjungas], in totum desæviet orbem

92 (*bis*). Hunc versum olim codd. et edd. non habebant: edimus nunc sero a nobis repertum inter excerpta quædam diversorum auctorum, apud codicem Parisiensem nº 1043, fol. 96, v., ubi tanquam Sibyllinus cum nonnullis sequentibus exhibetur versibus, cumque scholio infra apud nos prodituro in notis ad h. l. Habet insignes satis duas voces, ἠέριος sive ἀέριος pro ἐξ αἰθέρος sive οὐρανοῦ καταπεμφθείς, ut supra, III, 307, et δάπος, inusitatum vel insolens pro δάπεδον, ut infra, 342, male quondam a nobis ibi correctum.

93. Codd. ἀνθρώπους κακοτέχνους: medelam præsenserat Cast.

96. An melius ἀπάξων ἐς σὸν ὄλεθρον?

98. Codd. plerique, δώρων χαρίνων: unus tamen δώρων χάριν sine ὧν: nos corr. ut illa pretiosa dona intelligantur Ægyptiæ merces, sive unguenta, sive tæniæ papyraceæ.

99. Codd. ἀχαρῆ: nos corr.

101. An τ' addendum post κτείνας?

Ætherius ruet in te, ut nubibus excita grando,
Vastabitque tuam vir pessimus undique terram,
Sanguine corporibusque oppletam, altaria circum
Impia : vir bello vehemens, immanis atroxque,
Barbarus, immenso tibi qui feret agmine cladem.
Et tunc, urbs felix, multos patiere labores;
Flensque Asia ipsa, tuis olim redimita coronis,
Dona gemet sibi rapta, et humi prostrata dolebit.
Persarum qui regna tenet, tum quippe lacesset
Ægyptum bello, et victu frustrabitur agros,
Occidetque homines : pars tertia sola manebit.
Victor ab occasu rapidi mox impete saltus
Erumpet, vastoque procul spatiabitur orbe.
Hunc, validum imperio, rabies aget effera fastu,
Sancta beatorum populari mœnia. Sed tum
Rex aderit fortis, supremo a Numine missus,
Omnes qui perdat regesque virosque potentes :
Et tunc judicium veniet divinitus orbi.
Væ tibi, cor miserum! quid me narrare lacessis
Infaustum Ægypti multis sub regibus ævum?
I nunc ad stolidos Persas, i solis ad ortus,
Ignarosque doce, quid præsens, quidve futurum.
Diluvio magno Euphratis cava flumina crescent,
Et Persas perdent, et Iberos, et Babylonas,
Massagetasque armis claros gravibusque sagittis.
Tota Asia igne flagrans usque ad circumflua ponto

terrarum. — 105, sqq. Ausus vero sacram urbem aggredi, a rege divinitus misso, [nempe Messia,] debellabitur. — 110, sqq. Convertit Sibylla prophetiam suam ad orientem, ac primum ad Persas, deinde ad Asiæ Syriæque gentes. —

106, sqq. Lactantius, VII, cap. 18, hunc et tres sqq. habet.

107. Codd. καὶ κίσσις θεόθεν, sine sensu : Lact. καί κεν τις, bene, nisi κεν vacaret : nos corr.

108. Lact. μεγάλως (sic) καὶ φῶτας ἀρίστους, melius fortasse, metri causa, quam ἄνδρας. Confer infra, 379.

109. Codd. et edd. τέλος ἔσσεται ἄφθιτον ἀνθρ. Lactantius ut nos : quem ideo sequimur, quia τέλος ἄφθιτον sensu caret. Ceterum pro τέλος olim lectum fuisse κρίσις demonstrat scholion supra relatum ad v. 92 (bis). Nec tamen ἄφθιτος absolute positum usquam in Sibyllinis reperitur : sed Θεὸς ἄφθιτος lib. VIII, extr.

111. Πολυκοιρανίην vocat longam regum in Ægypto successionem, de qua cfr. XI, 20, sq.

114, sqq. Absurdum ac vix notandum diluvii Euphratei somnium.

116. Codd. τόξοισί τε πάντας : nos corr.

Πέργαμος ἡ τὸ πάλαι σεμνὴ βαθρηδὸν ὀλεῖται.
Καὶ Πιτάνη πανέρημος ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται.
Λέσβος ὅλη δύσει βαθὺν εἰς βυθὸν, ὥστ' ἀπολέσθαι.
Σμύρνα κατὰ κρημνῶν εἱλισσομένη κατακλαύσει,
Ἡ τὸ πάλαι σεμνὴ καὶ ἐπώνυμος ἐξαπολεῖται.
Βιθυνοὶ κλαύσουσιν ἑὴν χθόνα τεφρωθεῖσαν,
Καὶ Συρίην μεγάλην, καὶ Φοινίκην πολύφυτον.
Αἶ αἴ σοι, Λυκίη, ὅσα σοι κακὰ μηχανάαται
Πόντος ἀπ' αὐτομάτου ἐπιβὰς χώρης ἀλεγεινῆς,
Ὡς κλαῦσαι σεισμῷ τε κακῷ, καὶ νάμασι πικροῖς,
Τὴν Λυκίης ἄμυρον καὶ τὴν μυρίπνουν ποτὲ χέρσον.
Ἔσται καὶ Φρυγίῃ δεινὸς χόλος, εἵνεκα λύπης,
Ἧς χάριν ἡ Διὸς ἦλθε Ῥέη, κἀκεῖ προσέμεινε.
Πόντος ὀλεῖ Ταύρων γενεὴν, καὶ βάρβαρον ἔθνος,
Καὶ Λαπίθας . . . . κατὰ γῆν ἐναρίξει.
Θεσσαλίην χώρην ἀπολεῖ ποταμὸς βαθυδίνης,
Πηνειὸς βαθύρους, [μέροπας σύρων] ἀπὸ γαίης.
Ἠριδανὸς . . . .
Ἑλλάδα τὴν τριτάλαιναν ἀναιάξουσι ποιηταὶ,
Ἡνίκ' ἀπ' Ἰταλίης Ἰσθμοῦ πλήξειε τένοντα
Τῆς μεγάλης Ῥώμης βασιλεὺς μέγας, ἰσόθεος φὼς,
Ὃν, φασὶν, αὐτὸς Ζεὺς τέκεν [ἠδ' ἡ] πότνια Ἥρη·
Ὅστις παμμούσῳ φθόγγῳ μελιηδέας ὕμνους
Θεατροκοπῶν, ἀπολεῖ πολλοὺς σὺν μητρὶ ταλαίνῃ.
Φεύξεται ἐκ Βαβυλῶνος ἄναξ φοβερὸς καὶ ἀναιδὴς,
Ὃν πάντες στυγέουσι βροτοὶ, καὶ πάντες ἄριστοι·
Ὤλεσε γὰρ πολλοὺς, καὶ γαστέρι χεῖρας ἔθηκεν,

— 131, sqq. Adversus Tauridis incolas.— 133, sqq. Adversus Thessalos et Eridani accolas. — 137, sqq. Adversus Græciam poetis suis deflendam tum quum Isthmum perfodiendum aggredietur Nero, cujus regnum et scelera et fuga in Persi-

118. Codd. βοτρυδόν : nos corr. Sic enim infra, 41, ἐκ βάθρων.

124. In fine, vide ne præstet πολύφυλον.

125, sqq. Cfr. IV, 109, sqq.

126. Codd. πάντας ἐπ' αὐτὸ μίτους vel αὐτομάτους : corr. nos e Canteri conj., quæ et Struvio placuit.

127. Immo verius κλύσαι, υ male producto, ut alibi in Sibyll., V, 58, etc.

128. Huc videtur respicere Const. Porphyr. de Thematibus pag. 37, edit. Bonn. : Εἶτα τὴν Λυκίων πόλιν τὴν μυρίπνουν τε καὶ τρισόλβιον. Cfr. Λυκίης μύρα καλά, IV, 109.

131. Codd. πόντον, omnino sine syntaxi : nos corr.

132. Codd. καὶ λαπίθας δάπεδον κατὰ γῆν ἐναρήξει (sic) : sed δάπεδον videtur e voce λαπίθας repetitum. Legendum

Litora stillabit. Cadet illic Pergamus, olim
Nobilis, et Pitane vacua ac deserta jacebit.
Præceps ad fundum Lesbos demersa feretur;
Smyrnaque terribili flebit revoluta ruina,
Urbs præclara diu, nomenque illustre peribit.
Bithyni patriam lugebunt igne flagrantem,
Et Syriam magnam, et Phœnices læta vireta.
Heu, Lycia infelix, fatum tibi quale paratur,
Pontus ubi tristes irrumpet sponte per agros,
Et terræ motu atque undis submerget amaris
Spirantem unguentis Lyciam, unguentisque carentem!
Et Phrygiam gravis ira manet : quippe hanc sibi sedem
Elegit fugiens mater Jovis, atque ibi mansit.
Taurorum genus et late gens barbara ponto
Mergetur, Lapithasque affliget terra . . . . .
Thessalicos fines Peneus proluet amnis,
Undarumque fluenta, hominum raptantia turbam.
Eridanus . . . .
Græcia, te miseram flebunt uno ore poetæ,
Ortus ab Italia juga quum perruperit Isthmi
Magnæ rex magnus Romæ, similisque Deo vir,
Quem genitum dicent Jovis et Junonis amore;
Mellea qui dulci fundens modulamina cantu,
Plena theatra colet; multosque, ipsamque parentem
Occidet : posthac fugiet, Babylone relicta,
Invisus cunctis : nam multos sustulit unus,
Maternoque manus ventri intulit, inque gementes

dem rursus memorantur: hujus in terras adventus quasi signum dabit totius mundi cladibus, bellis Romæ civilibus et Judæorum exitio. —

fortasse καὶ Λαπίθας ἰδὲ Κενταύρους. Deinde pro κατὰ γῆν corr. Friedl. κατὰ γῆς, quod probaremus, nisi tam obscuro loco.

134. Codd. μορφὰς θηρῶν, sine sensu: nos corr. partim e nostra, partim e Cast. conj.

135. Codd. 'Ηριδανὸς φάσκων θηρῶν μορφὰς τότε γεννᾶν, absurde, et ut videtur, e priore versu corrupte.

136. Codd. ἀναΐξουσι: nos corr.

139. Codd. ὅν φασιν αὐτὸς ζεὺς τέκεν ἠδὲ πότν., unde Ops. ἠδ' ἡ πότν. quem sequimur; nec obstat α in φασιν correptum Sibyllina licentia.

142. Βαβυλών pro Ῥώμη nominum permutatio fuit apud primævos Christianos usitatissima, legiturque jam apud divum Petrum, Ep. I, cap. 1 et 3; in Apocalypsi non semel; in Sibyllinis sæpe: quare lectores non erunt ultra monendi.

Εἰς ἀλόχους ἥμαρτε, καὶ ἐκ [μιαρῶν] ἐτέτυκτο.
Ἥξει δ' εἰς Μήδ[ους] καὶ Περσῶν πρὸς βασιλῆας,
Πρώτους οὓς ἐπόθησε, καὶ οἷς κλέος ἐγκατέθηκε,
Φωλεύων μετὰ τῶνδε κακῶν εἰς ἔθνος ἀηδές.
Ὃς ναὸν θεότευκτον ἕλεν, καὶ ἔφλεξε πολίτας
[Ναόνδ'] εἰσανιόντας, ὅσους [ὕμνησα] δικαίως·
Τούτου γὰρ φανέντος, [ὅλη] κτίσις ἐξετινάχθη,
Καὶ βασιλεῖς ὤλοντο, καὶ ἐν τοῖσι μένεν ἀρχὴ,
Ἐξόλεσαν μεγάλην τε πόλιν, λαόν τε δίκαιον.
Ἀλλ' ὅταν ἐκ τετράτου ἔτεος λάμψῃ μέγας ἀστὴρ,
Ὃς πᾶσαν γαῖαν καθελεῖ μόνος, εἵνεκα τιμῆς
Ἥν τοι πρῶτον ἔθηκάν τ' εἰναλίῳ Ποσιδῶνι·
Ἥξει δ' οὐρανόθεν τ' ἀστὴρ μέγας εἰς ἅλα δεινὴν,
Καὶ φλέξει πόντον βαθὺν, αὐτήν τε Βαβυλῶνα,
Ἰταλίης γαῖάν θ', ἧς εἵνεκα πολλοὶ ὄλοντο
Ἑβραίων ἅγιοι πιστοὶ, καὶ ναὸς ἀληθής.
Ἔσσεαι ἐν θνητοῖσι κακοῖς κακὰ μοχθήσασα,
Ἀλλὰ μενεῖς πανέρημος ὅλους αἰῶνας ἐπ' αὐτῆς,
[Ἔσσεαι, ἀλλὰ μενεῖς εἰς αἰῶνας πανέρημος,]
Σὸν στυγέουσ' ἔδαφος, ὅτι φαρμακίην ἐπόθησας,
Μοιχεῖαι παρὰ σοὶ, καὶ παίδων μίξις ἄθεσμος,
Θηλυγενὴς, ἄδικός τε, κακὴ πόλι, δύσμορε πασῶν.
Αἲ αἲ, πάντ' ἀκάθαρτε πόλι Λατινίδος αἴης,
Μαινὰς ἐχιδνοχαρὴς, χήρη καθεδῇ ὑπὲρ ὄχθας,
Καὶ ποταμὸς Τίβερίς σε κλαύσεται, ἣν παράκοιτιν,
Ἧτε μιαιφόνον ἦτορ ἔχεις, ἀσεβῆ δέ τε θυμόν.

— 154, sq. Ab anno quarto [post adventum scilicet Antichristi, tres annos et dimidium regnaturi, Daniel, cap. 7, v. 25,] stella ingens in cælo ardebit, Romam et Italiam consumptura ob introductos Neptuno honores [consualibus nempe sa-

145. Codd. ἐκ μικρῶν : medelam jamdiu vidit Cast.

146. Codd. μήδων : nos corr.

149. Codd. εἰς ναόν : nos corr. Hunc versum interpretatur Lact. de Morte persec., § 2, ubi « Nero, inquit, prosili- « vit ad excidendum cæleste templum ».

150. Codd. λαούς, ubi nos e conj. ναόνδ'. Deinde codd. ὕμνησε : sed cfr. III, 218, sqq.; 573, sqq.

151. Metrum vellet προφανέντος, ut XIII, 90, προφανείς. Deinde codd. ἡ φύσις, ubi nos e conj. ὅλη φ.

153. Codd. ἐς δ' ὄλεσαν : nos corr.

154. 'Εκ τετράτου ἔτεος frustra mutare olim laboravimus : vid. Arg. et not.

156. Codd. αὐτοί, ubi nos e conj. ἥν τοι. Deinde magis placeret 'Εειναλίῳ, omisso τε, ut infra, VIII, 436, ἐειαρινῆς pro εἰαρινῆς : nam ἐείκοσι tritum est.

Sæviit uxores, et se de sanguine cretum
Arguit impuro. Tum Persas exsul adibit,
Medorumque duces, miro quos fovit amore,
Cum quibus inviso populo mala multa paravit.
Ipse ædem incendit divinam, et dona ferentes
In templum cives, merita quos laude sacravi.
Namque illo veniente omnis natura revulsa est;
Et reges periere; et quorum salva potestas,
Urbem præclaram eruerunt gentemque piorum.
  Sed quum stella ingens quarto fulgebit ab anno,
Exitium terris importans propter honores
Quos isti primos Neptuno egisse feruntur,
De cælo in fluctus cadet ingens stella, profundumque
Exuret pontum, atque ipsam Babylona cremabit,
Et terram Italiæ, cujus cecidere sub armis
Sancti Hebræorum populi divinaque templa.
  Mortales inter tu pessima fata subibis,
Proque malis mala multa feres, longasque dolebis
Sola per ætates, deserta, colentibus orba,
Aversata solum proprium, quod læta venenis,
Lætaque adulteriis, puerorum læta fuisti
Concubitu, prægnans vitiis, vafra, mollis, iniqua.
Væ tibi, væ semper, terræ urbs impura Latinæ,
Mænas viperea, ad ripas viduata jacebis,
Et Tiberi fluvio tristis defleberis uxor,
Sanguineum quia pectus et impia corda tulisti.

cris antiquissimis ipsique Urbis coævis], maxime vero ob incussam Judæis cladem. — 161 sqq. Imprecatio in Romam, cujus vitia rursus recensentur, plectendæ olim a Deo, viduæque ad Tiberis ripam mansuræ. —

159. Respicit huc Lactantius, VII, cap. 15 : « Sibyllæ, inquit, aperte inter- « ituram esse Romam loquuntur, et qui- « dem judicio Dei, quod alumnum veri- « tatis populum trucidarit. »

163. Codd. ἔσσεται, ἀλλὰ μένει : nos corr. Patet autem vel hunc vel priorem delendum esse versum.

165, sq. Citat hos duo versus Clemens Pædag. II, cap. 10, sed ita scriptos : μοιχεία παρὰ σοί τε καὶ ἀνδρῶν μ. ἄθ., ac deinde pro δύσμορε πασῶν retrahit huc e proximo versu, sibi igitur cognito, παντ' ἀκάθαρτε.

168. Codd. καθέδειο παρ' ὄχθαις, unde nos aliquando καθέδοιο : sed veram lectionem proposuit Struvius in notis posthumis, elegantissima conjectura, quam nunc sequimur.

169. Codd. σε κλαύσει καὶ σὴν παρ.

170. Codd. οὔτε, ubi nos ἥτε ex Ops. conj.

Οὐκ ἔγνως, τί Θεὸς δύναται, τί δὲ μηχανάαται·
Ἀλλ' ἔλεγες, Μόνη εἰμὶ, καὶ οὐδείς μ' ἐξαλαπάξει.
Νῦν δέ σε καὶ σοὺς πάντας ὀλεῖ Θεὸς αἰὲν ὑπάρχων,
Κοὐκέτι σου σημεῖον ἔτ' ἔσσεται ἐν χθονὶ κείνῃ,
Ὡς τὸ πάλαι, ὅτε σὰς ὁ μέγας Θεὸς εὕρατο τιμάς.
Μεῖνον, ἄθεσμε, μόνη, πυρὶ δὲ φλεγέθοντι μιγεῖσα,
Ταρτάρεον οἴκησον ἐς Ἅδου χῶρον ἄθεσμον.
Νῦν δὲ πάλιν, Αἴγυπτε, τεὴν ὀλοφύρομαι ἄτην.
Μέμφι, πόνων ἀρχηγὸς ἔσῃ, πλησθεῖσα [θανόντων].
Ἐν σοὶ πυραμίδες φωνὴν φθέγξονται ἀναιδῆ·
Πυθὼν, ἡ τὸ πάλαι δίπολις κληθεῖσα δικαίως,
Αἰῶσι σίγησον, ὅπως παύσῃ κακότητος.
Ὕβρι κακῶν, θήσαυρε πόνων, μαινὰς πολύθρηνε,
Αἰνοπαθὴς, πολύδακρυ, μενεῖς χήρα διὰ παντός.
Πουλυετὴς ἐγένου σὺ μόνη κόσμοιο κρατοῦσα.
Ἀλλ' ὅταν ἡ Βάρκη τὸ κυπάσσιον ἀμφιβάληται
Λευκὸν ἐπὶ ῥυπαρῷ, μήτ' εἴην, μήτε γενοίμαν.
Ὦ Θήβη, ποῦ σου τὸ μέγα σθένος; ἄγριος ἀνὴρ
Ἐξολέσει λαόν. Σὺ δὲ εἵματα φαιὰ βαλοῦσα,
Θρηνήσεις, δύστηνε, μόνη, καὶ πάντ' ἀποτίσεις,
Ὅσσα τὸ πρόσθεν ἔρεξας, ἀθέσμων εἵνεκα ἔργων,
Καὶ κοπετὸν ὄψονται, ἀναιδέα θυμὸν ἔχουσαν.
Συήνην δ' ὀλέσειε μέγας φὼς, Αἰθιόπων τε
[Τέντυριν] οἰκήσουσι βίᾳ μελανόχροες Ἰνδοί.
Πεντάπολι, κλαῦσαί [σε ποιεῖ] μεγαλόσθενος ἀνήρ.
Ὦ Λιβύη πάγκλαυστε, τίς ἐξηγήσεται ἄτας;
Τίς δέ σε, Κυρήνη, μερόπων ἐλεεινὰ δακρύσει;
Οὐ παύσῃ θρήνου στυγεροῦ πρὸς καιρὸν ὄλεθρον.
Ἔσσεται ἐν Βρύτεσσι καὶ ἐν Γάλλοις πολυχρύσοις
Ὠκεανὸς κελαδῶν πληρούμενος αἵματι πολλῷ·

— 178, sqq. Rursus adversus Ægyptum seu præcipue Memphim et Thebas. — 193, sqq. In Æthiopiæ et Africæ populos, quos sævus ille vir [Antichristus] per-

176. Codd. μοῦνον, ubi nos μεῖνον, e Cast. conj.

179. Codd. ἀρχηγὲ, σέ τε πλησθ., ac deinde τένοντος pro θανόντων : utrumque nos corr.

181. Codd. plerique κτισθεῖσα : alii ut nos.

186. Codd. κυπάστιον vel κυπάθιον : nos corr. Intelligendus Maurorum albus amictus, qualem fere nunc gerunt.

188. Codd. plerique, ὦ θηκαι (sic) : alii rectius ὦ θῆβαι.

192. An ἐχούσης potius? Sed esse videtur anacoluthum, ut alia in Sib.

Nescis quid possit Deus, et quid cogitet, atque :
Sola ego sum, dicis, non sum superabilis ulli.
Sed Deus æternus disperdet teque tuosque,
Nec terris monumenta tui super ulla manebunt,
Qualia tum, magnos tibi quum Deus auxit honores.
Sola, scelesta, mane, rapidisque exercita flammis,
Tartareas habita sedes inamabilis Orci.
 Nunc, Ægypte, tuos iterum lugebo dolores.
Memphi, querelarum primas age, plena sepulcris.
In te Pyramides vocem et convicia tollent :
Python, urbs quondam duplex cognomine dicta,
Tempus in omne sile, et scelerum sit jam tibi finis.
Feta malis atque opprobriis, thesaure dolorum,
Mænas acerba, scatens lacrimis, vidua usque sedebis
Et senio marcens, orbem quæ sola regebas.
 Squalenti sed quando cuti superinduet albam
Barca ferox lænam, nolim tunc esse superstes.
 Thebe, quo tua nunc metuenda potentia? Perdet
Dirus homo populum. Tu pulla in veste caducam
Lugebis sortem infelix : quippe omnia solves
Crimina, quæ tibi sunt nullo commissa pudore,
Aspicientque tuos populi spernentque dolores.
 Syenen perdet magnus vir, captaque bello
Tentyris Æthiopum nigris habitabitur Indis.
Pentapoli, flebis, dominum perpessa potentem.
O Libye lacrimosa, tuos narrare dolores
Quis possit, vel te, Cyrene, flere jacentem ?
Nunquam, heu ! desistes funestum plangere fatum.
 Sed Gallis auro locupletibus atque Britannis
Oceanus fuso resonabit sanguine plenus :

det. — 194, sqq. In Britanniam et Galliam quod suas ipsæ quoque legiones, duce ex Phœnicia profecto [Vespasiano], adversus Dei filios [Judæos nempe] miserint.—

193. Hoc quoque de Antichristo, ut videtur, qui scilicet fingitur ab occidente redux non in Asia tantum, sed et in Ægypto sæviturus.

194. Codd. τεύχαριν : nos corr.

195. Codd. κλαύσει σε σόης vel κλαύσει γὰρ σόη, utrumque sine sensu : nos corr. ut sit ποιεῖ pro ποιήσει, prorsus ut XIV, 299. Sic etiam III, 450 , ἀλγεῖ pro ἀλγήσει. De permutatis verborum temporibus confer Exc. nostr. VII.

199. Alii codd. βρύττεσσι. Vox ceterum apud geographos incognita pro Βρεττάνοις, « Britannis seu Britonibus ».

Καὐτοὶ γὰρ κακότητα Θεοῦ τέκνοις ἐποίησαν,
Ἡνίκα Σιδονίοις βασιλεὺς Φοίνιξ Γαλικανὸν
Ἤγαγεν ἐκ Συρίης πλῆθος πολύ· καί σε φονεύσει,
Αὐτὴ Ῥαβέννη τε, καὶ εἰς φόνον ἡγεμονεύσει.
Ἰνδοὶ, μὴ [θαρσεῖτε], καὶ Αἰθίοπες μεγάθυμοι.
Ἡνίκα γὰρ τούτους τροχὸς ἄξονος αἰγοκερίτης,
Ταῦρός τ' ἐν διδύμοις μέσον οὐρανὸν ἀμφιελίξῃ
Παρθένος ἐξαναβᾶσα, καὶ ἥλιος ἀμφὶ μετώπῳ
Πηξάμενος ζώνην, περιπάμπολον ἡγεμονεύσῃ·
Ἔσσεται ἐμπρησμὸς μέγας αἰθέριος κατὰ γαῖαν,
Ἄστρων δ' ἐν μαχίμοις καινὴ φύσις, ὥστ' ἀπολέσθαι
Ἐν πυρὶ καὶ στοναχαῖσιν ὅλην γῆν Αἰθιοπήων.
Μύρου καὶ σὺ, Κόρινθε, τὸν ἐν σοὶ λυγρὸν ὄλεθρον.
Ἡνίκα γὰρ στρεπτοῖσι μίτοις Μοῖραι τριάδελφοι
Κλωσάμεναι, φεύγοντα δόλῳ Ἰσθμοῖο παρ' ὀμφὴν
Ἄξουσι μετέωρον, ἕως ἐσίδωσιν ἅπαντες
Τὸν πάλαι ἐκκόψαντα πέτρην πολυήλατι χαλκῷ,
Καὶ σὴν γαῖαν ὀλεῖ, καὶ κόψει, ὡς προτέθειται.
Τούτῳ γάρ τοι δῶκε Θεὸς μόνῳ, ὥστε ποιῆσαι
Οἷά τις οὐ πρότερος τῶν συμπάντων βασιλήων.
Πρῶτα μὲν ἐκ τρισσῶν κεφαλῶν σὺν πληγάδι ῥίζ[ας]
[Σπασ]σάμενος μεγάλως, ἑτέροις δώσειε [πά]σασθαι,
Ὥστε φαγεῖν σάρκας γονέων βασιλῆας ἀνάγνους.
Πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισι φόνος καὶ δείματα κεῖται,
Εἵνεκα τῆς μεγάλης πόλεως, λαοῦ τε δικαίου,
Σωζομένου διὰ παντὸς, ὃν ἔξοχος εἶχε πρόνοια.

— 205, sqq. In Æthiopas et Indos astrorum conflictu perituros. — 213, sqq. In Corinthum fata sua defleturam tum quum Nero Antichristus Isthmum perfodiet. — 219, sqq. Antichristi potentia : ipse Antoninos evertet, eosque sibi invicem tradet

202. Codd. σιδονίοις : nos corr., primique de Vespasiano interpretati sumus Romanas e Phœnice legiones adducente : vide not.

203. Quis ille Ravennam opprimet ? Magnus utique sævusque vir, de quo supra, Antichristus, nisi fallimur : sed vide not.

204. Codd. αὔτη, sine sensu, et in fine ἡγεμόνευσε, quum tamen φονεύσει præcesserit : nos corr.

205. Codd. μὴ ταρσεῖτε : nos corr. audacter quidem, ut alicui primum videbitur : sed cfr. infra, 385, παύσασθε θράσους.

209. Ζώνη quænam hic intelligatur, quære ex versu infra 521. Cujus nomine deceptus finxit sibi Noster, fore ut ista zona sol sibi caput obnuberet.

211. Cfr. infra, 511, sqq.

212. Codd. prorsus ut nos, nisi quod in fine αἰθιόπων τε : id unum corr. Nec tamen multum offendit τε in fine supervacuum, ut sæpe in Sibyllinis. Quod

Quippe Dei natis ipsi quoque damna tulere
Tum, quum Sidonius rex Phœnix Gallica venit
Agmina de Syria deducens, teque, Ravenna,
Opprimet, et cædis fiet dux ipse cruentæ.
Vos, Indi, vos, Æthiopum generosa pavete
Pectora. Namque ubi vos Capricorni ambiverit axis,
Taurus et in Geminis medio vertetur olympo,
Et Virgo ascendens, et Sol fronti undique Zonam
Prætendens, vasto cæli spatiabitur orbe;
Maxima de cælo ferient incendia terram,
Astrorumque novum surget certamen, ut omnis
India et Æthiopum tellus considat in ignes.
Tu quoque plange tuam sortem, miseranda Corinthe.
Nam, quum tergeminæ fatorum stamina Parcæ
Ducentes, profugum contra Isthmi oracula regem
Abstulerint; mox hunc omnes in regna reversum
Aspicient, ferro rupem qui ruperit olim,
Disperdetque tuas, sicut decreverat, oras.
Olli namque dedit vires Deus, omnia solus
Ut faciat, nulli regum concessa priorum.
Ac primum triplex caput ab radicibus una
Falce metens, aliis hanc porriget impius escam,
Ut carnes horrenda vorent alimenta paternas
Impuri reges! Nam cunctis visque metusque
Incumbet populis; ob magnæ scilicet urbis
Excidium, gentisque piæ, quam Numen amabat.

trucidandos evertendosque, divinæ quippe debitos ultioni propter excisam [ab Hadriano videlicet] urbem gentemque sanctam. —

vero olim vulgatum erat, ἐν πυρὶ καὶ στοναχαῖς Ἰνδῶν γῆν Αἰθ. τε, auctoritate caret: nam Ἰνδῶν pro ὅλην scripsit primus Cast. e conj.

216. Codd. ἄρξουσι : corr. Ops. Deinde codd. ἐσίδωσί σε πάντες: nos corr.

219. An melius ἔδωκε? Deinde codd. θεὸς μόνος ὅστε ποιῆσαι: nos corr. Expressus locus ex Apocalypsi cap. 13, v. 13, sq.

221, sqq. Videtur ad hos versus respexisse divus Hippolytus de Antichristo cap. 52. Confer 398, sq., et Exc. nostr. V, cap. 8; item Præfationem ad hoc vol.

222. Codd. στησάμενος: nos corr. In fine alii σπάσασθαι, male ob σπασσάμενος quod præcessit; alii πάσασθαι, ut nos. Δώσειε autem pro δώσει, barbarum licet, Sibyllinum est, ut σχήσειε et similia: cfr. Exc. nostr. VII, cap. 4.

223. Codd. βασιλῆος ἀνάγνου : nos corr. Σάρκας φαγεῖν γονέων seu τέκνων, extremæ penuriæ vel inhumani furoris signum, sæpe recurrit in sacris libris, præsertim in Apocalypsi. Cfr. etiam infra, 467.

Ἄστατε καὶ κακόϐουλε, κακαῖς περικείμενε κῆραις,
Ἀρχὴ καὶ καμάτοιο καὶ ἀνθρώποις μέγα τέρμα,
Βλαπτομένης κτίσεως καὶ σωζομένης πάλι μοίραις,
Ὕϐρι κακῶν, καὶ πῆμα, καὶ ἀνθρώποις μέγα τέρμα,
Τίς σε βροτῶν ἐπόθησε; τίς ἔνδοθεν οὐ χαλεπαίνει;
Ἐν σοὶ τίς βασιλεὺς σεμνὸν βίον ὤλεσε ῥιφείς;
Πάντα κακῶς διέθηκας, ὅλον τε κακὸν κατέκλυσας,
Καὶ διὰ σοῦ κόσμοιο καλαὶ πτύχες ἠλλάχθησαν.
Εἰς ἔριν ἡμετέρην, τυχὸν, ἄστατα ταῦτα προϐάλλου.
Πῶς δὲ λέγεις, Πείσω σε, καὶ, Εἴ τί [με] μέμφ[εαι], [αὔδα];
Ἦν ποτ' ἐν ἀνθρώποις λαμπρὸν σέλας ἠελίοιο,
Σπειρομένης ἀκτῖνος ὁμοσπόνδοιο Προφητῶν·
Γλῶσσα [μελισταγέουσα] καλὸν πόμα πᾶσι βροτοῖσι
Φαίνετο, καὶ προύϐαινε, καὶ ἡμέρα πᾶσιν ἔτελλε.
Τοῦδ' ἕνεκα, στενόϐουλε, κακῶν ἀρχηγὲ μεγίστων,
Καὶ ῥαμφὴ καὶ πένθος ἐλεύσεται ἤματι κείνῳ.
Ἀρχὴ καὶ καμάτοιο καὶ ἀνθρώποις μέγα τέρμα,
Βλαπτομένης κτίσεως καὶ σωζομένης πάλι μοίρης.
Κλῦθι πικρᾶς φήμης δυσσηχέος, ἀνδράσι πῆμα.
Ἀλλ' ὁπόταν Περσὶς γαῖ' ἀπόσχοιτο πτολέμοιο,
Λοιμοῦ τε, στοναχῆς τε, τότ' ἔσσεται ἤματι κείνῳ
Ἰουδαίων μακάρων θεῖον γένος οὐρανιώνων,
Οἳ περιναιετάουσι Θεοῦ πόλιν ἐν μεσογαίοις.
Ἄχρι δὲ καὶ Ἰόπης τεῖχος μέγα κυκλώσαντες,
Ὑψόσ' ἀείρονται ἄχρι καὶ νεφέων ἐρεϐεννῶν.
Οὐκέτι συρίξει σάλπιγξ πολεμόκλονον ἦχον,
Οὐδ' ἐπιμαινομέναις παλάμαις ἐχθροῦ διολοῦνται·
Ἀλλὰ ἐπιστή[σουσι] κακῶν αἰῶνι τρόπαια.
Εἷς δέ τις ἔσσεται αὖθις ἀπ' αἰθέρος ἔξοχος ἀνὴρ,

— 227, sqq. Imprecatio in Romam. — 246, sqq. Post composita Persarum bella, Judæorum gens felix et potens resurget. — 255-259. Messias tunc e cœlo veniet, idem qui Jesus et Josue. —

227. Antea nos in fine κηρσί pro κήραις, sed inutili falsaque medela.

229. Codd. in fine, μοίρης. Simile satis apud Aristidem, Πρὸς τοὺς αἰτιωμένους, sub finem: Εἰ μὲν τῆς σωζομένης μοίρας εἴημεν.

231. Codd. plerique βροτός habent, unus βροτῶν.

236. Codd. πεῖσόν με, καὶ εἴ τί σε μέμφομαι, αὐδῶ: sed est quasi dialogus Romam inter et Judæam; et statim sequetur Judææ responsum.

Instabilis, perversa, malis obnoxia fatis,
Causa simul generi humano finisque laborum,
Dum per te natura perit, rursusque resurgit,
Fons o principiumque dolorum et terminus ingens,
Quis tibi favit homo? quis non irascitur intus?
In te quis vitam, solio dejectus, honeste
Finiit? Omne malum tu congeris, et bona perdis
Omnia; per te ingens turbata est machina mundi.
Forsan et hæc vitio nobis immania vertes.
Nam quid ais : Loquere, et me, si potes, argue dictis?
Quondam terrigenis lux fulserat alma diei,
Voce Prophetarum unanimi radiante per orbem,
Dulcia qui populis miscebant pocula; jamque
Progrediens cunctis, nisi per te, aurora micabat.
Quare, o mentis inops, tantorum causa dolorum,
Illo te gladius, te perdet tempore luctus,
Fons o principiumque malorum et terminus ingens,
Dum per te natura perit, rursusque resurgit.
Audi luctificam, pestis teterrima, vocem.
Verum ubi jam bello Persarum terra carebit,
Et peste, et lacrimis; hoc demum tempore crescet
Stirps Judæorum felix et cælitus orta,
Quæ divinam habitans mediis in tractibus urbem
Usque ad litoream muros protendet Ioppen,
Atque ipsas tanget sublimi vertice nubes.
His non terribili tuba murmure bella ciebit;
Non hostis rabidi manibus telisve peribunt;
Deque suis tollent æterna tropæa ruinis.
Rursus at exsistet vir magnus, ab æthere missus,

239. Codd. γλῶσσα μὲν σταγέουσα vel στυγέουσα, ubi Cast. e conj. ἀνστάζουσα: nos corr., et vide infra, 281.

243, sq. Versus duo jam lecti, 228, sq.

245. Sic codd. δυσσηχέος, uno excepto, qui δυσηχέος contra metrum.

246. Codd. aliqui, sed pauciores, περσὶς γῆ : nos corr.

248. Hunc versum citat Lact. IV, 20, nec satis recte de Christianis intelligit quod poeta de Judæis.

248. Codd. μένος, non γένος.

250. Codex unus Ἰόππης, nec est causa quominus synizesis hic quoque fiat ut in Ἰουδαίοις, etc.

252. Codd. et nos olim πολεμόκτονον : corr. Struv.

253. Codd. ἐχθρούς.

254. Codd. ἐπιστήσει τε : nos corr. Cfr. simile quiddam infra, 266.

255, sqq. De hoc loco semijudaïco, semichristiano, vide not.

[Ὃς] παλάμας ἥπλωσεν ἐπὶ ξύλου πολυκάρπου
Ἑβραίων ὁ ἄριστος, ὃς ἠέλιόν ποτε στῆσε,
Φωνήσας ῥήσει τε καλῇ καὶ χείλεσιν ἁγνοῖς.
Μηκέτι τείρεο θυμὸν, μὴ στήθεσσι μέγαιρε,
Θειογενὴς, πάμπλουτε, μόνον πεποθημένον ἄνθος,
Φῶς ἀγαθὸν, σεμνόν τε [θάλος], πεποθημένον [ἔρνος],
Ἰουδαία χαρίεσσα, καλὴ πόλις, ἔνθεος ὕμνων.
Οὐκέτι βακχεύσει [περὶ σὴν] χθόνα ποὺς ἀκάθαρτος
Ἑλλήνων, ὁμόθεσμον ἐνὶ στήθεσσιν ἔχων νοῦν.
Ἀλλά σε κυδάλιμοι παῖδες περιτιμήσουσι,
Καὶ μούσαις ἁγίαισιν ἐπιστή[σουσι] τράπεζαν,
Παντοίαις θυσίαισι, καὶ εὐχαῖς ἐνθεοτίμοις.
Ἐκ μικρᾶς στενότητος ὅσοι καμάτους ὑπέμειναν,
Πλείονα καὶ χαρίεντα [καλὰ πράξουσι] δίκαιοι.
Οἱ δὲ κακὴν στείλαντες ἐπ' αἰθέρα γλῶσσαν ἄθεσμον,
Παύσονται λαλέοντες ἐναντίον ἀλλήλοισιν·
Αὐτοὺς δὲ κρύψουσιν, ἕως κόσμος ἀλλαγῇ.
Ἔσται δ' ἐκ νεφέων ὄμβρος πυρὸς αἰθομένοιο.
Κοὐκέτι καρπεύσουσι βροτοὶ στάχυν ἀγλαὸν ἐκ γῆς·
Πάντα μὲν ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα, ἄχρι νοῆσαι
Τὸν πρύτανιν πάντων Θεὸν ἄμβροτον αἰὲν ἐόντα
Ἀνθρώπους θνητοὺς, καὶ μηκέτι θνητὰ γεραίρειν,
Μηδὲ κύνας καὶ γῦπας, ἃ Αἴγυπτος κατέδειξε
Σεμνύνειν στομάτεσσ' [ἐνεοῖς] καὶ χείλεσι μωροῖς.
Ἑβραίων δὲ μόνων ἁγία χθὼν πάντα τάδ' οἴσει,
Νᾶμα μελισταγέ[ουσ'] ἀπὸ πέτρης [ἠδ' ἀπὸ πηγῆς],
Καὶ γάλα δ' ἀμβρόσιον ῥεύσει πάντεσσι δικαίοις.
Εἰς ἕνα γὰρ γεννητῆρα Θεὸν μόνον ἔξοχον ὄντα

— 259, sqq. Laus Judææ, promissaque Judæis felicitas, dum impii gravissimis pœnis afficientur. —

256. Codd. initio οὗ παλάμας, et in fine πολύκαρπον : utrumque nos corr.

259. An potius ἢ ἐν στήθεσσι? Deinde omnes μάχαιρα pro μέγαιρε : nos corr.

261. Codd. σεμνόν τε τέλος (nos correximus), et in fine ἄγνος (sic), ubi Bleekius ἔρνος e conj.

263. Codd. περσῶν χθόνα : nos corr. annuente Struvio. De sensu cfr. Joël prophetam, cap. 3, v. 17.

264. Vir quidam doctus πανάθεσμον.

266. Codd. καὶ μούσαις γλώσσαις ἁγίαισιν, addito γλώσσαις e gloss. ac deinde ἐπιστήσονται, plerique sine τράπεζαν, quod unus addit : nos corr. Cfr. supra, 254.

268. Quia ἐνθεοτίμοις exemplo caret in lexicis, volebat Struv. εὐχαῖσιν θεοτίμοις : sed cfr. supra 262, et III, 295, 489.

Distendit qui frugifera quondam arbore palmas,
Optimus Hebrææ sobolis, cui sistere solem
Fas fuerit puris labiis et voce verenda.
Desine jam longis cruciari pectora curis,
Diva genus, locuples, uni dilecte Deo flos,
Lux bona, planta decora, piis venerabile germen,
Urbs Judæa, sonans semper cælestibus hymnis.
Non jam Persarum tua pes impurus in arva,
Non Græcus furor invadet, concordibus iris.
Sed te natorum venerabitur inclita proles,
Et sanctum modulata Deo melos, exstruet aram,
Omnigenisque sacris, precibus votisque litabit.
Rebus in angustis duros quicumque labores
Pertulerint, tunc plura ferent melioraque justi.
Qui vero audacem petulanter in æthera linguam
Jactarint, non jam convicia mutua fundent,
Sed, dum sit facies mundi conversa, latebunt.
Depluet incensis de nubibus igneus imber;
Tum neque decerpent homines telluris aristas,
Nec satio fiet, nec aratio, dum genus omne
Cognoscat mortale Deum, qui cuncta gubernat;
Solus ut ipse viris, nec jam peritura colantur,
Aut canis, aut vultur, quorum dictavit honores
Ægyptus vanis labiis atque ore profano.
Hebræis vero solis hæc omnia tellus
Sancta feret, mellis latices e rupibus atque
Fontibus; et vobis manabunt lactea, justi,
Pocula, queis semper posita est in numine solo

269. Codd. καλὸν ἄρξουσι: nos corr.

270. Codd. plerique οἱ δὲ κακοί, et in fine quidam ἀθέσμως.

272. Displicet ἀλλαγῇ, media producta; sed talia peccant non raro Sibyllistæ: cfr. Exc. VII.

275. Codd. νοήσῃ, alii νοήσει, ubi nos νοῆσαι. Cfr. supra, 65, et III, 795.

276, sqq. Imitatio Procemii manifesta.

278, sq. Confer Procem. 60, sqq.

279. Codd. στομάτεσσι νέοις, alii νόοις, ubi nos ἐνεοῖς e viri docti conjectura, non tamen certa. Aliquando suspicabamur στομάτεσσιν ἑοῖς, ut alibi ἐδάφεσσιν ἑοῖς, VIII, 40.

280, sqq. Habet hunc et duo sqq. Lactantius, VII, cap. 24, ex quo lectionem hujus loci refecimus: nam codd. omnes ἑβραίων δὲ χθὼν ἁγί' ἔσται.

281. Codd. μελισταγέος, pro quo Lact. μέλιτος, fracto versu: nos corr. ut supra, 239. Deinde iidem ἀπὸ πέτρης καὶ διὰ γλώσσης: sed Lact. ut nos.

282. Lact. καὶ γάλα τ' ἀμβροσίης.

Ἤλπισαν, εὐσεβίην μεγάλην καὶ πίστιν ἔχοντες.
Ἀλλὰ τί δή μοι ταῦτα νόος σοφὸς ἐγγυαλίζει;
Ἄρτι δέ σε, τλήμων Ἀσίη, κατοδύρομαι οἰκτρῶς,
Καὶ γένος Ἰώνων, Καρῶν, Λυδῶν πολυχρύσων.
Αἲ αἲ, Σάρδεις· αἲ αἲ, καὶ πολυήρατε Τράλλις·
Αἲ αἲ, Λαοδίκεια, καλὴ πόλι· ὡς ἀπολεῖσθε
Σεισμοῖς ὀλλύμεναί τε, καὶ εἰς κόνιν ἀλλαχθεῖσαι.
Ἀσσίδι τῇ δνοφερῇ . . . .
Ἀρτέμιδος σηκὸς Ἐφέσου πηγνύμενος . . .
Χάσματι καὶ σεισμοῖσί ποθ' ἵξεται εἰς ἅλα δεινὴν
Πρηνὴς, ἠδ' ὅτε νῆας ἐπικλύζουσιν ἄελλαι.
Ὕπτια δ' οἰμώξει Ἔφεσος, κλαίουσα παρ' ὄχθαις,
Καὶ νηὸν ζητοῦσα τὸν οὐκέτι ναιετάοντα.
Καὶ τότε θυμωθεὶς Θεὸς ἄφθιτος, αἰθέρι ναίων,
Οὐρανόθεν πρηστῆρα βαλεῖ κατὰ κρατὸς ἀνάγνου.
Ἀντὶ δὲ χειμῶνος θέρος ἔσσεται ἤματι τῷδε.
Καὶ τότε δὴ μετέπειτ' ἔσται ἄνδρεσσι βροτοῖσιν·
Ἐξολέσει γὰρ πάντας ἀναιδέας ὑψικέραυνος
Βρονταῖς, ἀστεροπαῖς τε, κεραυνοῖς τε φλεγέθουσιν,
Ἀνδράσι δυσμενέεσσι, καὶ ὡς ἀσεβεῖς ὀλοθρεύσει,
Ὥστε μένειν νέκυας κατὰ γῆς πλέονας ψαμάθοιο.
Ἥξει γὰρ καὶ Σμύρνα, ἑὸν κλαίουσα [Σάμορνον],
Εἰς Ἐφέσοιο πύλας, καὶ αὐτὴ μᾶλλον ὀλεῖται.
Κύμη δ' ἡ μωρὰ, σὺν νάμασι τοῖς θεοπνεύστοις,
Ἐν παλάμῃσι θεῶν, ἀνδρῶν [τ'] ἀδίκων καὶ ἀθέσμων,
Ῥιφεῖσ', οὐκέτι [τόσσον] ἐς αἰθέρα [χάρμα] προδώσει·
Ἀλλὰ μενεῖ νεκρὰ ἐν νάμασι Κυμαίοισι.
Καὶ τότ' ἀναιάξουσιν ὁμοῦ κακότητα μένοντες.
Εἰδήσει σημεῖον ἔχων, ἀνθ' ὧν ἐμόγησε,

— 285-296. Mala parata multis Asiæ Minoris urbibus. — 297, sqq. Ira Dei effusa in omnes impios. — 305, sqq. Rursus in Asiæ Minoris urbes, quibus inserta male Corcyra. —

286. Versus alias recursurus, VII, 114, et XI, 121.

288. An σοι pro καί legendum?

291. Codd. ἀσσία, videlicet pro Ἀσίᾳ: nos corr. Deinde ubi lacunam reliquimus codd. addebant, λυδῶν τε πολυχρύσων, male huc retractum e versu 287.

292. Sic omnes, fine mutilo.

293. Codd. ἥξεται. In fine, vide num malis εἰς ἅλα δῖαν, ut supra, 157.

294. An verius quod Cast. conjecerat, ὡς ὅτε?

295, sq. Habet hos duo versus Clemens Alexandrinus, Protrept. § 4, ubi

Spes vivax, pietasque animis immota, fidesque.
Sed quid me sapiens jubet hæc profundere pectus?
Te, te, Asia infelix, tristi deploro querela,
Ionumque genus, Caresque, auroque potentes
Lydos. Heu, Sardes! eheu tibi, Trallis amœna!
Eheu, Laodicea placens! Vos quippe cadetis
Eversæ nutante solo, in cineremque redactæ.
Et tenebrosæ Asiæ . . . .
Ast Ephesi clarum Dianæ nomine fanum
Motibus et vasto subter mare sidet hiatu
Præceps, ut naves quondam superante procella.
Ipsa jacens Ephesus deserta ad litora flebit,
Templaque, non ulli posthac adeunda, requiret.
Tunc indignatus Deus immortalis, ab alto
Æthere, flagranti feriet capita improba telo;
Proque hieme exsistet subitus tunc temporis æstus.
Et simul humanæ fient hæc omnia genti:
Scilicet altipotens perjuros opprimet omnes
Fulguribus, tonitruque, et crebro fulminis igne;
Hostiles perdet populos atque impia corda,
Ut tellus jam plura cadavera portet arenis.
Quippe et Smyrna suum veniet conquesta Samornum
Ad portas Ephesi, nec secius ipsa peribit.
Cuma autem demens, cum plenis numine lymphis,
Sævorum manibus sceleratorumque virorum
Dejecta, et lætis jam nescia cantibus auras
Rumpere, Cumæis innabit mortua lymphis.
Omnes tunc immane gement terrore malorum,
Quum genus invisum Cumarum et iniqua propago

cum codd. ὕπτια legit, æolice pro ὑπτία, sicut III, 383, ἔρημα pro ἔρημος. Quid vero si capiatur adverbii vice, « supinis manibus, » pro ὑπτίως?

298. Codd. κατὰ κράτος ἀνάγνους : nos corr., Dausqueio tamen præeunte.

299. De tempestatum permutatione sub mundi finem, cfr. VIII, 214; II, 157.

302. Pr. βροντῇ τε στεροπαῖς τε.

303. Ops. ἄνδρας δυσμενέας τε rescripsit e conj.

305. Codd. in fine λυκοῦργον, pro quo nos e conj. Σάμορνον, audacter quidem : sed vide not.

307. Asiaticas procul dubio Cumas intelligit : sed vide not.

308. Post ἀνδρῶν deest τε in codd.

309. Codd. τὸ σόν pro τόσσον, et ἅρμα pro χάρμα : utrumque nos corr.

311. Codd. ἀνέξουσι : nos corr.

312. Codd. εἰδήση pro εἰδήσει. Iidem in versus fine sensum claudunt.

Κυμαίων δῆμος χαλεπὸς καὶ φῦλον ἀηδές.
Εἶθ' ὅταν αἰάξωσι κακὴν χθόνα τεφρωθεῖσαν,
Λέσβος ἐπ' Ἠριδανὸν αἰώνιον ἐξαπολεῖται.
Αἲ αἴ σοι, Κέρκυρα, καλὴ πόλι, παύεο κῶμον.
Καὶ, Ἱεράπολι, γαῖα μόνη πλούτῳ μιγεῖσα,
Ἕξεις, ὃν πεπόθηκας ἔχειν, χῶρον πολύδακρυν,
Εἰς γῆν χωσαμένη παρὰ χεύμασι Θερμώδοντος.
Πετροφυὴς Τρίπολίς τε, παρ' ὕδασι Μαιάνδροιο,
Κύμασι νυκτερινοῖσιν ὑπ' ἠόνι κληρωθεῖσα,
Ἄρδην ἐξολέσει σε Θεοῦ [χόλος, ἤ τ' ἀπόνοια].
Μή μ' ἐθέλουσαν ἑλεῖν Φοίβου τὴν γείτονα χώραν.
Μίλητον τρυφερὴν ἀπολεῖ πρηστήρ ποτ' ἄνωθεν,
Ἀνθ' ὧν εἵλετο τὴν Φοίβου δολόεσσαν ἀοιδὴν,
Τήν τε σοφὴν ἀνδρῶν μελέτην καὶ σώφρονα βουλήν.
Ἵλαθι, παγγενέτωρ, τρυφερῇ χθονὶ τῇ πολυκάρπῳ
Ἰουδαίᾳ μεγάλῃ, ἵνα σὰς γνώμας ἐπίδωμεν.
Ταύτην γὰρ πρώτην ἔγνως, Θεὸς, ἐν χαρίτεσσιν,
Εἰς τὸ δοκεῖν προχάρισμα τεὸν πάντεσσι βροτοῖσιν
Εἶναι, καὶ προσέχειν, οἷον Θεὸς ἐγγυάλιξεν.
Ἱμείρω τριτάλαινα τὰ Θρηκῶν ἔργα ἰδέσθαι,
Καὶ τεῖχος διθάλασσον ὑπ' ἀέρος ἐν κονίῃσι
Συρόμενον ποταμηδὸν ἐπ' ἰχθυόεντι κολύμβῳ.
Ἑλλήσποντε τάλαν, ζεύξει ποτέ σ' Ἀσσυρίων παῖς.
Εἰς σὲ μάχη Θρηκῶν, καί σου σθένος ἐξαλαπάξει.
Τήν τε Μακηδονίην βασιλεὺς Αἰγύπτιος αἱρεῖ.
Καὶ κλίμα βαρβαρικὸν ῥίψει σθένος ἡγεμονήων.
Λυδοὶ καὶ Γαλάται, Παμφύλιοι ἐν Πισίδῃσι
Πανδημεὶ κρατέουσι κακὴν ἔριν ὁπλισθέντες.
Ἰταλίη τριτάλαινα, μενεῖς πανέρημος, ἄκλαυστος,
Ἐν γαίῃ θαλερῇ, ὀλοὸν δάπος ἐξαπολέσθαι.

— 327, sqq. Judææ ejusque civibus divina imploratur clementia. — 332, sqq. In Thracas aliosque occidentales. — 341, sq. Italiæ impendens exitium. —

314. Codd. εἶθ' ὅταν ἕξουσι : nos corr.

316. Codd. κώμην, unde nos κῶμον, syntaxi mala, sed Sibyllina : cfr. III, 295, 409, et infra 393.

317. Μιγεῖσα, quamvis ι producto, non est tentandum. Licentia quippe Sibyllina est, ut in ἐμίγη, infra, 389 : cfr. Exc. nostr. VII.

318. Codd. πεποίηκα vel πεποίηκας : corr. Ops.

321. Ops. πληρωθεῖσα, e conj. : sed

Pœnarum agnoscet, meruit quas improba, signum.
Qua semel in cineres versa, dein ipsa peribit
Lesbus in Eridanum æterna demersa ruina.
Heu, Corcyra, tibi, pulcherrima! desine fastus.
Tuque, Hierapoli, terra auro compacta, tenebis
Quam nimis optasti sedem, miseranda, tuoque
Defodiere solo, prope flumina Thermodontis.
Nec minus, o Tripolis, Mæandri ad fluminis undas,
Obruta petrosam nocturnis fluctibus oram,
Funditus, irascente Deo, mersaberis exspes.
Ne me unquam teneat Phœbo contermina tellus!
Uret enim mollem Miletum ex æthere turbo,
Nequicquam Phœbi fallacia dicta secutam,
Prudentumque artes hominum, curasque sagaces.
Parce, o omnipotens, telluri parce feraci,
Judææ magnæ, nobis ut sancta patescant
Consilii decreta tui. Quippe hanc tibi primam
Legisti sedem, mortales ut tua noscant
Regna, sciantque tuis quam sint florentia donis.
Infelix aveo Thracum spectare labores,
Et murum bimarem cum turbine pulverulento
Piscosas per aquas abreptum, fluminis instar.
Te puer Assyrius devinciet, Hellesponte:
Te viresque tuas perdet pugna aspera Thracum.
Rexque Macedonios Ægyptius opprimet olim,
Vimque ducum longe adveniens vis barbara franget.
Pamphyli et Pisidæ, Lydi Galatæque cruentis
Dissidiis totas mittent in prælia gentes.
Italia infelix, vacua atque infleta manebis,
Terra diu florens, nunc tristi perdita fato.

defendi potest κληρωθεῖσα, tanquam « destinata, sorte attributa ».

322. Codd. θεοῖο ποθή τε πρόνοια, unde nos olim Θεοῦ χόλος ἥ τε πρόνοια. Quod nunc suppletur, melius sane, sed ipsum quoque incertum. Χόλος de ira Dei apud Sibyllistas frequens est, atque etiam absolute, omisso Dei nomine, ut infra, 372.

327. Volebat Struv. τραφερῇ.

329. Codd. ἔγνω: nos corr. ob τεόν quod sequitur.

335. Simile Onomacriti, tanquam ex Musæo, oraculum apud Herodt. VII, § 6: Ἔλεγε τόν τε Ἑλλήσποντον ὡς ζευχθῆναι χρεὸν εἴη ὑπὸ ἀνδρὸς Πέρσεω.

340. An κρανέουσι vel κραίνουσι?

342. Codex unus et alter, et nos aliquando, δάκος, « monstrum »: sed δάπος est pro δάπεδον, ut supra, 92 (bis) in

Ἔσται δ' αἰθέριον [ἀνὰ] οὐρανὸν εὐρὺν ὕπερθεν
Βροντηδὸν κελάδημα, Θεοῦ φωνὴν ἐπακοῦσαι.
Ἠελίου δ' αὐτοῦ φλόγες ἄφθιτοι οὐκέτ' ἔσονται,
Οὐδὲ σεληναίης λαμπρὸν φάος ἔσσεται αὖθις,
Ὑστατίῳ καιρῷ, ὁπόταν Θεὸς ἡγεμονεύσῃ.
Πάντα [μελανθείη] · σκοτίη δ' ἔσται κατὰ γαῖαν,
Καὶ τυφλοὶ μέροπες, θῆρές τε κακοὶ, καὶ ὀϊζύς.
Ἔσσεται ἦμαρ ἐκεῖνο χρόνον πολὺν, ὥστε νοῆσαι
Αὐτὸν ἄνακτα Θεὸν πανεπίσκοπον οὐρανόθι πρό.
Αὐτὸς δυσμενέας δ' ἄνδρας τότε οὐκ ἐλεήσει,
Ἀρνῶν ἠδ' οἴων μόσχων τ' ἀγέλας ἐριμύκων
Ἐκθυσιάζοντας, μόσχων μεγάλων κεροχρύσων,
Ἀψύχοις θ' Ἑρμαῖς καὶ τοῖς λιθίνοισι θεοῖσιν.
Ἡγείσθω δὲ θέμις σοφίης καὶ δόξα δικαίων,
Μήποτε θυμωθεὶς Θεὸς ἄφθιτος ἐξαπολέσσῃ.
Δεῖ στέργειν γενετῆρα Θεὸν, σοφὸν, αἰὲν ἐόντα,
Μὴ γένος ἀνθρώπων βιότου καὶ πάντας ὀλέσσῃ.
Ἔσσεται ὑστατίῳ καιρῷ περὶ τέρμα σελήνης
Κοσμομανὴς πόλεμος καὶ ἐπίκλοπος ἐν δολότητι.
Ἥξει δ' ἐκ περάτων γαίης μητροκτόνος ἀνὴρ,
Φεύγων, ἠδὲ νόῳ ὀξύστομα μερμηρίζων,
Ὃς πᾶσαν γαῖαν καθελεῖ, καὶ πάντα κρατήσει,
Πάντων τ' ἀνθρώπων φρονιμώτερα πάντα νοήσει,
Ἧς χάριν ὤλετό τ' αὐτὸς, ἑλεῖ ταύτην παραχρῆμα,
Ἄνδρας τ' ἐξολέσει πολλοὺς, μεγάλους τε τυράννους,
Πάντας τ' ἐμπρήσει, ὡς [μή]ποτε ἄλλος ἐποίει,
Τοὺς δ' αὖ πεπτηῶτας ἀνορθώσει διὰ ζῆλον.
Ἔσται δ' ἐκ δυσμῶν πόλεμος πολὺς ἀνθρώποισι·
Ῥεύσει δ' αἵματος ὄχθος ἕως ποταμῶν βαθυδίνων·

— 343, sqq. Ira Dei in idololatras exarsura. — 360, sqq. Sub finem lunæ (non, ut infra, sub finem solis, v. 475), bella per orbem desævient, Antichristo reges æmulos (Antoninos) in Macedonia debellante. —

fragmento manuscripti sero reperti. Erit igitur hæc vox lexicis addenda.

343. Codd. alii αἰθέρος οὐρανὸς εὐρύς, alii αἰθέριον οὐρανοῦ εὐρύ : nos corr. Est autem οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν ex Hesiodo, Theog. 840.

348. Codd. μελαιναίη, quod Lobeckius tueri frustra volebat : nos corr.

350. In ὥστε νοῆσαι olim a vero sensu aberraveramus; resipuimus in cur. post. Cfr. supra, 65, et infra, 450, 474, etiam 275.

357, sqq. Lact. de Ira Dei, cap. 23, hunc et duo qq. versus citat, aliter autem

Ast ingens supra cæli convexa sonabit
Vox tonitrus, vocem ut credas audire Tonantis.
Ac neque jam solis flamma incorrupta micabit,
Nec face nocturna lucebit amabile sidus,
Quum Deus extremo regnabit tempore; sed tum
Omnia per terras caligo spissa tenebit,
Atque hominum cæci gemitus, plangorque ferarum.
Longa quidem, longa illa dies, noscatur ut ipse
Rex Deus excelso veniens de culmine cæli.
Nec vero tunc ille suos miserabitur hostes,
Frustra ovium agnorumque greges vitulosque cruentis
Dum mactant aris, vitulos aurata gerentes
Cornua, diis animæ vacuis et inanibus Hermis.
At vobis, justi, fas et sapientia præsint,
Ne Deus æternus merita vos opprimat ira,
Neve genus, quantum est, hominum illacrimabile perdat.
Hunc colite æternum, sanctum, rerumque parentem.
Tempus ad extremum et lunæ jam fine sub ipso,
Bellum ingens, totoque dolus grassabitur orbe.
Terrarum veniet longinquo e cardine matris
Occisor, fugiens sese curasque sequaces :
Omnes qui terras vastabit, et omnia subdet,
Mortales inter cautissimus unus ; et ipsam,
Qua cecidit quondam, victor quum ceperit urbem,
Interimet multosque viros, magnosque tyrannos,
Atque illos flammis, atrox, ut nemo, cremabit;
Ast alios idem delapsos eriget ultor.
Tunc et ab occasu belli desæviet æstus,
Inque amnes rapidos cadet ingens sanguinis agger,

dispositos : legit enim : Μήποτε θυμωθεὶς Θεὸς ἄφθιτος ἐξαπολέσσῃ Πᾶν γένος ἀνθρώπων, βιότου καὶ φῦλον ἀναιδές. Δεῖ στέργειν, κ. τ. λ.

359. Codd. omnes et Lact. βίοτον.

360. Cfr. ἠελίου τέρμα, infra, 475.

362. Huc an ad similem versum rediturum aliquando, VIII, 712, respexit Lactantius, de Morte Persec. cap. 2, « Sibylla dicente, matricidam profugum a finibus esse venturum »? Quod ita explicaverat Div. Inst. VII, cap. 16, « ab extremis finibus plagæ septemtrionalis », sed dicere voluit « orientalis », id est, e Perside.

363. Codd. νόον, ubi nos νόῳ.

364. Idem, sed alio sensu, supra, 155.

368. Codd. ὡς δήποτε : nos corr. Esset magis grammaticum, οὔ ποτε ; sed Sibyllistæ talia non curant. Ipsa sententiæ forma Sibyllina est, ut supra, 220, sqq., et XI, 94.

Τοῖς τε Μακηδονίης στάξει χόλος ἐν πεδίοισι
Συμμαχίην [τῷ γ'] ἐκ δυσμῶν, βασι[λεῦσι] δ' ὄλεθρον.
Καὶ τότε χειμερίη πνοιὴ πνεύσει κατὰ γαῖαν,
Καὶ πεδίον πολέμοιο κακοῦ πλησθήσεται αὖθις.
Πῦρ γὰρ ἀπ' οὐρανίων δαπέδων βρέξει μερόπεσσι,
Πῦρ καὶ αἷμα, ὕδωρ, πρηστὴρ, γνόφος, οὐρανίη νὺξ,
Καὶ φθίσις ἐν πολέμῳ, καὶ ἐπὶ σφαγῇσιν ὀμίχλη·
Πάντας ὁμοῦ τ' ὀλέσει βασιλεῖς, καὶ τοὺς τότ' ἀρίστους.
Εἶθ' οὕτως πολέμοιο πεπαύσεται οἰκτρὸς ὄλεθρος·
Κοὐκέτι τις ξίφεσι πτολεμίξεται, οὐδὲ σιδήρῳ,
Οὐδ' αὐτοῖς βελέεσσιν, ἃ μὴ θέμις ἔσσεται αὖθις.
Εἰρήνην δ' ἕξει λαὸς σοφὸς, ὅσπερ ἐλείφθη,
Πειραθεὶς κακότητος, ἵν' ὕστερον εὐφρανθείη.
Μητρολέται, παύσασθε θράσους τόλμης τε κακούργου,
Οἳ τὸ πάλαι παίδων κοίτην ἐπορίζετ' ἀνάγνως,
Καὶ τέγεσι πόρνας ἐστήσατε, τὰς πάλαι ἁγνὰς,
Ὕβρεσι, καὶ κολάσει, κάσχημοσύνῃ πολυμόχθῳ.
Ἐν σοὶ γὰρ μήτηρ τέκνῳ ἀθέμιστος ἐμίγη,
Καὶ θυγάτηρ γενετῆρι ἑῷ συζεύξατο νύμφη.
Ἐν σοὶ καὶ βασιλεῖς στόμα δύσμορον ἐξεμίηναν.
Ἐν σοὶ καὶ κτηνῶν εὗρον κοίτην κακοὶ ἄνδρες.
Σίγησον, πανόδυρτε κακὴ πόλι, κῶμον ἔχουσα.
Οὐκέτι γὰρ παρὰ σεῖο [τὸ] τῆς φιλοθρέμμονος ὕλης
Παρθενικαὶ κοῦραι πῦρ ἔνθεον εὑρήσουσιν.
Ἔσβεσται παρὰ σεῖο πάλαι ποθημένος οἶκος,
Ἡνίκα δεύτερον εἶδον ἐγὼ ῥιπτούμενον οἶκον
Πρηνηδὸν, πυρὶ τεγγόμενον διὰ χειρὸς ἀνάγνου,
Οἶκον ἀεὶ θάλλοντα, Θεοῦ τηρήμονα ναὸν,

— 374, sqq. Tum vero terris incumbet omne genus malorum, et universa impiorum pernicies, manentibus Judæis solis in plena pace. — 385, sqq. Imprecatio in Romanos ob excisam Judæorum gentem eversumque templum. —

372. Sic omnes codd. στάξει, obscuro sensu, ubi πέμψει seu quid simile malis : verum præoccuparat poetæ mentem ex priore versu αἵματος ὄχθος, unde στάξει, quod ad αἷμα melius referretur, audacter ad συμμαχίην, κ. τ. λ., transtulit. Est vero haud dubie χόλος, « ira Dei, » ut supra 322, et alibi sæpe.

373. Codd. plerique δῶδ' ἐκ δυσμῶν, alii δώσουσιν ἐκ δ. : nos corr. ut intelligatur Antichristus ab occidente perdomito rediens, ut supra, 370. Deinde omnes βασιλεῖ δέ, ubi nos βασιλεῦσι, de Antoninis : cfr. supra, 366.

378. An potius, metri causa, σφαγίῃσι, ut II, 157, ἀλλαγίη pro ἀλλαγή?

Quando Macedonicis dirus furor invehet agris
Auxiliumque duci Hesperio cladcmque tyrannis.
Terra sed hiberno perflabitur arida flatu,
Rursus et omne solum vastabitur impete belli.
Ignis enim pluet in terras ex æthere summo,
Ignis, aqua et sanguis, fulmen, noctisque tenebræ,
Et belli furor, et tetra in caligine cædes.
Tum reges omnes, et clarus quisque, peribunt,
Donec atrox capiat demum discordia finem;
Nec quisquam gladiis aut ferro bella movebit
Præterea, telis nec fas erit amplius uti;
Sed populus sapiens, fuerit quicumque superstes,
Pacem lætus aget, mala passus, ut et bona norit.
Carnifices matrum, fastus cohibete superbos,
Audacesque manus : pueros qui turpibus olim
Fœdastis gremiis, castasque in lustra puellas
Egistis, prædam obsceno et ludibria vulgo.
In te quippe parens nato commixta, suoque
Filia nupta patri. Reges os turpe nefanda
Polluerunt venere, et pecudum placuere scelesti
Concubitus. Heu! flebilis urbs, heu! cantibus olim
Plena, sile, nullas posthac habitura choreas.
Non tibi jam sacrum lignis vitalibus ignem
Virgineæ pascent intra penetralia curæ.
Exstinctæ tibi sunt aræ, quas rite fovebas,
Tum, quum præcipitem flammis superantibus ædem
Impuris iterum manibus procumbere vidi,
Ædem perpetuo florentem Numine, templum

Sed crementa sæpe male produci in Sibyllinis jam nimis experti sumus.

379. Cfr. supra, 109.

385. Μητρολέται poetice extendit ad Romanos Neronis scelus.

386. Rectum est ἐπορίζετ', « invenistis, intulistis », ut infra, 392, εὗρον.

389. Codd. τέκνῳ ἀθεμίστως μίγη : nos corr. Producitur autem prior in μίγη, ut supra, 318. Male in Romanos confertur quod verius in Persas, VII, 43, sq.

394. Palam est σεῖο pro σοί positum hic, ut paulo infra, 396, et VIII, 152; et tamen placeret magis παρὰ σοὶ ἐκ τῆς, si liceret. Codd. τὴν τῆς habent, non τὸ τῆς : nos corr.

395. Olim volebamus ὠρήσουσιν.

396. Interpretandus πεποθημένος οἶκος de æde Vestæ, in qua fatalis ignis vel memoratur vel fingitur exstinctus eodem tempore Romæ, quo cadebat Hierosolymis ædes sacra : cui cladi iterum interfuisse se dicit, δεύτερον εἶδον ἐγώ, semel nempe sub Assyriis, iterum sub Romanis, memor Sibylla ætatis suæ fabulosæ, πολυχρονιωτάτη.

Ἐξ ἁγίων γεγαῶτα, καὶ ἄφθιτον αἰὲν ἐόντα,
Ἐκ ψυχῆς ἐλπιζόμενον καὶ σώματος αὐτοῦ.
Οὐ γὰρ ἀκηδέστως αἰνεῖ Θεὸν ἐξ ἀφανοῦς γῆς,
Οὐδὲ πέτρην ποίησε σοφὸς τέκτων παρὰ τούτοις,
Οὐ χρυσὸν κόσμου ἀπάτην ψυχῶν τ' ἐσεβάσθη·
Ἀλλὰ μέγαν γενετῆρα Θεὸν πάντων θεοπνεύστων
Ἐν θυσίαις ἐγέραιρον καὶ ἁγίαις ἑκατόμβαις.
Νῦν δέ τις ἐξαναβὰς ἀφανὴς βασιλεὺς καὶ ἄναγνος
Ταύτην ἔρριψεν καὶ ἀνοικοδόμητον ἀφῆκε,
Σὺν πλήθει μεγάλῳ καὶ ἀνδράσι κυδαλίμοισιν.
Αὐτὸς δ' ὤλετο χέρσον ἐπ' ἀθανάτην ἐπιβὰς γῆν·
Κοὐκέτι σῆμα τοιοῦτον ἐπ' ἀνθρώποισι τέτυκτο,
Ὥστε δοκεῖν ἑτέρους μεγάλην πόλιν ἐξαλαπάξαι.
Ἦλθε γὰρ οὐρανίων νώτων ἀνὴρ μακαρίτης,
Σκῆπτρον ἔχων ἐν χερσὶν, ὅ οἱ Θεὸς ἐγγυάλιξεν,
Καὶ πάντων ἐκράτησε καλῶς, πᾶσί τ' ἀπέδωκε
Τοῖς ἀγαθοῖς τὸν πλοῦτον, ὃν οἱ πρότεροι λάβον ἄνδρες.
Πάσας δ' ἐκ βάθρων εἷλεν πόλεις ἐν πυρὶ πολλῷ,
Καὶ δήμους ἔφλεξε βροτῶν τῶν πρόσθε κακούργων,
Καὶ πόλιν, ἣν ἐπόθησε Θεὸς, ταύτην ἐποίησε
Φαιδροτέραν ἄστρων τε καὶ ἡλίου ἠδὲ σελήνης,
Καὶ κόσμον κατέθηχ', ἅγιόν τε [νεὼν] ἐποίησεν
Ἔνσαρκον, καλὸν, περικαλλέα, ἠδ' ἔπλασε
Πολλοῖς ἐν σταδίοισι μέγαν καὶ ἀπείρονα πύργον
Αὐτῶν ἁπτόμενον νεφέων, καὶ πᾶσιν ὁρατὸν,
Ὥστε βλέπειν πάντας πιστοὺς πάντας τε δικαίους
Δόξαν ἀϊδίοιο Θεοῦ, πεποθημένον εἶδος.
Ἀντολίαι δύσιές τε Θεοῦ κλέος ἐξύμνησαν.
Οὐκέτι γὰρ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι [τὰ] δεινὰ,
Οὐδὲ γαμοκλοπίαι, καὶ παίδων κύπρις ἄθεσμος,
Οὐ φόνος, οὐδὲ κυδοιμὸς, ἔρις δ' ἐν πᾶσι δικαία.
Ὕστατος ἔσθ' ἁγίων καιρὸς, ὅτε ταῦτα περαίνει
Θεὸς ὑψιβρεμέτης, κτίστης ναοῖο μεγίστου.

— 413, sqq. Messias veniet, qui res Judææ restituat in majusque augeat.

404. Codd. κόσμον : corr. Cast.

410. Innuitur finis Neronis haud multo post illatum Judæi bellum, tanquam Dei ultione, consecutus.

416. De Judæa ablatas sibi opes recuperatura idem nunc canitur quod olim de Asia a Romanorum rapinis vindicanda, IV, 142, sqq., et III, 350.

A sanctis positum, quin et sine fine futurum
Ex animo quondam speratum et corpore toto.
Quippe nec illa sacris figlinum numen adorat
Gens pia, nec lapidem sculptoris ab arte recentem,
Aut aurum, aut quidquid mortalia pectora fallit.
Sed qui cælestis vitam pater omnibus afflat,
Hunc unum coluere sacris purisque hecatombis.
At nunc exsurgens illam rex impius ædem
Vi subita prostravit, inexstructamque reliquit,
Agmine stipatus multo ducibusque superbis :
Qui tamen æternam vix terram ingressus obivit;
Nec tale exstiterat signum mortalibus unquam,
Ne quis divinam vellet popularier urbem.
Venit enim cæli vir quidam ex arce beatus,
Sceptra gerens tradente Deo, et victricibus armis
Obvia quæque ruens. Hic protinus omnia justis
Restituit, quæcumque prius sibi rapta dolebant.
Ipse omnes rapidis addictas ignibus urbes
Et perversorum genus obruit omne virorum,
Dilectamque Deo sublimem condidit urbem,
Quæ sole et luna melius stellisque micaret.
Hanc miris ornare modis, ibi condere templum
Corporeum voluit, quo non præstantius ullum,
Et turrim stadiis immensam, fronte petentem
Nubila, conspicuam cunctis, ut nempe viderent
Arrectis omnes oculis justi atque fideles
Numinis æterni decus optatumque triumphum.
Ergo Dei laudes celebrant occasus et ortus.
Nam neque jam species mortalibus ulla malorum,
Nec vaga adulteria, aut pueris infesta libido,
Nec cædes rixæve graves; certare placebit
Justitiæ tantum studio. Tunc ultima sanctis
Tempora, quum dabit hæc magnæ rex conditor ædis.

419, sq. Citat hos duo versus Lact. VII, cap. 24; scribit autem in hujus medio, sicut in fine, ἐποίησε, ac deinde αὐτήν pro ταύτην.

420. Post ἄστρων, Lact. τε non habet.

421. Codd. νεών omittunt, ubi Cast. e conj. ναόν : nos corr.

428. Codd. τά non habebant : supplevit Cast. e conj.

429. Ex Phocylide, v. 1.

431. Codd. ὅτι αὐτά : corr. Ops.

Αἲ αἴ σοι, Βαβυλὼν χρυσόθρονε, χρυσοπέδιλε,
Πουλυετὴς βασίλεια, μόνη κόσμοιο κρατοῦσα,
Ἡ τὸ πάλαι μεγάλη καὶ πάμπολις, οὐκέτι κείσῃ
Οὔρεσιν ἐν χρυσέοις καὶ νάμασιν Εὐφρήταο·
Στρωθήσῃ σεισμοῖο χρόνῳ. Πάρθοι δέ σε δεινοὶ
Πάντα κρατεῖν ἐποίησαν. Ἔχε στόμ' [ἄφημον], ἀνάγνη
Χαλδαίων γενεή· μήτ' εἴρεο, μηδὲ μερίμνα,
Πῶς Περσῶν ἄρξεις, ἢ πῶς Μήδων τε κρατήσεις.
Εἵνεκα γὰρ τῆς σῆς ἀρχῆς, ἧς ἔσχες, ὅμηρα
Εἰς Ῥώμην πέμψασα, καὶ Ἀσσίδι θητεύουσα,
Τοιγάρτοι καὐτὴ βασιλὶς φρονέουσ', [ἐπὶ] κρίσιν
[Ἀδικιῶν] ἥξεις, ὧν εἵνεκα λυγρὰ πέπονθας·
Δώσεις δ' ἀντὶ λόγων σκολιῶν πικρὸν λόγον ἐχθροῖς.
Ἔσται δ' ὑστατίῳ καιρῷ ξηρός ποτε πόντος,
Κοὐκέτι πλωτεύσουσιν ἐς Ἰταλίην ποτὲ νῆες,
Ἀσσὶς δ' ἡ μεγάλη τότε πάμφορος ἔσσεται ὕδωρ,
Καὶ Κρήτη πεδίον. Κύπρος δ' ἕξει μέγα πῆμα,
Καὶ Πάφος αἰάξει δεινὸν μόρον, ὥστε νοῆσαι
Καὶ Σαλαμῖνα πόλιν μεγάλην μέγα πῆμα παθοῦσαν·
Νῦν μὲν χέρσος, ἄκαρπος ἐπ' ἠόνος ἔσσεται αὖθις.
Ἀκρὶς δ' οὐκ ὀλίγη χθόνα Κύπριον ἐξολοθρεύσει.
Εἰς Τύρον, αἰνόμοροι μέροπες, κλαύσεσθε βλέποντες.
Φοινίκη, δεινός σε μένει χόλος, ἄχρι πεσεῖν σε
Πτῶμα κακὸν, σειρῆνες ὅπως κλαύσονται ἀληθῶς.
Ἔσται δ' ἐν πέμπτῃ γενεῇ, ὅτ' ἐπαύσατ' ὄλεθρος
Αἰγύπτου, βασιλῆες ὅταν μιχθῶσιν ἀηδεῖς,
Παμφύλων γενεαὶ κεἰς Αἴγυπτον καθεδοῦνται,
Ἔν τε Μακηδονίῃ καὶ ἐν Ἀσσίδι καὶ [Λιβύεσσι]
Κοσμομανὴς πόλεμος, πολυαίματος ἐν κονίῃσιν,

— 433, sqq. In Babylonem Parthorum. — 446, sqq. In Asiæ Phœnicesque urbes. — 457, sqq. Quinta generatione post finem Ægyptiæ calamitatis, id est post Philometorem (cfr. III, 318, et hæc refer ad Cleopatræ tempora), rursus ardebit

438. Codd. ἔχε στόμα φιμόν, ubi nos olim στόμ' ἄφιμον, nunc verius ἄφημον, probante vel non repugnante Hasio ad H. St. Par. De sensu cfr. Isaï. cap. 47, v. 5. In fine autem ἀνάγνη nostrum est pro ἀνάγκης.

441. Codd. ἔσχεν : nos corr.

443. Codd. εἰς κρίσιν : nos corr., mutata leviter præpositione, admissa vero in κρίσιν licentia metri Sibyllina.

444. Codd. ἀττικῶν, sine sensu, pro ἀδικιῶν, ac deinde λύτρα : utrumque nos corr. Producitur α in ἀδικιῶν, ut in ἄδικον, II, 61, et cfr. XIII, 19.

Væ tibi, væ, Babylon ingens, soliumque pedesque
Aurea! Væ, regina diu dominata per orbem,
Urbs vetus et quondam sola urbs! non montibus aureis
Amplius, Euphratis non jam residebis ad undas:
Quippe cades motu subito. Te fecerat atrox
Reginam Parthus. Sed nunc os comprime, fœda
Chaldææ soboles. Ne cura, neve require
Quo possis pacto Persas Medosve domare.
Nam regni causa, missis, quos mittere jussa es,
Obsidibus Romam, atque Asiæ famulata superbæ,
Judicium, sapiens olim regina, subibis
Criminibus dignum, et pœnas cum fenore solves,
Hostiles experta malis pro vocibus iras.
Arescent vero extremis maria ipsa diebus,
Itala nec velis tendent jam ad litora naves.
Tum pingues Asiæ campi vertentur in undas,
Et Creta in campum. Feret et fata aspera Cyprus,
Et Paphus infaustam sortem gemet, et Salamina
Ingentem videas urbem mala multa dolentem,
Cultus ager quoniam sterilis tunc fiet arena.
Cypria nec paucæ vastabunt arva locustæ;
Conspectaque Tyro, mortales flebitis ægri.
Phœnice, metuenda tibi parat ira ruinam,
Exitium vere ut plorent sirenes acerbum.
At genere in quinto postquam de clade quierit
Ægyptus, dum fœda duces connubia jungent,
Omnigenæ invadent gentes Ægyptia rura,
Atque Macedoniæ, Libyæque Asiæque tremenda
Vis belli incumbet, terram sparsura cruore,

bellum in Ægypto, inque Macedonia, Asia, Africa, comprimendum per Romæ regem [Augustum nempe] et occidentis dynastas [id est, Romanos Cæsares]. —

448. Pro τότε, an melius ποτε?

449. De Cypro commota, cfr. IV, 125, sq.; 143, sqq.

450. Codd. ἀΐξει.

456. Codd. plerique κλαύσωνται (sic).

457, sq. Huc pertinet καὶ τότε παύσῃ, lib. III, 318, notandum præ ceteris hemistichium, ad quod vide not.

458. In fine, ἀναιδεῖς legendum et ad Cleopatram referendum.

460. Codd. καὶ λυκίοισι: correximus nos e conj. Quid enim hic agant Lycii, erasi tunc ex albo nationum? Contra, Cleopatræ atque ideo Cæsaris temporibus bella videmus in Africa exarsisse.

461. Codd. κοσμοχαρής: sed cfr. 361.

Ὃν παύσει Ῥώμης βασιλεὺς δυσμῶν τε δυνάσται.
Χειμερίη ὁπόταν ῥιπὴ στάξῃ χιονώδης,
Πηγνυμένου μεγάλου ποταμοῦ λιμνῶν τε μεγίστων,
Εὐθὺς βάρβαρος ὄχλος ἐς Ἀσσίδα γαῖαν ὁδεύσει,
Καὶ Θρακῶν ὀλέσει δεινὸν γένος, ὡς ἀλαπαδνόν.
Καὶ τότε θυμοβόροι μέροπες κατέδουσι γονῆας,
Λιμῷ τειρόμενοι, καὶ ἐδέσματα λαιφάσσονται.
Πάντων δ' ἐκ μελάθρων θῆρες κατέδουσι τράπεζαν,
Αὐτοί τ', οἰωνοί τε βροτοὺς κατέδουσιν ἅπαντας.
Ὠκεανός τε κακῶν πλησθήσεται ἐκ ποταμοῖο
Αἱματόεις, σάρκας τε καὶ αἵματα τῶν ἀνοήτων·
Εἶθ' οὕτως ὀλιγηπελίη ἔσεται κατὰ γαῖαν,
Ὥστε νοεῖν ἀνδρῶν τ' ἀριθμὸν, μέτρον τε γυναικῶν.
Μυρία δ' οἰμώξει δεινὴ γενεὴ κατὰ τέρμα
Ἠελίου δύνοντος, ἵν' ἔμπαλι μηκέτ' ἀνέλθῃ,
Ὠκεανοῦ μείνας ἵν' ἐφ' ὕδασι βαπτισθείη·
Πολλῶν γὰρ μερόπων εἶδεν κακότητας ἀνάγνους.
Ἔσται δὲ σκοτόμαινα περὶ μέγαν οὐρανὸν αὐτὸν,
Ἀχλὺς δ' οὐκ ὀλίγη κόσμου πτύχας ἀμφικαλύψει.
Δεύτερον αὐτὰρ ἔπειτα Θεοῦ φάος ἡγεμονεύσει
Ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖσιν, ὅσοι Θεὸν ἐξύμνησαν.
Ἶσι, θεὰ τριτάλαινα, μενεῖς δ' ἐπὶ χεύμασι Νείλου
Μούνη, μαινὰς ἄτακτος, ἐπὶ ψαμάθοις Ἀχέροντος,
Κοὐκέτι σου μνεία γε μενεῖ κατὰ γαῖαν ἅπασαν.
Καὶ σὺ, Σέραπι, λίθοις ἐπικείμενε, πολλὰ μογήσεις·
Κείσῃ πτῶμα μέγιστον ἐν Αἰγύπτῳ τριταλαίνῃ.
Ὅσσοι δ' Αἰγύπτου πόθον ἤγαγον εἰς σὲ, ἅπαντες
Κλαύσονταί σε κακῶς· νοῦν [δ'] ἄφθιτον ἐν φρεσὶ θέντες,
Γνώσονταί σε τὸ μηδὲν, ὅσοι Θεὸν ἐξύμνησαν.
Καί τις ἐρεῖ τῶν ἱερέων [λινόστολος] ἀνὴρ,

— 463, sqq. Quum Nilus glacie rigebit [mirum sane, sed vide not.], fiet barbarorum [an Scytharum ?] in Asiam et Thraciam irruptio. — 475, sqq. Sub finem solis [non, ut supra, 360, sub finem lunæ], fient tenebræ per orbem universum,

467. Aliquid simile, quanquam in diversa re, supra, 223.

473. Codd. ὀλίγη ποελίη : nos corr., viro tamen quodam docto præeunte : et vide VII, 63.

476. Ἠελίου κατὰ τέρμα, sicut supra κατὰ τέρμα σελήνης, quos locos confer.

482. Ὅσοι Θ. ἐξύμνησαν : cfr. infra 490 et 496.

483, sqq. De Isidis templo, cfr. supra,

Quam repriment Romæ rex Hesperiique dynastæ.
Post hæc, hibernis nivibus quum defluet aer,
Quum fluviusque ingens et maxima stagna rigescent,
Invadet trepidantem Asiam gens barbara, et ipsos
Opprimet immanes, ceu sint sine robore, Thracas.
Tunc homines miseri vescentur carne parentum,
Infandasque, premente fame, cogentur in escas;
Præbebitque feris epulas domus omnis, et uncæ
Discerpent volucres humana cadavera passim;
Plenus et oceanus, fluvio affundente malorum
Relliquias, carnes deglutiet atque cruorem.
Hinc tellus defectu hominum tam sola manebit,
Matronas ut jam liceat numerare virosque.
Multa autem sub fine gemet deterrima proles,
Quum sol occiderit nunquam rediturus, et altum
Mersus in oceanum, radios exstinxerit undis,
Quippe malos hominum mores spectare perosus.
At cælum immensum nox circumfusa tenebit,
Et mundum mundique cavos teget umbra recessus.
Hinc iterum præerit cælesti lumine sanctis
Fax divina viris, magnum qui Numen adorant.
Isi, dea infelix, Nili remanebis ad amnem
Sola, furens mænas, siccis Acherontis arenis;
Fama nec ulla tui toto retinebitur orbe.
Tuque, Serapi, sedens saxosa mole, dolebis
Ægypto in misera, magna prostrate ruina;
Quique per Ægyptum tibi se addixere volentes,
Flebunt insani : sed te nihil esse videbunt
Qui recta sunt mente, Deo qui carmina fundunt.
Atque aliquis tunc pontificum, cui linea vestis :

relicta solis Judæis luce. — 483, sqq. Compellantur, non tam minaciter quam flebiliter, Ægypti numina, Isis et Serapis, quorum templis ruina prædicitur. —

54, sqq., et ibi not. Clemens Alex., in Protrept. pag. 44, hos versus citat, 483-488, omisso 485.

484. Pro ἄτακτος, Clem. ἄναυδος, an rectius?

486. Clem., omissis duobus in fine verbis: Καὶ σὺ Σέρ. λίθους ἀργοὺς ἐπικείμενε πολλούς, optime sane : respicit enim ad Serapidis templum, Alexandriæ, multis marmoreis altum gradibus : vide not.

489. Codd. δ' non habebant.

490. Cfr. supra, 482.

491. Codd. λινσόσσιος vel λινσύσσιος: nos corr. tuta conjectura : sed vide not.

Δεῦτε Θεοῦ τέμενος καλὸν στήσωμεν ἀληθές·
Δεῦτε, τὸν ἐκ προγόνων δεινὸν νόμον ἀλλάξωμεν,
Τοῦ χάριν ἢ λιθίνοις ἢ ὀστρακίνοισι θεοῖσι
Πομπὰς καὶ τελετὰς ποιούμενοι οὐκ ἐνόησαν.
Στρέψωμεν ψυχὰς, Θεὸν ἄφθιτον ἐξυμνοῦντες,
Αὐτὸν τὸν γενετῆρα, τὸν ἀΐδιον γεγαῶτα,
Τὸν πρύτανιν πάντων, τὸν ἀληθέα, τὸν βασιλῆα,
Ψυχοτρόφον γενετῆρα, Θεὸν μέγαν, αἰὲν ἐόντα.
Καὶ τότ' ἐν Αἰγύπτῳ ναὸς μέγας ἔσσεται ἁγνὸς,
Κεὶς αὐτὸν θυσίας οἴσει λαὸς θεότευκτος.
Κείνοισι δώσει Θεὸς ἀφθίτως βιοτεύειν.
Ἀλλ' ὅταν ἐκπρολιπόντες ἀναιδέα φῦλα Τριβαλλῶν
Αἰθίοπες [μέλλωσ' Αἰγύπτου γαῖαν] ἀροῦσθαι,
Ἄρξονται κακότητος, ἵν' ὕστερα πάντα γένηται.
Νηὸν γὰρ καθελοῦσι μέγαν Αἰγυπτιάδος γῆς.
Ἐν δὲ Θεὸς βρέξει κατὰ γῆς δεινὸν χόλον αὐτοῖς,
Ὥστ' ὀλέσαι πάντας τε κακοὺς πάντας τ' ἀνόμους τε.
Κοὐκέτι δὴ φειδώ τίς γ' ἔσσεται ἐν χθονὶ κείνῃ,
Ἀνθ' ὧν οὐκ ἐφύλαξαν ὅ μιν Θεὸς ἐγγυάλιξεν.
Ἠελίου φαέθοντος ἐν ἀστράσιν εἶδον ἀπειλὴν,
Ἠδὲ Σεληναίης δεινὸν χόλον ἐν στεροπῆσιν·
Ἄστρα μάχην ὤδινε· Θεὸς δ' ἐπέτρεψε μάχεσθαι.
Ἀντὶ γὰρ Ἠελίου μακραὶ φλόγες ἐστασίαζον·
Φωσφόρος ἔσχε μάχην ἐπιβὰς ἐς νῶτα Λέοντος·
Ἡ δὲ Σεληναίης δίκερως [ἠλλάξατο ἴτυς]·
Αἰγόκερως ἔπληξε νέου Ταύροιο τένοντα·
Ταῦρος δ' Αἰγοκέρωτος ἀφήρπασε νόστιμον ἦμαρ·
Καὶ ζυγὸν Ὠρίων ἀπενόσφισε μηκέτι μεῖναι·
Παρθένος ἐν Κριῷ Διδύμων ἠλλάξατο μοῖραν·
Πλειὰς δ' οὐκέτ' ἔφαινε· Δράκων δ' ἠρνήσατο Ζώνην·

— 491, sqq. Sacerdos aliquis Ægyptius suos ad vera sacra convertet, Deoque struet ædem novam [usque ad ultimos mundi dies mansuram, infra, 506, non ergo illam Oniæ sub Vespasiano destructam]. — 503, sqq. Sed quum Æthiopes, relictis Triballorum [quod sane mirum] impuris gentibus, Ægyptum invaserint et arare cœperint, quumque Dei veri ædem [illam nempe Ægyptiam modo dictam]

494. Codd. τοῦ χάρις : corr. Opsop. Deinde pro secundo ἢ legebatur καί : nos corr.

499. Ductum videtur ψυχοτρόφον ex Procem. 46, ubi verbum ψυχοτροφέω.

501. Codd. quidam θεότακτος.

503. De Triballis istis, ex Æthiopia (mirum!) adductis, vide not.

Huc agite, et veram supremi Numinis ædem
Ponamus, dicet, majorum more relicto,
Saxea qui quondam aut testacea signa colebant,
Fictilibusque deis pompas et sacra ferebant.
Conversis animis nunc immortale precemur
Cælipotens Numen, rerumque hominumque parentem,
Omnia qui nutu regit et super omnia regnat,
Omnia fecit alitque, unus pater et Deus unus.
Tunc ingens mediis Ægypti tractibus ædes
Surget : eo populus vero de Numine cretus
Sacra feret : vitam dabit his Deus incorruptam.
Sed quum, desertis, impura gente, Triballis,
Æthiopes venient Ægypto impingere aratrum,
Hi cladem incipient; mala deinde extrema sequentur,
Ægypti magnam eruerint quum funditus ædem.
Nam Deus in terras immanem depluet iram,
Ut cuncti pereantque mali, pereantque nefandi :
Nec cuiquam deinceps terra parcetur in illa,
Jussa quod æterni male servavere Parentis.
Solis in astra minas vidi flagrantis, et iram
Ardentis Lunæ rutili per fulgura cæli.
Sidera parturiunt pugnam; fit magna volente
Pugna Deo. Ardentes flammæ pro lumine Solis
Prælia discordes agitant. In terga Leonis
Lucifer insiliit. Mutavit Luna bicornis
Effigiem disci. Capricornus fortia Tauri
Colla furens ictu petiit, cui Taurus ademit
Spem reditus. Libram Orion statione removit ;
Cum Geminis partes mutavit in Ariete Virgo ;
Delituit Pleias ; Zonam ferus abnuit Anguis ;

dejecerint, ultima pernicies ipsis primum, deinde ceteris etiam populis omnibusque perversis, sed illi præcipue terræ [Ægypto videlicet], parata est, impietatis causa. — 511, sqq. Rursus [ut supra, 206, sqq.] immanis astrorum conflictus describitur, quibus de cælo cadentibus orbis totus incendio peribit.

504. Codd. αἰθίοπες μείνωσ' αἴγυπτον ἑήν τε ἀροῦσθαι : nos corr.

511, sqq. Confer supra, 211, sqq.

513. Codd. μάλ' ἦν, ubi μάχην Ops. e Cast. conj. An vero potius ἦρχε μάχης, suadente anonymo quodam viro docto?

516. Codd. δίκερος, et statim ἠλλάξατ' ὀϊζύς : utrumque nos corr., etsi non obliti priorem in ἴτυς male produci.

518. Νόστιμον ἦμαρ : cfr. supra, 91.

Ἰχθύες εἰσεδύοντο κατὰ ζωστῆρα Λέοντος·
Καρκίνος οὐκ ἐνέμεινεν, ἔδεισε γὰρ Ὠρίωνα·
Σκορπίος οὐρὰν ἐπῆλθε διὰ δεινοῖο Λέοντος·
Ἡ δὲ Κύων ὤλισθεν ἀπὸ φλογὸς Ἠελίοιο·
Ὑδροχόος δ' ἐπύρωσε μένος κρατεροῖο Φαεινοῦ.
Ὦρτο μὲν οὐρανὸς αὐτὸς, ἕως ἐτίναξε μαχητάς·
Θυμωθεὶς δ' ἔρριψε καταπρηνεῖς ἐπὶ γαῖαν.
Ῥίμφα μὲν οὖν πληγέντες ἐπ' ὠκεανοῖο λοετρὰ,
Ἧψαν γαῖαν ἅπασαν· ἔμεινε δ' ἀνάστερος αἰθήρ.

521. Ζώνην prius jam legimus supra, 209, si tamen eadem illic, quæ hic est interpretanda : sed vide not.

524. An potius ὑπῆλθε? Utique manebit syntaxis, quamvis haud dubio sensu, intricata, Sibyllino vitio.

530. Codd. aliqui ῥίψαν pro ἧψαν. Finem hujus versus videtur imitari Lac-

Et trepidi Pisces latus assiluere Leonis.
Nec mansit Cancer, quippe Oriona timebat;
Scorpius optavit caudam subiisse Leonis;
Aufugitque Canis flammato Solis ab æstu;
Luciferi rapidos accendit Aquarius ignes.
Ipsum surrexit Cælum, pugnantia donec
Agmina discutiens, stellas dejecit ab alto
Præcipites. Illæ Oceanum totamque cadentes
Terram incenderunt; mansit sine sidere cælum.

tantius VII, cap. 14, dum ait : « Stellæ « vero creberrimæ cadent, ut cælum omne « sine ullis luminibus appareat. » Confer ipsam Sibyllam, VIII, 190, sqq. — Additur in quibusdam codd. stichometria φλη', 538, octo excedens numeris, nec falsa tamen, quia respicit ad versus nonnullos post 245 male iteratos.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΕΚΤΟΣ.

Ἀθανάτου μέγαν υἱὸν ἀοίδιμον ἐκ φρενὸς αὐδῶ,
Ὧ θρόνον ὕψιστος γενέτης παρέδωκε λαβέσθαι,
Οὔπω γεννηθέντι· ἐπεὶ κατὰ σάρκα τὸ δισσὸν
Ἠγέρθη, προχοαῖς ἀπολουσάμενος ποταμοῖο
Ἰορδάνου, ὃς φέρεται γλαυκῷ ποδὶ κύματα σύρων·
Ὃς, πυρὸς ἐκφεύξας, πρῶτος [Θεοῦ ὄψεται ἡδὺ
Πνεῦμ' ἐπιγινόμενον] λευκαῖς πτερύγεσσι πελείης.
Ἀνθήσει δ' ἄνθος καθαρὸν, βρύσουσι δὲ πηγαί.
Δείξει δ' ἀνθρώποισιν ὁδοὺς, δείξει δὲ κελεύθους
Οὐρανίας· πάντας δὲ σοφοῖς μύθοισι διδάξει.

Arg. Liber (si liber dicendus est, ita brevis) hymno quam vaticinio similior, aperte cum sequente cognatus, totus in laudem Christi. Conf. Exc. notr. V, cap. 9, et Argumentum libri VII. — 1, sqq. Christi natura, baptismus, vita. —

Titulus neque in codd. neque in edd. variat, Λόγος ἕκτος. Tantum in codice Vindobonensi ad marginem additum est : Ἑτέρας εἶναι ταῦτα δοκεῖ. Liber igitur non modo novus, sed et alia manu scriptus, quod per se satis patebat. Lactantius item, Div. Inst. IV, cap. 15, ab alia Sibylla scriptum hunc esse docet ac librum VIII, § 2, citans ex utroque versus aliquot. Notandum autem in manuscriptis recens a Maio editis, Ambrosiano scilicet et Vaticanis, seorsim hunc reperiri, non sine magna lectionis varietate, quam plerumque amplexuri sumus, vulgatam ante nos scripturam, sicut libro IV jam fecimus, uno verbo designantes, *Olim*.

2. De Messia thronum David obtinente, confer VII, 32, et Luc. Evang. cap. 1,

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER SEXTUS.

Æterni magnum celebrant mea pectora natum,
Cui pater omnipotens solium concessit habendum,
Nondum progenito; natales carne secundos
Qui cepit, sacro postquam sese abluit amne
Jordani, cujus glauco pede labitur unda;
Qui, flamma effugiens, primus sibi dulce videbit
Flamen adesse Dei, candentis more columbæ.
Florebit flos purus; aquis fons diffluet omnis.
Cælestes hominum generi callesque viasque
Monstrabit : simul hos sapienti voce docebit

v. 32, præeunte Isaïa, cap. 9, v. 7.

3. Olim μήπου γεννηθέντος, ἐπεὶ διὰ σάρκα : nos codd. novos sequimur : tu vide not.

4. Olim προχοαῖς δ' ἀπολ.

6. Olim ἐκ πυρὸς ἐκ πρώτου πρῶτος Θεὸς, ὅστε καὶ ἡδὺν Πνεύματι γινόμενον. Novi codd. ut nos, nisi quod Θεόν habent ὄψεται ἡδὺν πνεύματι γινόμενον : nos corr. Cfr. Matth. Evang. cap. 3, v. 26, ubi videtur εἶδε ad Christum, non ad Joannem referri, et sic plerique veterum intellexerunt cum nostro Sibyllista. Apud hunc videtur ἡδὺ Πνεῦμ' esse desumptum ex Procemio, 5, ubi γλυκὺ Πνεῦμα, et ibidem in Lactantii codd. Θεόν ipsum dictum invenias.

7. Columbæ colorem hinc fortasse duxit Lactantius, IV, cap. 15 : « In spe« ciem, inquit, columbæ candidæ. »

8. Prius hemistichium citatur a Lactantio, IV, cap. 13. In altero legebatur olim βρύουσι δὲ πάντα, sed novi codd. ut nos : cfr. Ezechiel. cap. 47, v. 1-12.

10. Olim οὐρανίους, utrumque legitime.

Ἄξει δ' εἴς τε δίκην καὶ πείσει λαὸν ἀπεχθῆ,
Αἰνετὸν αὐχήσας πατρὸς γένος οὐρανίδαο.
Κύματα πεζεύσει, νούσους δ' ἀνδρῶν ἀπολύσει,
Στήσει τεθνηῶτας, ἀπώσεται ἄλγεα λυγρά·
Ἐκ δὲ μιῆς ῥίζης ἄρτου κόρος ἔσσεται ἀνδρῶν,
Οἶκος ὅταν Δαβὶδ φύῃ φυτόν· ἐν χερὶ δ' αὐτοῦ
Κόσμος ὅλος, καὶ γαῖα, καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα.
Ἀστράψει δ' ἐπὶ γῆς, οἷόν ποτε πρῶτα φανέντα
Εἶδον ἀπ' ἀλλήλων πλευρῶν δύο γεννηθέντες.
Ἔσσεται, ἡνίκα γαῖα χαρήσεται ἐλπίδι παιδός.
Σοὶ δὲ μόνῃ, Σοδομῖτι γαίῃ, κακὰ πήματα κεῖται.
Αὐτὴ γὰρ δύσφρων τὸν σὸν Θεὸν οὐκ ἐνόησας,
[Παίζοντα θνητοῖσι νοήμασιν]· ἀλλ' ἀπ' ἀκάνθης
Ἔστεψας στεφάνῳ, φοβερὴν δὲ χολὴν ἐκέρασσας
Εἰς ὕβριν καὶ [πῶμα]· τό σοι κακὰ πήματα τεύξει.
Ὦ ξύλον ὦ μακαριστὸν, ἐφ' ᾧ Θεὸς ἐξετανύσθη,
Οὐχ ἕξει σε χθὼν, ἀλλ' οὐρανὸν οἶκον ἐσόψει,
Ἡνίκ' [ἂν] ἀστράψῃ τὸ νέον Θεοῦ ἔμπυρον ὄμμα.

— 21-25. Exprobratur Judæis amentia et pœna prædicitur ob divinæ passionis scelus. — 26, sqq. Invocatio ad sanctam Crucem.

11. Pro πείσει, quod in codd. et edd. inconstanter lectum est, novi codd. πιάσει, male. In fine, vide an ἀπειθῆ malis, ut III, 668, et I, 204.

13. Melius fortasse πεζεύσεις, νόσους. Novi codd. νόμους δ' ἀνδρῶν ἀπολ. Lactantius, IV, cap. 15, hunc et duo sqq. versus affert, ita scribens, νόσον ἀνθρώπων ἀπολ. Jam vero duo priores, iisdem fere literis, legimus translatos in librum I, 355, sq.

14. Pro λυγρά codd. alii cum Lactantio, πολλά.

15. Sic olim codd. et edd. ῥίζης. Novi codd. ἐκ δὲ μιῆς σπείρης, unde firmatur Lactantii lectio πήρης, quam ipse sic interpretatur, « de unius perionis pane », sed profecto malam et ineptam.

16. Cfr. VII, 32 et 39.

18. Novi codd. ἐπὶ γῆν, et statim οἷόν ποτε πρῶτα φανέντος ac versu sequenti εἶδος, omisso verbo et trunco sensu.

19. Codd. omnes γεννηθέντα : nos corr.

21. Novi codd. μόνῃ omittunt, ac deinde σολυμῖτι habent, an recte? Certe Sodomam pro Hierosolymis poni Christianis familiare est, Apocal. cap. 11, v. 8, præeuntibus jam antiquitus prophetis, Isaï. cap. 1, v. 9, sq.; Ezechiel. cap. 16, passim.

Justitiam colere, et populum convertet iniquum,
Cælesti de patre genus sublime professus.
Per fluctus pedes ibit; et omnes sive dolores,
Seu morbos pellet; functos quoque funere solvet
Ex una radice cibo satiabit opimo
Mortales, quum stirps crescet Davidica, cujus
In manibus cælum, tellus, mare, totus et orbis.
Fulgebit terris, qualem videre priores,
Mutua qui junctis cepere exordia costis.
Tempus erit, quum spe tellus gaudebit alumni.
Te vero mala dura manent, Sodomitica tellus;
Numen quippe tuum cognoscere, vana, negasti,
Sensibus humanis ludentem. Quin et acutis
Cinxisti spinis caput, et lita felle dedisti
Pocula, ludibrii pœnam passura nefandi.
O lignum felix, in quo Deus ipse pependit,
Non te terra feret, cæli sed templa videbis,
Quum renovata Dei facies ignita micabit.

22. Τὸν σὸν Θεὸν, κ. τ. λ. : cfr. VII, 53, 66, et eamdem agnosce manum. Citat porro hunc et duo sqq. Lactantius, IV, cap. 18, atque ex ejus fide Augustinus, de Civ. Dei, XVIII, cap. 23.

23. Codd. omnes πταίοντα θνητοῖσι νοήμασιν, ubi Lact. παίζοντα, minime dubia lectione; ipse enim sic vertit : « Ludentem, sive, ut alia ferunt exemplaria, « illudentem humanis cogitationibus », neque ipse, neque divus Augustinus videntur hac offensi fuisse sententia, Docetarum licet hæresim redolente : subtiliores theologi medelam textui Sibyllino quæsiverunt, πταίοντα scribentes pro παίζοντα; nos Lactantium sequimur. At longe aliter novi codd. nec tam prope ad Docetarum mentem, ἐλθόντα θνητοῖσιν ἐν ὄμμασιν, quos, ut in ceteris, hic secuti essemus, si verisimile esset ἐλθόντα e πταίοντα vel παίζοντα derivari.

25. Codd. omnes πνεῦμα, ubi nos πῶμα. Cfr. VIII, 294, sq. ; 303, sq.

26. Citat hunc versum Sozomenus, Hist. trip. § 18, et Hist. Eccl. II, § 1. Habuit etiam in mente Nazianzenus ad Nemesium, ubi ait : Σταυρὸν δὲ σέβοι μέτροισι Σίβυλλα.

27. Codd. οὐχ ἕξεις οὐ χθών, alii οὐχ ἕξει οὐκέτι χθών, novissimi pessime οὐχ ἕξεις ἐχθρόν : corr. Ops. Ad hunc versum vide not.

28. Codd. ἡνίκα ἀστράψει vel ἀστράψῃ : nos ἂν addimus metri causa. Deinde pro τὸ νέον habent novi codd. τόσσον, unde conjicias ἀστράψειε τὸ σόν, ut Θεός legatur in vocativo, dubie tamen. De sensu, cfr. Apocal. cap. 19, v. 12.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

[Ὦ Ῥόδε, δειλαίη σύ· σὲ γὰρ πρώτην, σὲ δακρύσω.]
Ἔσσῃ δὲ πρώτη πόλεων, πρώτη δ' ἀπολέσσῃ,
Ἀνδρῶν μὲν χήρη, βιότου δέ γε πάμπαν ἀδευκής.
Δῆλε, σὺ μὲν πλεύσεις, καὶ ἐφ' ὕδατος ἄστατος ἔσσῃ.
Κύπρε, σὲ δ' ἐξολέσει γαμικῆς ποτε κῦμα θαλάσσης.
Σικελίη, φλέξει σε τὸ καιόμενον κατὰ σοῦ πῦρ.
. . . .
Οὐδ' ἀλέγειν τὸ Θεοῦ φοβερὸν καὶ ἐπήρατον ὕδωρ.
. . . .
Νῶέ τις ἐκ πάντων μοῦνος φυγὰς ἤλυθεν ἀνδρῶν.

Arg. Liber hic cum priore arcte cohæret, hoc præcipue diversus quod jam non theologicas tantum, sed et, ceterorum instar librorum, fatidicas partes implet adversus multas gentes urbesque, quanquam ad mystica sæpe relabens : fetus poetæ partim orthodoxi, partim judaïsmum redolentis, partim ad hæreticas hallucinationes proni. Ætas videtur sæculo III medio proxima ob prædictionem de Alexan-

Titulus ad hunc quoque librum in codd. et edd. non variat, Λόγος ἕβδομος, et statim in omnibus incipit versus qui diu primus fuit, nunc secundus. Ἔσσῃ δὲ πρώτη, κ. τ. λ.

1. Deerat hic versus priusquam a nobis erueretur ex Maii codice Ambrosiano, seu verius ex editione Maiana Mediolanensi, inter aliquas versuum Sibyllinorum quisquilias libro VI subjectas. Ibi scriptum legitur, δειλαίη σὲ, σὲ γάρ : nos corr.

2. De Rhodo prima urbium futura primaque peritura, non est cum poeta ca-

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER SEPTIMUS.

O Rhode, te miseram, primo te carmine flebo :
Prima urbes inter fueris, ac prima peribis,
Orba viris, nec jam mortali habitabilis ulli.
Dele, natabis, et instabili jactaberis unda.
Cypre, maris te quondam uxorius opprimet æstus.
Sicilia, internis ardesces ignea venis.
. . . .
Nec tremere irati metuendam numinis iram.
. . . .
Noe, hominum solus, fugit communia fata.

dri Severi expeditione Persica, v. 45, sqq. Patria, si fas conjicere, Syria seu Cœle-Syria seu Phœnice, ob versus 74, 114, 62 : Ægyptum enim vix aut leviter indicant versus 18, sqq., et 115, sq. Confer Excursum nostrum V, cap. 9. — 1-3. Rhodus prima omnium peritura defletur. — 4-6. Vaticinia in Delum, Cyprum et Siciliam. — 7-11. De diluvio universo fragmenta mutila et dissuta. —

lumniandum, sed « prima » intelligendum quasi « præcipua seu præ ceteris » : cfr. VIII, 38.

4, sq. De Delo peritura, cfr. IV, 92, et locos ibi cit. De Cypro, IV, 127, etc.

6. Cfr. IV, 80, sqq.

7, sqq. Hic et proximi versus lacunis hiant, antiquis videlicet ac primariis, et fortasse ad imitationem Sibyllinæ farraginis de industria hic relictis, unde in librum I transierunt, eodem fere ordine iisdemque verbis. Cfr. I, 183, sqq.

. . . .
Πλεύσει γῆ, πλεύσει δὲ ὄρη, πλεύσει δὲ καὶ αἰθήρ.
Ὕδωρ ἔσται πάντα, καὶ ὕδασι πάντ' ἀπολεῖται.
Στήσονται δ' ἄνεμοι, καὶ δεύτερος ἔσσεται αἰών.
Ὦ Φρυγίη, πρώτη δ' ἀναλάμψεις ὕδατος ἄκρου.
Πρώτη δ' εἰς ἀσέβειαν ἀπαρνήσῃ Θεὸν αὐτὴ,
Ἄλλοις εἰδώλοις κεχαρισμένη, ὅσσα σε, δειλὴ,
Ἐξολέσει, πολλῶν περιτελλομένων ἐνιαυτῶν.
Αἰθίοπες δύστηνοι, ὑπ' ἄλγεος οἰκτρὰ παθόντες,
Ῥομφαίαις πλήξονται ὑπὸ χρόα πεπτηῶτες.
Τὴν λιπαρὴν Αἴγυπτον ἀεὶ σταχύεσσι μέλουσαν,
Ἣν Νεῖλος νηκτοῖς ὑπὸ κύμασιν ἑπτὰ μεθύσκει,
Ἀλλήλων ἔμφυλος ἐλεῖ στάσις· ἔνθεν ἀέλπτως
Ἀνέρες ἐξελάσουσι τὸν οὐ θεὸν ἀνδράσιν Ἆπιν.
Αἲ αἲ, Λαοδίκεια, σὺ δ' οὐ Θεὸν οὔποτ' ἰδοῦσα
Ψεύσῃ, τολμηρή· [κλύσει] δέ σε κῦμα Λύκοιο.
. . . .
Αὐτὸς ὁ γεννηθεὶς ὁ μέγας Θεὸς, ὃς [τέρα] πολλὰ
Ποιήσει, κρεμάσει δὲ δι' αἰθέρος ἄξονα μέσσον·
Στήσει δ' ἀνθρώποισι μέγαν φόβον ὑψόσ' ἰδέσθαι,
Κίονα μετρήσας μεγάλῳ πυρὶ, οὗ ῥαθάμιγγες
Ἀνθρώπων ὀλέσουσι γένη, κακὰ δηλησάντων.
Ἔσται γάρ ποτε [κεῖνος ἅπαξ] χρόνος, ἔνθαδε φῶτες
Ἐξιλάσουσι Θεόν γ', ἀλλ' οὐ παύσουσιν ἀνίας
Ἀχράντους. Δαβὶδ δὲ δι' οἴκου πάντα τελεῖται.
Τῷ γάρ τ' αὐτὸς ἔδωκε Θεὸς [θρόνον] ἐγγυαλίξας·
Οἱ δὲ διαγγελτῆρες ὑπαὶ ποσὶ κοιμήσονται,
Οἵ τε πυρὰς φαίνουσι, καὶ οἱ ποταμοὺς φαίνουσιν,
Οἵ τ' ἄστη σώζουσι, καὶ οἱ πέμπουσιν ἀήτας.

— 12, sqq. Prima diluvio emerget Phrygia, unde falsorum origo deorum. — 16, sq. In Æthiopiam graviter plectendam. — 18, sqq. In Ægyptum civilibus bellis arsuram ob Apin inventum, deinde expulsum. — 22, sq. In Laodiceam Phrygiæ.

9. Cfr. I, 193, ubi πλεύσουσιν ὄρη.

10. Cfr. I, 194, ubi ἔσται ἅπαντα.

12. Cfr. I, 196, ubi ἀποδύσῃ ἀφ' ὕδ.

13, sqq. Cfr. III, 140, sqq., et V, 129, sq.

14. Quidni potius εἰδώλοις ἀλάλοις, ut IV, 7? Sed et III, 31, ἄλλοις.

19. An melius χεύμασιν?

20. An ὀλεῖ pro ἐλεῖ?

22. Cfr. III, 471; IV, 106; V, 289.

23. Codd. καύσει vel κλαύσει : nos corr. Priorem in κλύσει produci Sibyllinum est.

24. Lacunam ante hunc versum primi

. . . .

Nabit humus, nabunt montes, cælum quoque nabit :
Omnia pontus erunt, perdentur et omnia ponto.
At venti sistentur : ibi ætas altera surget.
O Phrygia, emerges summo de gurgite prima :
Tu quoque prima Deum, spreta pietate, negabis,
Quippe aliis frustra simulacris dedita, quæ te,
Infelix, perdent, multis vertentibus annis.
Æthiopes miseri, dura infortunia passi,
Cædentur gladiis, perque omnia membra tremiscent.
Mollis at Ægyptus, flavis quæ semper aristis
Gaudet, aquis Nili septemplicis ebria tellus,
Pessum ibit bellis civilibus, unde suorum
Excidet invidia pulsus jam non deus Apis.
Heu tibi, Laodicea! Deum vidisse negabis,
Audax mentiri : sed te Lycus obruet amnis.

. . . .

Ipse Deo genitus Deus edet plurima signa;
Ipse axem medio suspendet in æthere, magnus
Unde timor generi humano, quum stare videbunt
Ardentem multo divinitus igne columnam,
Stillantem calidis in terras funera guttis.
Nam communis erit semel omnibus hora : volentque
Tum placare Deum; sed non pausa ulla dolendi,
Complerit dum cuncta domus Davidica : namque
Huic Deus æterni solii concessit honorem;
Sub pedibusque dedit genios dormire potentes,
Qui flammasque rogis, et qui dant amnibus undas,
Quique urbes servant, et qui vaga flamina mittunt.

— 24, sqq. [Lacuna incertum quanta vel quid occultans.] Faciet hæc qui multa editurus est prodigia, Deus magnus, Dei filius, cujus ad judicium venientis signa prædicuntur. —

nos monstravimus. De utraque generatione Christi, cfr. VI, 3, et infra, 69, et vide not. Codices in fine versus, ἄστρ' ὃς πολλά : nos corr.

28. Videtur hinc ad Hesychium pervenisse : Δηλήσας, καμών, διαπραξάμενος. Est enim καμών neogræce ποιήσας.

29. Codd. κοινὸς ἄναξ χρόνος : nos corr. Deinde pro ἔνθαδε velimus ἔνθα γε legi, relativo sensu.

31. Cfr. VI, 11.

32. Cfr. VI, 2, et supra, 29.

33. Codd. alii ὑπό pro ὑπαί.

34. Codd. omnes πυράς, « rogos », nempe pro ignibus. Male olim hunc locum tractaveramus.

Πολλοῖς δ' αὖ χαλεπὸς βίος ἀνθρώποισιν [ἔπεισιν],
Ἐσδύνων ψυχαῖσι, καὶ ἀλλάσσων φρένας ἀνδρῶν.
Ἀλλ' ὅταν ἐκ ῥίζης βλαστὸς νέος ὄμματα λύσῃ,
[Τέκνοις ᾗ ποτε πᾶσι] τροφὴν διέδωκε [περισσὴν],
Καὶ τὰ μὲν ἀμφὶ χρόνοις ἔσται πλέον. Ἀλλ' ὅταν ἄλλοι
Ἄρξωνται Πέρσαι, μάχιμον φύλον, αὐτίκα δεινοὶ
Ἔσσονται θάλαμοι νυμφῶν διὰ δύσνομα φῦλα.
Ἕξει γὰρ μήτηρ ἑὸν υἱέα καὶ πόσιν· υἱὸς
Μητέρα δηλήσει· θυγάτηρ δ' ἐπὶ πατρὶ κλιθεῖσα
Βάρβαρον ὑπνώσει τοῦτον νόμον. Ὕστερα δ' αὐτοῖς
Ἐκλάμψει Ῥωμαῖος ἄρης πολλῆς ἀπὸ λόγχης·
Αἵμασι δ' ἀνδρομέῳ πολλὴν χθόνα φυρήσουσιν.
Ἰταλίης δὲ πρόμος τότε φεύξεται ἐκ δορὸς ἀλκῆς.
Λείψουσι δ' ἐπὶ γῆς χρυσῷ κεχαραγμένον [ἔγχος,
Ἐν προμάχοις τὸ] φέρουσ' αἰεὶ σημεῖον ἀνάγκης.
Ἔσται μὴν ὅτε πᾶσα κακὴ καὶ δύσμορος οἰκτρῶς
Ἰλιὰς [εἰσίεται] τάφον, οὐ γάμον, ἔνθα βαθεῖα
Κλαύσουσι νύμφαι, ὅτι δὴ Θεὸν οὐκ ἐνόησαν,
Ἀλλ' αἰεὶ τυπάνοις [τε] κρότοισί τε ἦχον ἔδωκαν.
Μαντεύου, Κολοφών· μέγα σοι κρέμαται φοβερὸν πῦρ.
Θεσσαλίη δύσνυμφε, σὲ δ' ὄψεται οὐκέτι γαῖα,
Οὐδὲ τέφρην, πλεύσῃ τε μόνη φυγὰς ἠπείροιο·
[Οὕτως], ὦ τλῆμον, σκύβαλον πολέμου λυγρὸν ἔσσῃ,
Ὦ κυσὶ καὶ ποταμοῖς καὶ ῥομφαίῃσι πεσοῦσα.
Ἆ, τλῆμόν γε Κόρινθε, σὺ δ' ἀμφ' αὐτὴν βαρὺν ἄρην
Δέξῃ, δειλαίη, καὶ ἐπ' ἀλλήλοις ἀπολεῖσθε.
Τύρε, σὺ δ' [ἥκιστα] λείψῃ μόνη· εὐσεβέων γὰρ

— 36, sq. Hominum luctus et terror appropinquante judicio. — 38. sqq. Post Christi priorem in terras adventum, Persarum nova gens exsurget incestis fœda moribus. — 45, sqq. Itali ducis [Alexandri nempe Severi] expeditio adversus istos

36. Codd. ἀνθρώπων τε πείσει : nos corr. ubi Cast. conjecerat et Ops. ediderat ἐποίσει.

38. Confer VI, 16. Ὄμματα (id est, ὀφθαλμοὺς λύειν) est gemmam seu germen aperire.

39. Codd. τὴν κτίσιν ἥν ποτε πᾶσα, et in fine περὶ σήν : nos corr.

41. Codd. μαχίμων : nos corr. Iidem φῦλον recte ob orthographiam, male ob metrum.

44. Mallent quidam ὑπὸ πατρί : sed ἐπί probrosum magis quia voluntarium, ut infra, 60. Cfr. et V, 390, ubi hoc immane flagitium Romanis tanquam frequens objicitur, sed falso. De Persarum moribus vide not.

49. In fine, omnes ἄνθος, ubi nos

At multos homines vitæ gravis opprimet angor,
Insinuans animis, et sensim pectora mutans.
Quum vero nova planta, novum se germen ad auras
Extulerit de stirpe, cibo quæ pavit opimo
Natorum esuriem, deinceps hæc tempore fient.
Regnabunt alii Persæ, bello inclita proles;
Infandosque simul thalamos gens impia terris
Ostendet. Mater nati maternaque natus
Oscula fœdabit; gremioque infusa parentis
Filia barbaricum somnum edormiscet. At illis
Romanus subito densis mars ingruet hastis;
Sanguine terra fluet; donec certamine cedet
Dux Italus, fugiensque auratum hastile relinquet,
Imperii quod ferre solent ante agmina signum.
Tempus et illud erit, quum fatis acta sinistris
Ilias accendet tædas, non illa jugales,
Verum heu! ferales, tum quum miserabile nymphæ
Flebunt : quippe Deum non agnovere supremum,
Tympana dum semper, semper crepitacula pulsant.
Consule mæsta deos, Colophon; nam te premit ignis.
Thessalia, infelix nuribus, non amplius aut te
Aut de te cinerem tellus lacrimosa videbit;
Sed profuga innabis pelago, miserabile belli
Ludibrium, o canibus fluviisque armisque caduca.
Ah! miseranda Corinthe! gravis tibi prælia martis
Incumbent; et vos discordia mutua perdet.
Nec tu sola, Tyre, effugies : te namque piorum,

Persas minus felix. — 50, sqq. De Ilio [Pergamo videlicet? an Alexandria Troadis?], item de Thessalia, de Colophone, Corintho, Tyro, vaga et fortuita vaticinia ex antiquis repetita temporibus. —

ἔγχος, e Cast. conj., nempe de vexillo imperatorio.

50. Codd. ἐκπρομολόντα φέρουσ' αἰεὶ vel φέρων γε ἀεί, sine sensu : nos corr.

52. Codd. ἐκπίεται, unde Cast. ad marg. ἐκπεσεῖται, videlicet pro ἐκπέσεται : nos corr. Ad hunc autem locum vide not.

53. Nymphas intellige nurus seu mulieres ejus regionis, ut infra, 56, Θεσσαλίη δύσνυμφε.

55. De Colophonio aliisque tunc superstitibus oraculis vide not. ad XIV, 272.

58. Codd. αὐτοῖς, ubi nos οὕτως e conj.

62. Codd. ἡλίκα, quidam ἡλίκους, ubi nos ἥκιστα e conj.

Ἀνδρῶν χώρης σῆς ὀλιγηπελίη σε διοίσει.
Ἆ, Συρίη κοίλη, Φοινίκων [ὑψόθεν] ἀνδρῶν
Οἷς ἐπερευγομένη χεῖται Βηρυτιὰς ἅλμη,
Τλήμων, οὐκ ἔγνως τὸν σὸν Θεὸν [ὅς] ποτ' ἔλουσεν
Ἰορδάνου ἐν προχοῇσι, καὶ ἔπτατο πνεύματι πολλῷ·
Ὃς πρὶν καὶ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Αὐθέντης [γεγένητο Λόγος Πατρί]· Πνεύματι δ' ἁγνῷ
Σάρκ' ἐνδυσάμενος, ταχὺς ἵπτατο Πατρὸς ἐς οἴκους.
Τρεῖς δ' αὐτῷ πύργους μέγας οὐρανὸς ἐστήριξεν,
Ἐν τῷ δὴ ναίουσι Θεοῦ [θυγατέρες] ἐσθλαί,
Ἐλπίς τ', εὐσεβίη τε, σεβασμοσύνη τε ποθεινή,
Οὐ χρυσῷ χαίρουσα, ἢ ἀργύρῳ, ἀλλὰ σεβασμοῖς
Ἀνθρώπων, θυσίαις τε, δικαιοτάτοις τε λογισμοῖς.
Θύσεις δ' ἀθανάτῳ μεγάλῳ Θεῷ ἠδ' ἀγερώχῳ,
Οὐ χόνδρον τήξας λιβάνου πυρὶ, οὐδὲ μαχαίρῃ
Ἀρνειὸν κόψεις λασιότριχα· ἀλλ' ἅμα πᾶσιν
Οἳ τεὸν αἷμα φέρουσι, λαβὼν ἀγριηνὰ πετεινὰ,
Εὐξάμενος πέμψεις, εἰς οὐρανὸν ὄμματα τείνας·
Ὕδωρ δὲ σπείσεις καθαρῷ πυρὶ, τοῖα βοήσας,
[Ὥς] σε Λόγον γέννησε Πατὴρ, πάτερ, ὄρνιν ἀφῆκα,
Ὀξὺν ἀπαγγελτῆρα λόγων Λόγον, ὕδασιν ἁγνοῖς
Ῥαίνων σὸν βάπτισμα, δι' οὗ πυρὸς ἐξεφαάνθης.
Οὐδὲ θύρην κλείσεις, ὅτε τίς σοι ἐπήλυτος ἄλλος
Ἥξει δευόμενος, πενίης [ἀπὸ λιμὸν ἐρύκειν].
Ἀλλὰ λαβὼν κεφαλὴν τοῦδ' ἀνέρος, ὕδατι ῥάνας,
Εὖξαι τρίς· τῷ σῷ δὲ Θεῷ μάλα τοῖα βόησον,
Οὐκ ἔραμαι πλούτου· λιτός ποτε λιτὸν ἐδέγμην·
[Ἀμφοτέρων] σὺ πάτερ, σὺ χορηγητὴρ, ἐπάκουσον.

— 64, sqq. In Cœlen-Syriam, quod scilicet cultum aspernata sit veri Dei. — 66, sqq. Christi scilicet, qui Patris æterni filius est æternus, de cælo delapsus in

63. Codd. ἀνδρῶν χώρης εἰς ὀλίγη φανίη, alii non melius, χώρησις ὀλίγη φενίη : nos corr. Cfr. V, 473.

64. Codd. ἀσσυρίη κοίλη, ac deinde ὕπατον, ubi nos ὑψόθεν e conj.

65. Codd. κεῖται : sed verius χεῖται, et sane Sibyllinum, ut Procem. 71.

66. Codd. ὅν ποτ' ἔλουσεν : nos corr. Cfr. VI, 4, sq.

67. Codd. τριτάτοισιν, ubi nos προχοῇσιν, ut VI, 4.

69. Codd. γένετο vel ἐγένετο, ac deinde omnes λόγῳ πατρός : nos corr.

71. Cfr. Hermæ Past. lib. 1, vis. 3, et vide not.

72. An melius ἐν τοῖς? Deinde codd. Θεοῦ νῦν μητέρες, vel μητέρες sine νῦν ac sine sensu, pro quo nos θυγατέρες,

Quos gremio tuleris, nimia heu! penuria perdet.
Ah! Syria infelix, super altos concava montes
Phœnicum, quos unda sonat Berytia circum!
Haud impune Deum spernis, qui se abluit amne
Jordani, multoque abreptus Flamine fugit;
Qui prior et terris et cælo vixit et astris,
Sermo potens, de Patre satus, qui Flamine sancto
Indutus carnem, revolat mox Patris in ædes.
Atque ibi tres olli turres polus extulit altas,
Quas habitant summo tres ortæ numine divæ,
Spes, Pietas, et Relligio veneranda, nec auro
Læta nec argento, sed cultu simplice quærens
Pura hominum corda et rationi accommoda sacra.
Sacra autem sic rite feres: non turis honorem
Accendes; nullus cultro mactabitur agnus;
Sed consanguineo cœtu stipante tuorum,
Agrestes volucres ruptis ad sidera vinclis
Emittes, cælum aspiciens, puramque profundes
In flammam libamen aquæ, sic ore locutus:
Qui te progenuit Verbum Pater, hanc, pater, illi
Mitto levem, mea quæ portet pia vota, volucrem,
Baptismum renovans, quo victor ab igne redisti.
Neve fores præclude tuas, si venerit hospes,
Eripe me, clamans, paupertatique famique.
Sed miseri caput aspersa pius ablue lympha,
Terque tuum venerare Deum; dein ista profare:
Non amo divitias; et qui tenuissimus olim,
Nunc tenuem accipio. Pater, amborum annue votis.

terras, e terris ad cælum redux. — 76-95. Nova quædam sacra pseudochristiana a vate docentur et commendantur. —

audacter sane et ad metrum in uno verbo bis improbe. Leniretur malum si Θεοῖο legeretur, quanquam vide III, 324.

75. Codd. δικαιοτάτων τε.

78. An κόψας, ut Ops. e conj.?

82. Codd. ὅς σε λόγον vel ὅς σε λόγος: nos corr.

84. Cfr. VI, 6. Volebat Struvius, δι' οὗ πυρόεις ἐφαάνθης, sed minus recte.

85. Codd. κλείσῃς et ἐπήλυδος: nos corr.

86. Codd. πενίης ἐπερυκέναι λιμῷ vel ἀπερυκέναι: nos corr. ex Homero videlicet, Odyss. ε, 166.

90. Codd. ἀμφαδὸς vel ἀμφωδὸς vel ἀμφοδὸς, οὗ πάτερ συγχωρηγητὴρ ἐπ. Quidam tamen οὐ πάτερ vel σὺ πάτερ: nos corr.

Εὐξάμενος δώσεις οἱ. Ἀπήγαγεν ἔκτοτε δ' ἀνήρ.
Μὴ θλίψῃς με, Θεοῦ ἱερὸν σέβας, ἠδὲ δίκαιον,
Ἀγνὸν, ἀδούλωτον, περὶ Γένναν ἐλεγχθὲν . . . .
Τλήμονά μου κραδίην στῆσον, πάτερ· εἰς σὲ δέδορκα,
Εἰς σὲ τὸν ἄχραντον, τὸν μὴ χέρες ἐργάσσαντο.
Σαρδὼ, νῦν σὺ βαρεῖα, μεταλλάξῃ ἐς τέφρην.
Ἔσσῃ δ' οὐκέτι νῆσος, ὅταν δεκάδος χρόνος ἔλθῃ.
Ζητήσουσι πλέοντες ἐν ὕδασιν οὐκέτ' ἐοῦσαν.
Ἀλκυόνες δ' ἐπὶ σοὶ οἰκτρὸν γόον αἰάξουσιν.
Μυγδονίη τρηχεῖα, δυσέκβατε πυρσὲ θαλάσσης,
Αὐχήσεις αἰῶνα, καὶ αἰώνων ἀπολέσσῃ
Θερμῷ πνεύματι πᾶσα, μανήσῃ δ' ἄλγεσι πολλοῖς.
Κέλτι γαίη, τὸ δὲ σὸν κατ' ὄρος, παρὰ δύσβατον Ἄλπιν,
Ψάμμος ὅλην χώσει σε βαθύς. Φόρον οὐκέτι δώσεις,
Οὐ στάχυν, οὐ βοτάνας· πανέρημος ἔσῃ δ' ἀπὸ λαῶν
Αἰεί· κρυμαλέοις δὲ παχυνομένη κρυστάλλοις,
Λώβην ἐκτίσεις, ἣν οὐκ ἐνόησας, ἄναγνε.
Ῥώμη καρτερόθυμε, Μακηδονίην μετὰ λόγχην
Ἀστράψεις ἐς ὄλυμπον. Θεὸς δέ σε πάμπαν ἄπυστον
Ποιήσει, ὁπόταν δοκέῃς πολὺ κρεῖσσον ἐς ὄμμα
Ἑδραία μίμνειν. Τότε σοι τοιαῦτα βοήσω.
Ὀλλυμένη φθέγξῃ λαμπρόν ποτε καὶ μαρμαῖρον.
Δεύτερά σοι, Ῥώμη, μέλλω πάλι δεύτερα φωνεῖν.
Ἄρτι δὲ σὲ, Συρίη τλῆμον, κατοδύρομαι οἰκτρῶς.
Θῆβαι δύσβουλοι, ὑμῖν κακὸς ἦχος ἐπέστη,
Αὐλῶν φθεγγομένων· ὑμῖν σάλπιγξ κακὸν ἦχον
Ἠχήσει· ὄψεσθε δ' ἀπολλυμένην χθόνα πᾶσαν.
Αἲ αἴ σοι, τλήμων, αἲ αἴ, κακόθυμε θάλασσα.

— 96, sqq. In Sardiniam [quam « gravem » vocat ob Christianos confessores ad metalla eo missos].— 100, sqq. In Mygdoniam [sed incertum quamnam illam ; fortasse quæ hodie *Mundania*, antiquis Myrlea, prope Prusam]. — 103, sqq. In Gal-

91. Codd. εὐξαμένῳ δώσει σοι : nos corr. Deinde pro ἔκτοτε placeret magis ὁππότε scribi, sublata in fine distinctione.

92. An μὴ λείψῃς με, minus attice licet pro μὴ λίπῃς με?

93. In fine, an ἔχοιμι supplendum?

96. De Sardinia, cfr. III, 477, et vide not.

97. Δεκάδος χρόνος est decima generatio, de qua plura nos ad IV, 20.

99. Codd. αἴξουσιν.

100. De Mygdonia, cfr. III, 343.

101. Codd. ἀπολεῖ σε, ut supra, 2. Deinde pro αἰώνων, placeret εἰς αἰῶν' elidi.

103. Codd. plerique cum edd. κελτιγύη : unus tamen ut nos, a quo etiam ac-

Sic fatus, dabis. Hinc ubi jam discesserit ille :
Ne me plecte; tuus mihi sit, Deus optime, cultus,
Servitii semper, scelerumque immunis et Orci.
Confirma miserum mihi cor, pater. O Deus, in te
Respicio, integrum, sanctum, non arte creatum.
Sardinia, o quæ nunc gravis es, conversa jacebis
In cinerem ; decimo jam non eris insula sæclo ;
Ac frustra vacuis te navita quæret in undis,
Alcyonesque tuum flebunt miserabile funus.
Mygdonia scopulis horrens, specula aspera ponti,
Ævum jactabis frustra, peritura per ævum
Ardenti flatu, pœnisque immanibus amens.
Gallia, præruptis quæ montibus accolis Alpes,
Omnis arenarum cumulis congesta latebis;
Nec segetem aut spicam mittes herbamve; sed omni
Prole virum defecta, gelu glacieque rigebis
Æternum, culpamque lues quam, perdita, nescis.
Roma ferox animis, post fracta Macedonis arma
Ad cælum emittes radios. Sed te Deus ingens
In nihilum vertet, quum stare videbere tuto
In speciem firmata loco. Tum rursus ad aures
Hæc tibi clamabo, quum voce ululabis acuta :
Rursus ego, rursus te affabor, Roma, cadentem.
Sed tua nunc, Syria infelix, fata aspera plango.
Thebæ inconsultæ, vobis sonus imminet atrox
Feralis litui : vobis tuba flebile clanget,
Vastari totam cernentibus undique terram.
Væ tibi! væ, damnata, tibi, maris unda profundi!

liam. — 108, sqq. In Romam.— 114. In Syriam. — 115, sqq. In Thebas [Ægypti videlicet]. — 118, sqq. In mare ipsum conflagraturum totius mundi incendio [quod prædicitur ac describitur], quippe ob neglectos veri Dei honores. —

centum accepimus, retractum fortasse vocativi causa. In γαίη priorem corripere Sibyllæ amant.

104. Codd. ὅλη : nos corr.

105. Στάχυς hic videtur non frumentum, sed Alpina esse valerianæ species, olim in unguentis usitata, qua de planta vide not.

110. Codd. δοκέεις, ac deinde εἰς ὄμμα : nos corr.

111. Finis versus Sibyllis haud infrequens recurret XI, 33, 109, et in ultimis libris passim.

114. Confer V, 286, et XI, 122.

116. Cfr. III, 488.

118. Cfr. III, 323.

Βρωθήσῃ πυρὶ πᾶσα, καὶ ἐξολέσεις λαὸν ἄλμῃ.
Ἔσται γάρ τε τοσοῦτον ἐπὶ χθονὶ μαινόμενον πῦρ,
Ὅσσον ὕδωρ ῥεύσει, καὶ ἐξολέσει χθόνα πᾶσαν.
Φλέξει ὄρη, καύσει ποταμοὺς, πηγὰς δὲ κενώσει.
Ἔσται κόσμος ἄκοσμος, ἀπολλυμένων ἀνθρώπων.
Καιόμενοι δὲ κακῶς, τότε τλήμονες ἐμβλέψουσιν
Οὐρανὸν, οὐκ ἄστροις, ἀλλ' ἐν πυρὶ κεκμηῶτα.
Οὐδὲ θοῶς ὀλέκονται· ἀπολλύμενοι δ' ὑπὸ σαρκῶν,
Πνεύματι καιόμενοι εἰς αἰώνων ἐνιαυτοὺς,
Αἰεὶ δυσβασάνιστα Θεοῦ νόμον εἰδήσουσιν
Οὐκ ἀπαφητὸν ἐόντα· βιαζομέν[ης] ἄρα [γαίης],
Ὅντινα τολμήσασα θεῶν ἐπεδέξατο βωμοῖς,
Ψευδομένη, καπνὸν δὲ δι' αἰθέρος [ἀτμισθέντα].
Κεῖνοι δὲ τλήσονται ἄγαν πόθον, οἳ διὰ κέρδους
Αἰσχρὰ προφητεύσουσι, κακὸν χρόνον ἀλδαίνοντες.
Οἱ μὲν, δυσάμενοι προβάτων λασιότριχα ῥινὰ,
Ἑβραῖοι ψεύσονται, ὃ μὴ γένος ἔλλαβον αὐτοὶ,
Ἀλλὰ λόγοις λαλέοντες, ἐπ' ἄλγεσι κερδαντῆρες,
Οἳ βίον ἀλλάξουσι, καὶ οὐ πείσουσι δικαίους
Οἵτε Θεὸν πάμπιστα διὰ φρενὸς ἱλάσκονται.
Ἐν δὲ τρίτῳ κλήρῳ περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,
Ὀγδοάτης πρώτης, ἄλλος πάλι κόσμος ὁρᾶται.
Νὺξ ἔσται πάντη . . . . μακρὴ καὶ ἀπειθής.
Καὶ τότε μὲν θείου δεινὴ περιβήσεται ὀδμὴ,
Ἀγγέλλουσα φόνους, ὁπόταν κεῖνοι ἀπόλωνται
Νυκτί τε καὶ λιμῷ. Τότε γεννήσει καθαρὸν νοῦν
Ἀνθρώπων, στήσει δὲ τεὸν γένος, ὡς πάρος ἦν σοι.
Οὐκέτι τις κόψει βαθὺν αὔλακα γυρῷ ἀρότρῳ·

— 126 sqq. Adversus falsos prophetas [Christianos scilicet non judaïzantes], qui lucri causa malorum dierum acerbitatem augent, veterem disciplinam [judaïcam nempe] mutare contendentes. — 139, sqq. In tertia annorum periodo [id est,

120. An potius γὰρ τοσσοῦτον? Unus quidem codex τε omittit.

122. Cfr. supra, 9.

123. Similis fere paronymia Δῆλος ἄδηλος, VIII, 165. Lactantius, VII, cap. 16, hunc versum non citat modo, sed et luculenter exponit.

125. Cfr. I, 241.

129. Codd. βιαζομένη δ' ἄρα γαῖα : nos corr., dubie tamen.

130. Codd. alii θεόν pro θεῶν, et in fine βωμούς : nos corr.

131. Codd. alii ἄλγεα θέντα, alii ἀλγηθέντα : nos corr.

132. An potius διὰ κέρδος?

133. Κακὸς χρόνος recurret infra,

Ignis edax perdet te flammis, tu sale gentes.
Tantus enim terris desæviet ignis, aquæ vis
Quanta fluet : terramque exuret funditus, uret
Montes, siccabit fontes, fluviosque cremabit.
Nec mundus jam mundus erit, populique peribunt,
Heu ! miseri, ardentes flammis, et lumina tollent
Ad cælum, non jam stellis, verum igne coruscum.
Nec tamen exitio celeri, sed funere lento
Tabescent, usti calido per sæcula flatu,
Discentque æterni non falli jura Tonantis.
Tunc erit ut tellus violet quodcumque colebat,
Quisquis et impositus fuerat mendacibus aris,
Non deus, at vacuo periturus in aere fumus.
Hos vero graviora manent, qui fenore turpi
Improba vaticinantur, et augent tempus acerbum ;
Induti qui pelle ovium, se nomine falso
Hebræos jactant, alio de sanguine creti ;
Verba dare inprimis gnari, et mala ponere lucro ;
Qui mores vertent hominum, sed fallere justos
Non poterunt, vera Numen pietate colentes.
Sed quum tertia sors annorum venerit, intra
Octavam primam, mundus spectabitur alter.
Nox erit hæc incredibili caligine longa.
Spargetur mundo teterrima sulfuris aura,
Nuntia terrigenum cladis, quum nocte peribunt
Atque fame. Sed, dante Deo, purissima rursus
Corda hominum fient, gensque, ut fuit ante, resurget.
Jam nec humum quisquam curvo proscindet aratro ;

tertio sæculo,] octavæ hebdomadis initio [vide not.], facies mundi renovabitur. Tum exstinctis impiis, florebit pia gens, quam Deus ipse legibus suis erudiet. —

158 : et cfr. ἐπαυξήσῃ κακὸν ἦμαρ, VIII, 174 ; κακὰ πολλὰ αὐξήσει, VIII, 200. Ipsum autem ἀλδαίνειν κακά est « mala malis augere », apud Æschylum Sept. 563.

134. Ex Matth. cap. 7, v. 15.

136. An melius λόγους, ut est λόγους λέγειν « vanos sermones effutire », idiotismo satis noto?

138. Codd. πάμπυστα : nos corr.

140. Ad ὀγδοάτης suppl. ἑβδομάδος, ut octava sit annorum septimana, de qua vide not.

141. Codd. lacunam vel nullam vel in versus fine monstrant.

142. Ὀσμή sive ὀδμή θείου supra jam occurrit, III, 60, 462.

144. Codd. plerique, λιμῷ.

145. Finis versus occurrit jam, III, 294.

Οὐ βόες ἰθυντῆρα κάτω βάψουσι σίδηρον·
Κλήματα δ' οὐκ ἔσται, οὐδὲ στάχυς· ἀλλ' ἅμα πάντες
Μάννην τὴν δροσερὴν λευκοῖς ὑπ' ὀδοῦσι φάγονται.
Σὺν δ' αὐτοῖς ἔσται τότε καὶ Θεὸς, ὅστε διδάξει,
Ὡς ἐμὲ τὴν λυγρήν. Ὅσα γὰρ κακὰ πρόσθεν ἔρεξα
Εἰδυῖ', ἄλλα τε πολλὰ κακῶς ἐπόνησ' ἀμελοῦσα.
Μυρία μέν μοι λέκτρα, γάμος δ' οὐδεὶς ἐμελήθη.
Πᾶσι δ' ἐγὼ πανάπιστος ἐπήγαγον ἄγριον ὅρκον.
Δευομένους ἀπέκλεισα, καὶ ἐν προμολοῦσιν ἰοῦσα
Εἴκελον εἰς αὐλῶνα, Θεοῦ φάτιν οὐκ ἐνόησα.
Τοὔνεκα πῦρ μ' ἔφαγεν καὶ βρώσεται. Οὐδὲ γὰρ αὐτὴ
Ζήσομαι, ἀλλ' ὀλέσει με κακὸς χρόνος, ἔνθα τάφον μοι
Ἄνθρωποι τεύξουσι, παρερχόμενοί με θαλάσσῃ,
Καί με λίθοις ὀλέσουσ'· [ἐπ' ἐμῷ] γὰρ πατρὶ κλιθεῖσα,
Υἷα φίλον μετέδωκα. Βάλοιτέ με, βάλλετε πάντες.
Οὕτω γὰρ ζήσω, καὶ ἐς οὐρανὸν ὄμματα πήξω.

— 151, sqq. Sibylla, tanquam frustra olim a Deo edocta, plurima de se turpissimaque flagitia confitetur : pro quibus prædicit se a piratis præternavigantibus injecto lapidum imbre perituram.

151, sqq. De Sibyllæ flagitiis confer hinc desumptum locum, II, 340, sqq., ubi tamen incesti nulla mentio.

154. Codd. πανάπυστος.

157. Quidam ἔφαγε, quod lenius.

158, sq. Hinc forsan Arnobius, contra

Nec sulco ferrum bos imprimet, agmine recto
Procedens; nec vitis erit, nec arista : sed omnes
Roscida cælestis gustabunt pabula mannæ;
Et Deus his aderit præsens, ipsosque docebit,
Sicut me miseram. Nam quæ scelera ante patravi,
Multa quidem prudens, imprudens plurima feci.
Mille mihi thalami, connubia nulla fuere;
Juratæ fidei violavi fœdus; egenos
Limine summovi; et pravæ vestigia turbæ
Molle sequens per iter, neglexi jussa Tonantis.
Hinc me vis atrox flammæ vorat atque vorabit.
Nam neque semper ero : sed me mala tempora perdent,
Quum mihi nautarum manus advena triste sepulcrum
Imponet lapidum sub grandine. Quippe parenti
Mixta dedi sobolem. Saxis me cædite cuncti,
Cædite. Sic etenim vivam cælumque videbo.

Gentes, lib. I : « Si Sibylla ab impiis « esset cæsa atque interfecta latronibus ».

160. Codd. ὀλέσουσιν · ἐπί μοι γὰρ πατρὶ λαλοῦσα. Sed confer ἐπὶ πατρί κλιθεῖσα, supra, 44.

162. Codd. quidam in fine stichometriam addunt ρξα', 161, qui verus erat numerus antequam primus versus adjiceretur. Et quidam deinde, τέλος τῶν σιβυλλιακῶν ἐκλογῶν, ii nempe qui ab octavo libro inceperant, sicut rursus mox dicetur.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΟΓΔΟΟΣ.

Ἐρχομένης μεγάλης ὀργῆς ἐπὶ κόσμον ἀπειθῆ
Ὕστατον εἰς αἰῶνα, Θεοῦ μηνίματα φαίνω,
Πᾶσι προφητεύουσα κατὰ πτόλιν ἀνθρώποισιν.
Ἐξότε δὴ πύργος τ' ἔπεσε, γλῶσσαί τ' ἀνθρώπων
Εἰς πολλὰς θνητῶν ἐμερίσθησαν διαλέκτους,
Πρῶτα μὲν Αἰγύπτου βασιλήϊον, εἶτα τὸ Περσῶν,
Μήδων, Αἰθιόπων, καὶ Ἀσσυρίης Βαβυλῶνος,
Εἶτα Μακηδονίης τῦφον μέγαν αὐδήσασα,
Πέμπομαι εἰς Ἰταλῶν κλεινὴν βασιλείαν ἄθεσμον.
Ὑστάτιον πᾶσι δείξει κακὰ πολλὰ βροτοῖσι,

Arg. Pars hæc prima libri octavi (1-216) vaticinia continet de orbis terrarum ac præsertim imperii Romani fatis ab Antoninis usque ad rerum finem. Scripta videtur vel a Christiano judaïzante vel, quod potius remur, a Judæo nostris literis leviter intincto, præsertim Apocalypseos assiduo lectore, sicut de auctore libri V aliquando dictum est : immo, nisi multum fallimur, ab eodem quo liber V auctore, scripta est, certe iisdem fere temporibus, paulo post Hadriani mortem, cujus exitus

Tit. Liber hic nonnullis in codd., Florentino nempe et duobus Regiis, primus omnium procedit, omisso titulo, qui in ceteris non variat : Λόγος ὄγδοος.

1. Lactantius de Ira Dei, cap. 23, hunc et duo sqq. affert versus, tanquam exordium Sibyllæ alicujus ab Erythræa, libri nempe III, diversæ. In hoc verba sic invertit ὀργῆς μεγάλης. Est autem ἐρχομένης ὀργῆς ex Paulo ad Thessalonic. epist. I, cap. 1, idem quod ὀργῆς τῆς μελλούσης in Evangeliis passim.

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER OCTAVUS.

Venturam mundo indocili divinitus iram,
Arsurosque Tonantis in ultima sæcla furores
Proloquor, humanasque cano fera fata per urbes.
Ex quo procubuit turris, variumque sonantes
Cœperunt spargi subita in discrimina linguæ,
Principio Ægypti, dein Persarum inclita regna,
Medorum Æthiopumque atque Assyriæ Babylonis,
Inde Macedoniæ fastus effata superbos,
Mittor ad Italiæ populos, erit ultima quorum
In terris clara ante omnes et iniqua potestas;

passim ibi canitur tanquam Romæ fatalis, nec sine laude, ob tanti principis ingenium, 50, sqq.; 73, sqq. De reliquis ad hanc partem spectantibus confer Excursum nostrum V, cap. 6. — 1, sqq. Vates de priscis gentibus atque regnis prius a se prædicta [nempe libro III, § 2,] paucis versibus resumit. — 9, sqq. Transit inde ad Italorum seu Romanorum fata, præcessura serum quidem, sed inevitabile Dei judicium debitasque impiis pœnas.

2. Lact. ἔσχατον pro ὕστατον.
3. Lact. προφητεύσασα. Cfr. Apocal. cap. 10, v. 11.
4. E libro III, 105.
5. Citatur hic versus a Theophilo ad Autol. lib. II, pag. 270, sed inter alios quosdam ex libro III decerptos, memoriæ lapsu, ut videtur.
6, sq. Ex III, 159, sqq.
7. Edd. Αἰθιόπων τε, e Cast. conj. non mala, sed inutili.
10. An melius ὕστατον ἢ πᾶσι?

Καὶ πάσης γαίης ἀνδρῶν μόχθους δαπανήσει.
Ἄξει δ' [αἰχμητὰς] βασιλεῖς ἐθνῶν ἐπὶ δυσμὰς,
Καὶ θεσμοὺς θήσει λαοῖς, καὶ πάνθ' ὑποτάξει.
Ὀψὲ Θεοῦ μῦλοι ἀλέουσι τὸ λεπτὸν ἄλευρον.
Πῦρ τότε πάντ' ὀλέσει, καὶ λεπτὸν χνοῦν ἀποδώσει
Ὑψικόμων ὀρέων κορυφὰς καὶ σαρκὸς ἁπάσης.
Ἀρχὴ πᾶσι κακῶν φιλοχρημοσύνη καὶ ἄνοια.
Χρυσοῦ γὰρ δολίοιο καὶ ἀργυρίου πόθος ἔσται.
Οὐδὲν γὰρ τούτων θνητοὶ μεῖζον προέκριναν,
Οὐ φάος ἠελίου, οὐκ οὐρανὸν, οὐδὲ θάλασσαν,
Οὐ γαῖαν πλατύνωτον, ὅθεν φύουσιν ἅπαντα,
Οὐ τὸν πάντα διδόντα Θεὸν, γεννήτορα πάντων,
Οὐ πίστιν τούτων καὶ εὐσεβίην προέκριναν.
Πηγὴ δυσσεβίης καὶ ἀταξίης προοδηγὸς,
Μηχανίη πολέμων, εἰρήνης ἐχθρά τ' ἄνοια,
Ἐχθραίνουσα τέκνοις γονέας καὶ τέκνα γονεῦσιν.
Κοὐδὲ γάμος ἅμα χρυσῷ ὅλως ποτὲ τίμιος ἔσται.
Γαῖά θ' ὅρους ἕξει, καὶ φρουροὺς πᾶσα θάλασσα,
Πᾶσι μεριζομένη δολίως τοῖς χρυσὸν ἔχουσιν,
Ὡς αἰῶσι θέλοντας ἔχειν πολυθρέμμονα γαῖαν.
Πορθήσουσι πένητας, ἵν' αὐτοὶ, πλείονα χῶρον
Προσπορίσαντες, ἀλαζονίῃ καταδουλώσωσι.
Κεἰ μὴ γαῖα πέλωρος ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Τὸν θρόνον εἶχε μακρὰν, οὐκ ἦν ἴσον ἀνδράσι φέγγος,
Ἀλλ' ἀγοραζόμενον χρυσῷ πλουτοῦσιν ὑπῆρχε,
Καὶ πτωχοῖς αἰῶν' ἕτερον Θεὸς ἡτοίμαζεν.
Ἥξει σοί ποτ' ἄνωθεν ἴση, ὑψαύχενε Ῥώμη,
Οὐράνιος πληγὴ, καὶ κάμψεις αὐχένα πρώτη,
Κἀξεδαφισθήσῃ, καὶ πῦρ σε ὅλην δαπανήσει
Κεκλιμένην ἐδάφεσσιν ἑοῖς, καὶ πλοῦτος ὀλεῖται,
Καὶ σὰ θέμεθλα λύκοι καὶ ἀλώπεκες οἰκήσουσι,

-- 17, sqq. Avaritia cunctorum scelerum mater. — 37, sqq. Roma [præcipue, ut videtur, ob avaritiam et rapinas] sævo tandem supplicio multabitur. —

12. Codd. ἀκμήτους, alii ἀκμῆτας vel ἀκμητάς : nos corr. Addit autem poeta ἐπὶ δυσμάς, de eoïs quippe regibus captivis ad occidentem, id est, Romam tractis cogitans.

13. Alii pauciores, nec ita bene, δεσμούς. Versus idem legitur V, 19, recurretque lib. XIII, initio.

14. Melius μύλοι, si per metrum liceret. Codd. ut nos μῦλοι, et quidam γ'

Terrigenisque ferent mala multa, hominumque labores
Absument, regesque feros legesque tremendas
Litus ad occiduum mittent, et cuncta domabunt.
Sera Dei mola far minuit subtile terendo.
Omnia tunc ignis perdet, vertetque minutum
In cinerem montes altos carnemque superbam.
  Causa mali cunctis avidi dementia lucri.
Quippe auri argentique furet vesana cupido.
Nil melius censent homines, nil carius istis,
Non lumen solis, non cælum, non maris æquor,
Non fetam gremio terram omniparente, neque ipsum,
Largitur qui cuncta, Deum, qui cuncta creavit;
Non fidei, non plus tribuunt pietatis amori.
Infelix rabies, fons impietatis, origo
Dissidii, cui bella placent, pax sola molesta est.
Hæc patribus natos, patres inimicat alumnis;
Nec jus connubii sinit esse, ubi fulserit aurum.
Terra omnis metas, custodes æquor habebit;
Cuncta dolo divisa ferent, quibus amplior auri
Copia, ceu terris optent sine fine potiri.
Diripient tenues, quo se majoribus agris
Extendant, cogantque sibi servire minores.
Quod nisi terra procul cæli stellantis ab axe
Distaret, non ipsa foret lux omnibus æqua,
Sed quæsita auro solis locupletibus esset,
Pauperibusque alium faceret Deus æquior orbem.
  Par tibi de cælo clades incumbet, et altum
Flectes prima caput, sublimis vertice Roma.
Strata jacebis humi, flammis consumpta, tuoque
Exæquata solo : simul omnis gaza peribit,
Inque tuis degent vulpesque lupique ruinis :

addunt. Notum proverbium ex Plutarcho, de Sera Num. vind. pag. 72, ed. Reisk.; citatum etiam ab aliis.

15. An verius ἀλέσει?

17. Cfr. III, 642, et Phocyl. 37. Tota autem ista pericope de malis ex avaritia ortis oratorie circumducitur a Lactantio, VII, cap. 15.

27. Codd. ὅλος : nos corr. Est enim ὅλως cum negatione Sibyllinum prorsus, II, 275, 326; III, 70, etc.

32. In fine an melius ν addas?

37. Est ἴση, « omnibus æqualis seu communis », ut V, 3. Recurret ὑψαύχενος, subbarbarum licet pro ὑψαύχην, XII, 230.

38. Mireris in fine, πρώτη quid valeat : sed confer VII, 2.

Καὶ τότ' ἔσῃ πανέρημος ὅλως, ὡς μὴ γεγονυῖα.
Ποῦ τότε Παλλάδιον; Ποῖός σε θεὸς διασώσει,
Χρυσοῦς, ἢ λίθινος, ἢ χάλκεος; Ἢ τότε ποῦ σοι
Δόγματα συγκλήτου; Ποῦ Ῥείης, ἠὲ Κρόνοιο,
Ἠὲ Διὸς γενεὴ, καὶ πάντων, ὧν ἐσεβάσθης
Δαίμονας ἀψύχους, νεκρῶν εἴδωλα καμόντων,
Ὧν Κρήτη καύχημα τάφου ἡ δύσμορος ἕξει,
Θρησκεύουσα θρόνοισιν ἀναισθήτοις νεκύεσσιν.
Ἀλλ' ὅτε σοι βασιλεῖς χλιδανοὶ τρὶς πέντε γένωνται,
Κόσμον δουλώσαντες ἀπ' ἀντολίης μέχρι δυσμῶν,
Ἔσσετ' ἄναξ πολιόκρανος, ἔχων πέλας οὔνομα πόντου,
Κόσμον ἐποπτεύων μιαρῷ ποδὶ, δῶρα πορίζων,
Χρυσὸν μὲν πάμπλειστον ἔχων, καὶ ἄργυρον ἐχθρῶν
Πλείονα συλλέξας, καὶ γυμνώσας ἀναλύσει,
Καὶ μαγικῶν ἀδύτων μυστήρια πάντα μεθέξει,
Παῖδα θεὸν δείκνυσιν, ἅπαντα σεβάσματα λύσει,
Κἀξ ἀρχῆς τὰ πλάνης μυστήρια πᾶσιν ἀνοίξει.
Αἴλινος ἔκτοτε καιρὸς, ὅτ' [αἴλινος αὐτὸς] ὀλεῖται.
Καί ποτε δῆμος ἐρεῖ, Μέγα σὸν κράτος, ἄστυ, πεσεῖται,
Εἰδὼς εὐθὺ τὸ μέλλον ἐπερχόμενον κακὸν ἦμαρ.
Καὶ τότε πενθήσουσιν ὁμοῦ, τὴν σὴν προβλέποντες
Οἰκτροτάτην μοῖραν, πατέρες καὶ νήπια τέκνα·
Αἴ, αἴ, θρηνήσουσι λυγραῖς παρὰ Θύμβριδος ὄχθαις.
Τὸν μέτα τρεῖς ἄρξουσι πανύστατον ἦμαρ ἔχοντες,
Οὔνομα πληρώσαντες ἐπουρανίοιο Θεοῖο,
Οὗ τὸ κράτος καὶ νῦν κεὶς τοὺς αἰῶνας ἅπαντας.
Εἷς μὲν, πρέσβυς ἐὼν, σκήπτρων ἐπὶ πουλὺ κρατήσει,
Οἰκτρότατος βασιλεὺς, ὃς χρήματα κόσμου ἅπαντα
Δώμασιν ἐγκλείσει τηρῶν, ἵν', ὅταν γ' ἐπανέλθῃ
Ἐκ περάτων γαίης ὁ φυγὰς μητροκτόνος ἐλθὼν,

— 50, sqq. Post quindecim reges adibit imperium vir crine incanus [Hadrianus], cujus acta canuntur et finis, Romanis ille quidem deflendus. — 65, sqq. Tres illum reges excipient, nomen pæne Dei referentes [Adonaï], quorum unus [Pius videli-

43. Cfr. infra, 79, et V, 67, 188.

47, sq. Habet hos duo versus Lactantius, I, cap. 11, in hoc tamen νεκύων scribens. Ad eosdem respexit Theophilus, lib. I, § 9 : Τὰ ὀνόματα, inquit, ὧν φῂς σέβεσθαι θεῶν, ὀνόματά ἐστι νεκρῶν ἀνθρώπων.

48. Codd. ut nos, τάφου : sed Lact. τάφους, quem sequi fortasse præstaret. Idem Lact. ἴσχει pro ἕξεις, an melius? De

Usque adeo vacua, et tanquam non nata, manebis.
En ubi Palladium? quis te defendet, an auro
Factus, an ære, deus? Quid tum consulta senatus?
Quid tum matre Rhea Saturnove edita proles,
Seu Jove, sive aliis, quorum tu, vana, colebas
Exanimos manes, simulacraque luce carentum
Heroum, quorum jactat se Creta sepulcris,
Imponens templis homines tellure repostos.
Sed tibi quum reges fuerint ter quinque superbi,
Per quos ferre jugum discent occasus et ortus,
Rex erit albenti capite, et cognomine ponti
Insignis, pede qui mundum lustrabit iniquo,
Dona petens, auri atque argenti pondus, ut hostes
Divitiis superet, nudatoque orbe redibit.
Arcani magici mysteria cuncta requiret,
Et puerum volet esse deum, sacra omnia tollens,
Errorisque vetus cunctis penetrale recludens.
Heu, miserum tempus tum, quum miser ipse peribit!
Quum gens infelix, Urbs occidit, undique dicet,
Gens dominata diu, sed nunc mala proxima cernens;
Et luctu unanimi tua tristia fata querentes
Flebunt instantem casum puerique senesque,
Heu! nimium flebunt ad mæstas Tibridis oras.
Post hunc regnabunt tres ultima tempora habentes,
Implebuntque Dei cælestis nomina, cujus
Et nunc est et semper erit suprema potestas.
Unus erit senior, diuturnaque sceptra tenebit,
Infelix animi princeps, qui totius orbis
Captas condet opes, ut quum sævissimus exsul
Occisor matris longinquo ex orbe redibit,

cet] divitias congeret orbis totius, ut ipsas, veniente matricida [Nerone nempe Antichristo], in Asiam effundat. —

sepulcro Jovis, a Sibylla deriso, confer Cels. apud Origen. III, § 43.

50, sqq. Cfr. V, initio.

52. In πολιόκρανος metri vitium est immedicabile. De re, cfr. V, 47, 49.

54. Codd. in fine, ἐχθρόν.

59. Codd. ὅτι λίνος (alii λῖνος) αὐτὸν ὀλεῖται: nos corr. Alludit autem poeta ad Ælii nomen Hadriano gentile.

60. Codd. μέγας ὢν κράτος.

64. Alii αἲ αἰνά, an pro αἴλινα?

65, sqq. Cfr. V, 51; III, 52.

71. Cfr. infra, 155, sqq., et V, 362, sqq. Idem Neronis epitheton in oraculo

Ταῦτα ἅπασι διδοὺς, πλοῦτον μέγαν Ἀσσίδι θήσει.
Καὶ τότε πενθήσεις πλατυπόρφυρον ἡγεμονήων
Φῶς ἐκδυσαμένη, καὶ πένθιμον εἷμα φοροῦσα,
Ὦ [βασιλὶς] μεγάλαυχε, Λατινίδος ἔκγονε Ῥώμης.
Οὐκέτι σοι τῆς σῆς μεγαλαυχενίης κλέος ἔσται,
Οὐδ' ὀρθωθήσῃ ποτὲ δύσμορος, ἀλλὰ κλιθήσῃ.
Καὶ γὰρ ἀητοφόρων λεγεώνων δόξα πεσεῖται.
Ποῦ τότε σοι τὸ κράτος; Ποία γῆ σύμμαχος ἔσται,
Δουλωθεῖσα τεαῖς ματαιοφροσύνῃσιν ἀθέσμως;
Πάσης γὰρ γαίης θνητῶν τότε σύγχυσις ἔσται,
Αὐτὸς παντοκράτωρ ὅταν ἐλθὼν βήμασι κρίνῃ
Ζώντων καὶ νεκύων ψυχὰς, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Κοὔτε γονεῖς τέκνοισι φίλοι, οὐ τέκνα γονεῦσιν
Ἔσσονται, διὰ δυσσεβίην καὶ θλίψιν ἄελπτον.
Ἔκτοτέ σοι βρυγμὸς, καὶ σκορπισμὸς, καὶ ἅλωσις,
Πτῶσις ὅταν ἔλθῃ πόλεων καὶ χάσματα γαίης.
Πυρφόρος ὥστε δράκων ὁπόταν ἐπὶ κύμασιν ἔλθῃ,
Γαστέρι πλῆθος ἔχων, καὶ [θλίψῃ] σεῖο τὰ τέκνα,
Ἐσσομένου λιμοῦ τε καὶ ἐμφυλίου πολέμοιο,
Ἐγγὺς μὲν κόσμου τὸ τέλος, καὶ ἔσχατον ἦμαρ,
Καὶ δοκίμοις κλητοῖς κρίσις ἀθανάτοιο Θεοῖο.
Πρῶτα δὲ Ῥωμαίων ἀπαραίτητος χόλος ἔσται·
Αἱμοπότης καιρὸς καὶ δύστηνος βίος ἥξει.
Αἲ αἴ σοι, Ἰταλὴ χώρη, μέγα βάρβαρον ἔθνος,
Οὐκ ἐνόησας, ὅθεν γυμνὴ καὶ ἀνάξιος ἦλθες
Πρὸς φάος ἠελίοιο, ἵν' εἰς αὐτὸν πάλι χῶρον
Γυμνὴ χωρήσῃς, καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἔλθῃς,
Ὡς ἀδίκως κρίνουσα . . . .
Χερσὶ γιγαντείῃσι μόνη κατὰ κόσμον ἅπαντα,
Ἐξ ὕψους ἐλθοῦσα, κατοικήσεις ὑπὸ γαῖαν.

— 73, sqq. Romæ luctus [post Hadriani mortem], ejusdemque propinqua pernicies, tum quum maxima erit morum confusio, maximæque orbis terrarum calamitates. — 88, sqq. Draco [ille nempe in Apocalypsi prædictus] ante judicium quod, ipso vivente, tanquam Sibyllinum canebatur, apud Dion. Cass. LXII, § 18: Ἔσχατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύσει.

75. Codd. ὦ βασιλεῦ.

79. Cfr. V, 47, 188.

81, sqq. Citat hunc et duo sqq. Lactantius, VII, cap. 24, in hoc legens, τότε θνητῶν.

82. Lact. ὅταν ἔλθῃ βήματι κρῖναι: cfr. infra, 222, ubi pars erit acrostichidis celeberrimæ.

Thesauris Asiam dives locupletet apertis.
  Et tunc luce tua flebis spoliata repente,
Lugubres induta peplos pro murice regum,
O regina ferox, o Romæ magna Latinæ
Filia : non tua jam turgebit gloria fastu,
Et prostrata semel, nunquam, o miseranda, resurges.
Nam vexilla cadent legionum, aquilæque superbæ.
Quo tibi tum vires? quæ te armis terra juvabit,
Injustis per te dominis servire coacta?
Nam genus omne hominum turbabitur undique terris,
Quum rex omnipotens veniet, solioque sedebit,
Ut vivos functosque, et totum judicet orbem.
Nec patribus nati, nec natis fida parentes
Corda gerent, quum vi subita gens impia cladem
Sentiet. Atque ibi tum gemitus, dispersio, cædes,
Oppida quum labefacta ruent et terra dehiscet.
  Quum veniet ponto velut ignea forma draconis,
Gestans agmina ventre, tuosque elidet alumnos;
Quumque fames aderit, simul et civilia bella;
Jam finis mundi, jam lux extrema paratur,
Judiciumque Dei justis sanctisque propinquat.
  Sed prius incumbet non eluctabilis ira
Romulidis, miseræque vices, tempusque cruentum.
Væ tibi, væ, terra Italiæ, gens barbara et ingens!
Non tu sperabas, quum nuda et fœda venires
Ad solem e tenebris, nudam te rursus eodem
Casuram, et sævi subituram judicis iras;
Ut, quum jura orbi dederis male . . . .
Strata giganteis manibus tu sola per orbem,
Delapsa ex alto, degas tellure sub ima,

novissimum mari trajecto adveniet. — 93, sqq. Romæ prima incumbet ultio, quæ quum nuda in orbem venerit, nuda in Orcum detrudetur. —

84. Cfr. supra, 26.

88, sqq. Cfr. Apocal. 12, sqq., et not.

89. Codd. θρέψει : nos corr.

90. An melius ἐμφύλου?

93. Vel Ῥωμαίοις legendum, vel χόλος passive sumendum de ira Dei adversus Romanos sæviente.

95. Codd. ἰταμή : corr. Ops.

99. Codd. plerique ut nos; alii, ὡς ἀδίκως κρίνουσά τε χερσὶ γιγαντέησι vel γιγαντείησι, rejecta lacuna ad versus seq. initium. Addi post κρίνουσα posset κράτος περ ἔχουσ' ἀμάχητον, seu tale quid.

Νάφθᾳ, κἀσφάλτῳ, καὶ θείῳ, καὶ πυρὶ πολλῷ
Ἐξαφανισθήσῃ, καὶ ἔσῃ κόνις αἰώνεσσιν
Αἰθομένη. Καὶ πᾶς ὁ βλέπων μυκηθμὸν ἀκούσει
Πένθιμον ἐξ Ἀΐδαο μέγαν, καὶ βρυγμὸν ὀδόντων,
Καὶ ταῖς σαῖς παλάμαις ἄθεα στήθη παταγοῦσαν.
Πᾶσιν ὁμοῦ νύξ ἐστιν ἴση, τοῖς πλοῦτον ἔχουσι,
Καὶ πτωχοῖς· γυμνοὶ δ' ἀπὸ γῆς, γυμνοὶ πάλιν εἰς γῆν
Ἄξαντες, λήγουσι βίου χρόνον ἐκτελέσαντες.
Οὐδεὶς δοῦλος ἐκεῖ, οὐ κύριος, οὐδὲ τύραννος,
Οὐ βασιλεῖς, οὐχ ἡγεμόνες μάλα τῦφον ἔχοντες,
Οὐ νομικὸς ῥήτωρ, οὐκ ἄρχων χρήμασι κρίνων·
Οὐ θυσιῶν σπονδαῖς ἐπὶ βωμοῖς αἷμα χέουσι·
Τύμπανον οὐκ ἠχεῖ, οὐ κύμβαλον . . . . . . ,
Οὐκ αὐλὸς πολύτρητος ἔχων τε φρενοβλάβον αὐδὴν,
Οὐ σκολιοῦ σύριγμα φέρον μίμημα δράκοντος,
Οὐ σάλπιγξ πολέμων ἀγγέλτρια βαρβαρόφωνος·
Οὐ κώμοις μεθύοντες ἀθέσμοις, οὐχὶ χορείαις·
Οὐ φθόγγος κιθάρης· οὐ μηχανίη κακοεργός·
Οὐκ ἔρις, οὐκ ὀργὴ πολυποίκιλος, οὐδὲ μάχαιρα
Ἔστι παρὰ φθιμένοις· ἀλλ' αἰὼν κοινὸς ἅπασι,
Κλειδοφύλαξ εἱρκτῆς μεγάλης ἐπὶ βῆμα Θεοῖο.
. . . .
Χρυσοῖς τε ξοάνοισι [καὶ] ἀργυρέοις λιθίνοις τε
Ὡραῖαι γίνεσθε, ἵν' ἔλθητ' εἰς πικρὸν ἦμαρ,
Σὴν πρώτην κόλασιν, Ῥώμη, καὶ βρυγμὸν ὁρῶσαι.
Κοὐκέτι σοι δούλειον ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει
Οὐ Σύρος, οὐχ Ἕλλην, οὐ βάρβαρος, οὐκ ἔθνος ἄλλο.
Ἐκπορθηθήσῃ, κἀκπραχθήσῃ ὅσ' ἔπραξας,
Δώσεις τ' οἰμώξασα φόβῳ, μέχρι πᾶν ἀποτίσεις·
Καὶ σὺ θρίαμβος ἔσῃ κόσμῳ, καὶ ὄνειδος ἁπάντων.
Ἔκτοτε δ' αὖ Λατίνων ἕκτη γενεὴ βασιλήων

— 107, sqq. Orci descriptio. — 123, sq. Frustra se monumentis et ædificiis exornant urbes [quod ipsis passim a Sibylla exprobratur]. — 125, sqq. Perituræ quippe, prima vero ante alias Roma, nulli jam populorum imperatura. — 131, sqq.

109. Codd. αὔξοντες. nos corr.
114, sqq. Ex Apocal. 18, v. 22, sq.
121. An rectius ἐστί, hoc accentu? Deinde codd. παραφθ. una voce.

122. Κλειδοφύλαξ est ex evangelio Nicodemi, de Orci custode. Post hunc versum lacunam primi nos indicamus, facile supplendam, ita nempe : Ἄρτι δέ τοι

Et naphtha, liquidoque bitumine, sulfure et igni
Dispereas, ardensque cinis per sæcula fias;
Et te quisque videns, lugubres audiat imo
Ex Orco planctus, dentesque immane crepantes,
Teque impura tuis tundentem pectora pugnis.
   Illic nox eadem cunctis, locupletibus atque
Pauperibus. Nudi e terra, nudi quoque terram
E vita repetunt, postquam breve deficit ævum.
Illic non servus, non est herus atque tyrannus,
Non rex, non fastu dux ebrius, aut mala lingua
Causidici, aut judex auro qui ponderet æquum.
Illic libato non tingitur ara cruore;
Tympana non resonant, non cymbala . . . . .
Tibia multifori nec turbat pectora cantu,
Nec lituus forma tortos imitante dracones,
Nec tuba barbarico sonitu prænuntia belli.
Non choreæ, non ebrietas, non fœda libido,
Non citharæ voces, non pravæ industria fraudis,
Aut fera dissidia, aut versatilis ira; neque enses
Defuncti tractant; commune sed omnibus ævum,
Carceris immensi custos, in Judicis horam.
. . . .
Auro aut argento fictis aut marmore signis
Ipsæ vos ornate, diem ut subeatis atrocem.
Sed pœnas, o Roma, tuas, gemitumque, doloremque
Aspicient primum. Nec jam tua vincla subibunt
Aut Syrus, aut Græcus, seu barbarus aut alius quis.
Diripiere, luesque malum quodcumque patrasti,
Infelix, et dum persolveris omnia, flebis;
Jamque triumphus eris victis, jam dedecus orbi.
   Inde Latinorum regum gens sexta, supremo

Exin quum sexta regum generatio occiderit [Antoninorum nempe, sed quomodo numeranda, dubium est]. Rex alius ex eadem [nempe Latina] sobole toto dominabitur orbe, ejusque post ipsum stirps inconcussa, filiis ex filiis renascentibus; sic enim divinitus prædictum, postquam reges quindecim [id est, Romani totidem

κτίζεσθε, πόλεις, κοσμεῖσθέ τε πᾶσαι, sicut III, 58, loco hinc ducto.

125. Codd. quidam πρότερον, ubi vulg. et nos πρώτην.

129. Ex Matthæo, cap. 18, v. 34. Cfr. V, 90, et quatuor ultimos libros passim.

131. Codd. aliquot, ἔκτοτέ γε λατ.

Ὑστάτιον βίον ἐκτελέσει, καὶ σκῆπτρα προλείψει.
[Τῆς αὐτῆς γενεῆς ἕτερος βασιλεὺς βασιλεύσει,
Ὃς πάσης γαίης ἄρξει, καὶ σκῆπτρα κρατήσει·
Ἄρξει δ' αὐτοκέραστα, Θεοῦ βουλαῖσι μεγίστου,
Παῖδες καὶ παίδων τούτου γενεὴ ἀσαλεύτων],
Ὡς γὰρ θέσφατόν ἐστι, περιπλομένοιο χρόνοιο,
Ὁππόταν Αἰγύπτου βασιλεῖς τρὶς πέντε γένωνται.
Ἔνθεν ὅταν Φοίνικος ἐπέλθῃ πενταχρόνοιο,
Ἥξει πορθήσων λαῶν γένος, ἄκριτα φῦλα,
Ἑβραίων [ὄλεθρος]. Τότ' Ἄρης Ἄρεα προνομεύσει·
Ῥωμαίων ὑπέροπλον ἀπειλὴν αὐτὸς ὀλέσσει.
Ὤλετο τῆς Ῥώμης ἀρχὴ τότε τηλεθόωσα,
Ἀρχαίη πολέεσσι περικτιόνεσσιν ἄνασσα.
Οὐκέτι νικήσειε πέδον Ῥώμης ἐριθήλου,
Ὁππόταν ἐξ Ἀσίης κρατέων ἔλθῃ σὺν Ἄρηϊ.
Ταῦτα δὲ πάντ' ἔρξας, ἥξει [μετόπισθεν] ἐς Ἄστυ.
Τρὶς δὲ τριηκοσίους καὶ τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ
Πληρώσεις λυκάβαντας, ὅταν σοι δύσμορος ἥξῃ
Μοῖρα βιαζομένη, τεὸν οὔνομα πληρώσασα.
Οἴ μοι ἐγὼ τριτάλαινα, πότ' ὄψομαι ἦμαρ ἐκεῖνο
Σεῖό ποτε, Ῥώμη, πᾶσι δὲ μάλιστα Λατίνοις;
[Κώμαζ', εἰ βούλει σὺ, τὸν] ἐγκρυφίαισι λοχείαις
Ἀσσίδος ἐκ γαίης ἐπὶ Τρωϊκὸν ἅρμ' ἐπιβάντα,
Θυμὸν [ἔχοντ'] αἴθωνος. Ὅταν δ' Ἰσθμὸν διακόψῃ
Παπταίνων, ἐπὶ πάντας ἰὼν, πέλαγος διαμείψας,
Καὶ τότε θῆρα μέγαν μετελεύσεται αἷμα κελαινόν·
Τὸν δὲ λέοντ' [ἐδίωξε] κύων, ὀλέκοντα νομῆας·

imperatores,] Ægypto [ac reliquo videlicet orbi] jura dederint, [quæ tamen prædictio manifesto huc interpolata est contra Sibyllistarum omnium mentem]. — 139, sqq. Quum Phœnix avis quinta vice in hominum mentem venerit, aderit Hebræorum oppressor [Nero Antichristus], perniciem ferens Romanis. — 149, sq. Fatalis erit urbi Romæ ipse sui nominis annus 948 [qui Christi est 195, M. Au_

133, sqq. Hunc et tres sqq. versus, quum minime ad Messiam referri possint, obque alias dicendas alibi causas, necesse est pro interpolatis haberi : vide not.

137. Cfr. Iliad. υ, 308.

138. Cfr. supra, 50.

141. Post Ἑβραίων codd. ἔθνος vel γένος, ubi sensus aperte postulat ἐχθρός vel ὄλεθρος : nos corr. e conj. si non certa, probabili tamen : nam unde πορθήσων in masc. et infra, 142, αὐτός?

147. Codd. κριπίσθεν barbare, ubi nos μετόπισθεν e conj., quum exempla non desint Sibyllina, ut III, 63, etc.

Functa die, vitam pariter sceptrumque relinquet.
[At genere ex illo princeps dominabitur alter,
Qui terras omnes subiget, qui sceptra tenebit
Jure suo regnans (ea Numinis æqua voluntas),
Succedetque olli stirps inconcussa nepotum] :
Nam sic in fatis fixum, vertentibus annis,
Quum tulerit reges ter quinque Ægyptia tellus.
Hinc ubi Phœnicis jam quinta recurrerit ætas,
Adveniet, multas qui proruat impete gentes,
Hebræorum hostis. Tunc Mars a Marte premetur,
Romulidumque simul frangentur tela minæque.
Interiit florens Romana potentia quondam,
Tot circumjectas longum dominata per urbes.
Nec jam felicem Romæ victoria campum
Proteget, ex Asia veniens quum fortior hostis,
Marte potens, ipsam post omnia tendet in Urbem.
Quadraginta annos complebis terque trecentos
Et super his octo, quum te justissima tandem
Fata tuo miseram completo nomine perdent.
Hei mihi! quando illud cernam miserabilis ævum,
Triste quidem tibi, Roma, et cunctis triste Latinis?
Nunc celebra votis illum, qui noctis in umbra
Insidias Asia parat interiore repostas,
Scandens Iliacos currus, et sæva leonis
Corda gerens. Sed quum bimarem perruperit isthmum,
Vestigans oculis, trajectoque omnia vastans
Æquore, tunc fatum inveniet fera magna cruentum,
Urgebitque canis populantem armenta leonem :

relii 29, unde sequitur anteriorem hunc esse librum]. — 151, sqq. Votis accersit Sibylla funestum istud [Antichristi] tempus, quia futurum Romæ et Latinis exitiosum. — 157, sqq. Ultio tandem ipsum [Antichristum] terras vastantem assequetur, regnoque evertet. —

152. De forma σεῖο pro σοι usurpata cfr. V, 394, 396, eamdemque passim, barbaram licet, invenias in Sibyllinis.

153. Codd. κωμάζει βουλαῖσι τὸν ἐγκρ. : nos corr. manente tamen insolenti voce λοχείαις pro λόχοις.

155. Codd. ἔχων, ubi nos ἔχοντ'. Inde substantive ponitur αἴθων, satis quidem insolenter, loco λέοντος seu θηρός : cfr. XI, 180.

157. Græca proprie significant : «Inde feram magnam persequetur ater cruor,» sive ipsius cruor, scelerati viri, sive alienus ab ipso fusus intelligatur.

158. Codd. ἔδωκε, ubi nos ἐδίωξε ex XIV, 17.

Σκῆπτρα δ' ἀφαιρήσουσι, καὶ εἰς Ἀΐδαο περήσει.
Ἥξει καὶ Ῥοδίοις κακὸν ὕστατον, ἀλλὰ μέγιστον.
Καὶ Θήβαισι κακή γε μένει μετόπισθεν ἅλωσις.
Αἴγυπτος δ' ἀπολεῖται ὑφ' ἡγεμόνων κακότητος.
Ὡς δὲ καὶ οἳ μετόπισθ' ἔφυγον βροτοὶ αἰπὺν ὄλεθρον,
Τρισμακάριστος ἔην καὶ τετράκις ὄλβιος ἀνήρ.
Ἔσται καὶ Ῥώμη ῥύμη, καὶ Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ Σάμος ἄμμος . . . .
Ὕστερον αὖ μετέπειτα καὶ εἰς Πέρσας κακὸν ἥξει
Ἀνθ' ὑπερηφανίης· ἀπολεῖται [δ'] ὕβρις ἅπασα.
Καὶ τότε ἁγνὸς ἄναξ πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσει
Εἰς αἰῶνας ἅπαντας, [ἀπο]φθιμένους ἀνεγείρας.
Τοῖς Ῥώμη ὕψιστος ἄγοι οἰκτρὴν τότε μοίρην,
Πᾶσίν [τ'] ἀνθρώποισιν· ὅροις [δ'] ἐπὶ [οἷσιν] ὀλοῦνται.
Ἀλλ' οὐ μὴ πεισθῶσιν, ὅ κεν πολὺ λώϊόν ἐστιν.
Ἀλλ' ὁπόταν δὴ πᾶσιν ἐπαυξήσῃ κακὸν ἦμαρ
Λιμοῦ καὶ λοιμοῦ, δυσανασχέτου τε κυδοιμοῦ,
Καὶ τότ' ἔπειτ' αὖθις κρείων ἔμπροσθεν ὁ τλήμων,
Συγκαλέσας βουλὴν, βουλεύσεται ὡς ἀπολέσσει
. . . .
Ξηρὰ μὲν ἀνθήσουσιν ὁμοῦ φύλλοισι φανέντα·
Οὐράνιον δ' ἔδαφος δείξει στερεᾷ ἐπὶ πέτρῃ
Ὄμβρον τε, φλογμόν τε, πολύπνοιάν τ' ἐπὶ γαῖαν,
Καὶ σπορίμων πληθὺν ἰῶν κατὰ γαῖαν ἅπασαν.
Ἀλλὰ πάλιν πράξουσιν ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες,
Οὐ μήνιμα Θεοῦ δειδιότες, οὔτ' ἀνθρώπων,

— 160, sqq. Suprema [et jam alibi prædicta] Rhodiis portenditur clades, et Thebis [Ægyptiis], et toti Ægypto, et Romæ jam in rudera vertendæ, et Delo, et Samo, et Persis [id est, Parthis], superbiæ pœnas daturis. — 169, sq. Regnum Messiæ, revocatis e tumulo mortuis [sed justis tantum, ut videtur, ac præcipue

160. Ex IV, 101, et cfr. III, 486.

161. Ex IV, 89.

162. Cfr. V, 17, ubi de Cleopatra.

163. Codd. ὡς δὲ καί οἱ, vacante οἳ Alexandrino more, sed falso, ut opinamur : verum enim est οἳ ἔφυγον, « qui fugerint, seu si quis fugerit ». Vide tamen an pro ὡς δέ scribendum sit ὥς δέ, idem valens quod vulgo ἀλλ' ὥς, « sic tamen ».

165, sq. Ex IV, 91, sq. : confer etiam, III, 364, et vide not.

166. Reliqua versus supplenda ex IV, 91 : Καὶ Σάμον ἄμμος ἅπασαν ὑπ' ἠϊόνεσσι καλύψει.

168. Codd. δ' omittunt.

170. Codd. τοὺς φθιμένους, ubi nos ἀποφθ.

171. Cfr. XIV, 303.

172. Codd. πᾶσιν δ' ἀνθρ., ac deinde

Amisso sceptro, manes descendet ad imos.
Et Rhodiis veniet postrema, at maxima clades.
Et manet exitium posthac miserabile Thebas,
Ægyptusque ducum vitio culpaque peribit;
Et qui tum fugiens casus vitarit acerbos,
Is ter erit felix, is terque quaterque beatus.
Roma ruina erit, et Delus deleta jacebit:
Fiet arena Samus . . . .
Postremo validis incumbent aspera Persis
Damna, feretque graves prostrata superbia pœnas.
Et tum castus rex terræ totius adibit
Æternum imperium, revocans ad sidera manes.
Romulidas autem fatis Deus anget acerbis,
Et populi sua quisque intra confinia flebunt;
Necdum etiam credent, quamvis præstantius esset.
Inde ubi longa dies ærumnas gentibus omnes
Auxerit, esuriem, pestem, sævosque tumultus;
Tunc miser, imperii tulerit qui sceptra, vocato
Concilio, quæret qua possit perdere fraude
. . . .
Arescent vixdum foliis arbusta coortis:
In sterilemque petram fundentur ab æthere summo
Æstusque pluviæque et crebro flamine venti,
Perque omnem crescet terram seges atra veneni.
Hi tamen exstincto peragent infanda pudore,
Non hominum veriti, non ipsam Numinis iram,

Judæis : vide not.]. — 171, sqq. Impiorum pervicacia : conjurat adversus Messiam Antichristus [regnans igitur adhuc in terris : sed hic aliquid latet in lacuna]. — 178, sqq. Sterilitas et fames in terris : crescit nihilominus hominum nequitia. —

ὅροις ἐπὶ τοῖσιν, sine copula, ubi nos e conj. οἷσιν rescripsimus.

174. Cfr. κακὸν χρόνον, VII, 133.

175. An forte δυσανασχήτου?

176. Cfr. Psalm. 2, v. 1, sqq. Et hæc fuit recepta apud plerosque judaizantium doctrina, postquam diu regnasset Messias, venturum Antichristum ab ultimo orbe cum barbaris regibus conjuratis, Messiæ mox debellandum, et tunc fore ultimum rerum finem : vide not.

177. De Antichristo prius a Messia in vincula conjecto, deinde tenebris suis erupturo, Lact. VII, cap. 26, initio; sed cfr. maxime Apoc., cap. 20, v. 7, sqq.

178. Hypallage pro ξηρανθήσεται τὰ ἄνθη. Respicit huc Lactantius lib. VII, cap. 16, ubi ait : « Sed quum in flore « spem maximam dederint, etc. »

180. Codd. φλόγιόν τε : corr. Ops.

181. Codd. οἰῶν : medelam vidit Cast., sed ἰῶν, « telorum » intellexit.

Αἰδοίην προλιπόντες, ἀναιδείην δέ θ' ἑλοῦνται,
Ἀστασίῃσι τύραννοι, ἁμαρτωλοί τε βίαιοι,
Ψεῦσται, ἀπιστόφιλοι, κακοπράγμονες, οὐδὲν ἀληθεῖς,
Πιστοπορθεῖς, ψευδέσσι λόγοις δύσφημα χέοντες·
Οὐδέ σφιν πλούτου κόρος ἔσσεται, ἀλλὰ ἀναιδῶς
Πλείονα συλλέξουσι· τυραννωθέντες ὀλοῦνται.
  Ἄστρα πεσεῖται πάντα θαλάσσης ἀντίπρωρα,
Πολλὰ μὲν ἑξῆς ἄστρα, καὶ ἀκτινόεντα κομήτην
Ἄνθρωποι καλέουσι τὸν ἀστέρα, [σῆμα] πόνοιο,
Πολλοῦ ἐπερχομένου πολέμου καὶ δηϊοτῆτος.
  Μή ποτ' ἐγὼ ζώην, ὅτε ἡ ἱλαρὰ βασιλεύσει,
Ἀλλὰ τότ', οὐρανίη ὅταν ἡ χάρις ἐμβασιλεύσῃ,
Καὶ ὁπόταν παῖς [τις] ἱερὸς δολοφ[όντας] ἁπάντων
Ἐξολέσῃ δεσμοῖς, ὀλοόφρονα βυσσὸν ἀνοίγων,
Αἰφνίδιος δὲ βροτοὺς ξύλινος δόμος ἀμφικαλύψῃ.
  Ἀλλ' ὅταν ἡ δεκάτη γενεὰ δόμον Ἄϊδος εἴσω,
Θηλυτέρης μετέπειτα μέγα κράτος, ᾗ κακὰ πολλὰ
Αὐξήσει Θεὸς αὐτὸς, ὅταν βασιληΐδα τιμὴν
Στεψαμένη τύχῃ· σύμπαν δ' ἔτος, [ἡλίκος] αἰών.
  Ἠέλιος μὲν [ἀμυδρὰ] τρέχων [νυχθήμερα] φαίνει·
Λείψει δ' ἄστρα πόλον· πολλῇ δέ τε λαίλαπι [τυφῶν]
Γαῖαν ἐρημώσει. [Νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσται],
Χωλῶν δὲ δρόμος ὠκύτατος, καὶ κωφὸς ἀκούσει,
Καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσ' οὐ λαλέοντες,

— 190, sqq. Astra de cælo cadunt, cumque iis ingens cometa. — 194, sqq. Tandem hominum interfectores [Antichristus ejusque socii] a sacro quodam puero [angelo videlicet] in puteum abyssi mittuntur præcipites. — 199, sqq. Finis decimæ generationis : mulieris regnum [ex Apocalypsi, ubi tamen Roma ipsa vide-

184. Codd. δέ τ' ἑλοῦνται, unde Ops., ut nos, δέ θ'.

185. An verius ἅρπαγες ἠδὲ τύραννοι? Cfr. I, 165, et vide not.

186. Ἀπιστόφιλοι est etiam in pseudo-Cumano responso apud Phleg. de Mirab. cap. 10 : confer Append. ad Exc. nostrum III, pag. 246.

187. An verius πιστοπραθεῖς? Certe metro accommodatius, etsi Sibylla in talibus sæpe peccat. At libro II, 263, πιστολέται.

188, sq. Magis placeret ἀλλ' ὅτ' ἀναιδῶς Πλείονα συλλέξωσι vel συλήσωσι.

190, sqq. Ex Matth. cap. 24, et Apocal. cap. 8. Præstaret tamen hic πολλά pro πάντα, sicut versu seq., ubi plurima rursus astra cadent; cuncta vero infra, 204, λείψει δ' ἄστρα πόλον. Et hic videtur πολλά legisse Lactantius, VII, cap. 16 : « Stellæ vero, inquit, creberrimæ « cadent, etc. » Cfr. V, 530, et II, 202.

191. Cfr. II, 202, ac præsertim III, 334, ubi etiam cometæ mentio fit et præsagii inde petendi.

194. Desumptum versus hujus ini-

Omne nefas prompti patrare, pudoris egentes,
Raptores violenti, importunique tyranni,
Mendaces, pravi studiis, sine jure fideve,
Infensi justis, falsa et blasphema loquentes,
Quos nec opes ullæ satiabunt, pluraque semper
Quærentes male parta, cadent data præda tyrannis.
  Sidera cuncta ruent in fluctus prona marinos,
Innumera illa quidem, sed tristius omnibus unum,
Ignitis ardens radiis, quem nempe cometen
Dicent, instantis signum exitiale tumultus.
  Ah ! ne luce fruar quum festiva illa tenebit
Imperium ; sed tum quum gratia dia vigebit,
Et quum perjuros sanctus puer opprimet hostes
Humani generis, vinctosque in triste barathrum
Conjiciet, super et grandi teget ostia ligno.
  Sed postquam decimum sub terras iverit ævum,
Feminei vis incipiet sævissima regni,
Ærumnas cumulante Deo, quum regia fronte
Signa geret mulier : tunc annus longior ævo.
  Hinc sol obscurus perget noctuque dieque :
Astra polum linquent : crebris Deus ipse procellis
Vastabit terram : manesque a morte resurgent ;
Et claudi rapido current pede ; surdus et ipse
Audiet, et cæcus cernet, mutusque loquetur.

tur innui ; hic mulier nescio quæ]. — 203, sqq. Solis et astrorum defectus : resurrectio mortuorum [an eadem quæ supra, 170, auctore in se redeunte ? vide not.] : utique nulli jam corporum infirmitati locus : felicitas justorum in terris : [ibi lacuna

tium ex Hesiodo, Oper. 172. Deinde ἡ ἱλαρά, Roma est, quidquid alii somniarint, de qua etiam infra, 199, sqq., ubi vide not. Sed pro ὅτε præstaret ὅταν cum subj., metri causa.

196. Codd. παῖς ποθ' ἱερός, metro invito, ac deinde δολοφῶν : utrumque nos corr. Cfr. Apocal. cap. 20, v. 23, et vide not.

198. Codd. βροτοῖς : nos e conj. βροτούς, nempe Antichristi socios cum ipso demersos ; et favet liber XI, 134.

199. An γενεή potius ?

200. De illius mulieris imperio, cfr. Apocal. cap. 17 ; item apud nos, III, 75, et vide not.

202. Codd. ἤπιος, ubi nos e conj. ἡλίκος.

203. Codd. αὐχμηρά et νυκτερινά, utrumque contra metrum : nos corr.

204. Codd. θύων, ubi nos e conj. τυφών : nomen enim verbo deerat.

205. Tria ultima verba e mtis absunt, jam tamen a principe editore, Lactantii videlicet fide, addita. Nam hujus versus hemistichium et duos sqq. integros citat Lactantius, IV, 15, sed alio sensu, de Christi nempe miraculis.

Καὶ κοινὸς πάντεσσι βίος καὶ πλοῦτος ἐσεῖται.
Γαῖα δ' ἴση πάντων, οὐ τείχεσιν, οὐ περιφραγμοῖς,
Οὐδὲ μεριζομένη, καρποὺς τότε πλείονας οἴσει.
Πηγὰς δὲ γλυκεροῦ οἴνου, λευκοῦ τε γάλακτος,
Καὶ μέλιτος δώσει . . . .
. . . .
Καὶ κρίσιν ἀθανάτοιο Θεοῦ . . . .
Ἀλλ' ὅταν ἀλλάξῃ καιροὺς Θεὸς . . . . .
Χεῖμα θέρος ποιῶν, τότε θέσφατα . . . .
. . . .
Ἀλλ' ὅτε κόσμος ὄλωλεν . . . .

ingens.] — 214, sq. Mutantur anni tempestates: [lacuna hic quoque.] — 216. Quum vero mundus interierit, [rursus lacuna, incertum quanta.]

209. Hæc omnia videtur imitari Lactantius libro VII, cap. 24. Cfr. et apud nos, III, 619, sqq.

210. Cfr. II, 321. Palladius huc fortasse respexit in vita Chrysostomi, initio: Ἦν δέ ποτε καὶ ἡ γῆ κοινὴ καὶ ἀμέριστος, κ. τ. λ.

211. Cfr. III, 622, et II, 219.

Tunc erit in medio vita omnibus, et bona vitæ:
Terraque par cunctis, sine muro aut sepibus ullis,
Ne divisa quidem, plures feret ubere fructus;
Et dulci vino fontes dulcique fluentes
Lacte dabit, mellisque . . . .
. . . .
Judiciumque Dei æterni . . . .
Tempora sed postquam Deus immutarit . . . .
Ex hieme æstatem faciens, tunc omnia . . . .
. . . .
Quum vero occiderit mundus . . . .

214, sqq. Pariter libro V, 299, ἀντὶ δὲ χειμῶνος θέρος ἔσσεται. An huc quoque referenda καιρῶν ἀλλαγίη, II, 157? Respexit ad hunc locum Lactantius, VII, cap. 16 : « Fiet enim vel æstas in hieme « vel hiems in æstate. »

215. In fine suppl. πάντα τελεῖται, ut alibi in Sibyllinis et loco hinc palam ducto, XIV, 297.

216. Codd. quidam κόσμον. Sequebantur multa nunc desideranda de rerum statu post mundi finem.

* *

ΙΗΣΟΥΣ. ΧΡΕΙΣΤΟΣ. ΘΕΟΥ. ΥΙΟΣ. ΣΩΤΗΡ. ΣΤΑΥΡΟΣ.

Ἰ δρώσει δὲ χθὼν, κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται.
Ἥ ξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων,
Σ άρκα παρὼν πᾶσαν κρῖναι, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Ὄ ψονται δὲ Θεὸν μέροπες πιστοὶ καὶ ἄπιστοι
Ὕ ψιστον μετὰ τῶν ἁγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο.
Σ αρκοφόρων δ' ἀνδρῶν ψυχὰς ἐπὶ βήματι κρίνει,
Χ έρσος ὅταν ποτὲ κόσμος ὅλος καὶ ἄκανθα γένηται.
Ῥ ίψουσι δ' εἴδωλα βροτοὶ, καὶ πλοῦτον ἅπαντα.
Ἐ κκαύσει δὲ τὸ πῦρ γῆν, οὐρανὸν, ἠδὲ θάλασσαν
Ἰ χνεῦον· φλέξει δὲ πύλας εἱρκτῆς Ἀΐδαο.
Σ ὰρξ τότε πᾶσα νεκρῶν ἐπ' ἐλευθέριον φάος ἥξει
Τ ῶν ἁγίων· ἀνόμους δὲ τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει.
Ὁ ππόσα τις πράξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσει·
Σ τήθεα γὰρ ζοφόεντα Θεὸς φωστῆρσιν ἀνοίξει.
Θ ρῆνος δ' ἐκ πάντων ἥξει, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων.
Ἐ κλείψει σέλας ἠελίου, ἄστρων τε χορεῖαι.
Ο ὐρανὸν εἱλίξει· μήνης δέ τε φέγγος ὀλεῖται.
Ὑ ψώσει δὲ φάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βουνῶν·

Arg. Agit hæc pars de supremo præcipue judicio, multis interjectis de vita et morte Christi, additaque longa ad Judæos primum, deinde ad gentiles cohortatione ut ad verum Dei cultum convertantur. Hæc pars, nisi potius novus dicendus est liber, nonus ordine numerandus, quia nonus vulgo deest, habet communia multa

Tit. Hæc pars libri octavi in codd. olim adhibitis et in veteribus edd. a priore non aliter separatur quam lacunæ spatio ob versus priores imperfectos relicto, tituli tamen vicem gerente epigraphe, ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΕΙΣΤΟΣ, κ. τ. λ., grandioribus plerumque vel rubricatis scripta literis. Rubrica etiam pingi solent initia sequentium, quibus acrostichis constat, versuum. Novi codd. (novos enim de more nostro vocamus recentius exploratos Ambrosianum, Vaticanos, Hardtianum) hanc secundam partem sine priore habent; totius igitur libri initio, pariterque titulo carent.

217, sqq. Incipit celeberrima apud antiquos acrostichis Sibyllina, constans versibus XXXIV, quorum primis literis titulus conficitur : ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΕΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ ΣΤΑΥΡΟΣ, sic quidem apud Eusebium in Oratione Constantini ad Sanctos : apud Augustinum vero de Civit. Dei, cap. 23, primis tantum versibus XXII continetur, omissis iis qui ad vocem ΣΤΑΥΡΟΣ pertinent. Vide not. ad h. l. et quæ multa olim de hac re disputata sunt in Exc. nostro V, cap. 5.

217. Eusebii lectio est ἱδρώσει γάρ, Sibyllini autem codices δέ.

222. Codd. plerique σαρκοφόρων ἀνθρώπων ψυχὰς βήματι κρίνων, sine δ' ac sine ἐπί : sed codex Maianus Mediola-

* *

JESUS . CHRISTUS . DEI . FILIUS . SALUS . IN . CRUCE.

J udicii signum, tellus sudore madescet,
E que polo rex adveniet per sæcla futurus,
S cilicet ut carnem præsens, ut judicet orbem,
U nde Deum cernent incredulus atque fidelis
S ublimem, sanctis medium, jam fine sub ipso,
C orporeorum animis hominum jura ultima dantem,
H orrebit quum terra situ et vepris aspera fiet.
R ejicient simulacra viri gazasque profanas.
I ncendet terras ignis pontumque polumque,
S ubtus iter rimatus, et Orci claustra recludet.
T um caro sanctorum se libera tollet ad auras :
U ltor in æternum sontes tunc arguet ignis,
S i quid in occulto culpæ latet, omne revelans
D elictum, et tenebras animorum luce resolvens.
E rgo omnes flebunt nequicquam, et dentibus omnes
I nfrendent. Sol deficiet; nec luna, nec ullæ
F ulgebunt stellæ, atque ingens replicabitur æther.
I mas attollet valles; juga deprimet alta :

vel similia, nec dubiam, nobis quidem judicibus, cognationem cum Procœmio Sibyllino, cui fortasse olim adjuncta fuit. Cfr. Exc. nostr. V, cap. 4. — 217, sqq. Acrostichis [præcipuo loco in Sibyllinis habenda] de judicio supremo. —

nensis veram lectionem reddidit, in qua κρίνει est Sibyllina licentia pro κρινεῖ, etsi lib. III, 287, contra metrum, κρινεῖ legitur.

224. sq. Citat hos duo versus Lactantius, VII, cap. 9, sed non tanquam ex acrostichide, fortasse memoriter.

225. Hic versus antiquitatem firmat hujus acrostichidis ob veterem orthographiam nominis ΧΡΕΙΣΤΟΣ : vide not.

226. Ad ἴχνευον respicit Julius Firmicus de hoc eodem terrarum incendio scribens, pag. 435 : « Ignis iste scrutatur « abdita, quærit absconsa. »

227. Codd. plerique βροτῶν pro νεκρῶν, quod in ceteris et apud Eusebium legitur. Atenim βροτοί paulo ante lectum erat, 224, neque verisimile est tam cito iteratum fuisse.

231. Euseb. ἔσται pro ἥξει.

232. Codd. plerique, ἐκλείψει δὲ φάος σέλας ἠελίοιο καὶ ἄστρων : sed novi codd. cum Eusebio prorsus ut nos. Etiam χορεῖαι Augustini versione firmatur : « Eri- « pitur solis jubar et chorus interit as- « tris. » Cfr. ἄστρων χόρος, infra 451, et I, 140.

233. Ex Apocal. cap. 6, v. 14, et Isaïa, cap. 34, v. 4. Cfr. infra, 413, et libro III, 413.

234, sqq. Ex Luca, Evang. cap. 3, v. 3, et Isaïa, cap. 40, v. 3. Cfr. etiam Lact. VII, cap. 16, ubi legitur : « Montes « altissimi decident, etc. »

Ὕ ψος δ' οὐκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται·
Ἰ σά τ' ὄρη πεδίοις ἔσται· καὶ πᾶσα θάλασσα
Ο ὐκέτι πλοῦν ἕξει. Γῆ γὰρ φρυχθεῖσα κεραυνῷ
Σ ὺν πηγαῖς· ποταμοὶ δὲ καχλάζοντες λείψουσιν.
Σ άλπιγξ δ' οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει,
Ὠ ρύουσα μύσος μελέων καὶ πήματα κόσμου.
Τ αρτάρεον δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.
Ἥ ξουσι δ' ἐπὶ βῆμα Θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες.
Ῥ εύσει δ' οὐρανόθεν ποταμὸς πυρός, ἠδέ τε θείου.
Σ ῆμα δέ τοι τότε πᾶσι βροτοῖς σφρηγὶς ἐπίσημος,
Τ ὸ ξύλον ἐν πιστοῖς, τὸ κέρας τὸ ποθούμενον ἔσται,
Ἀ νδρῶν εὐσεβέων ζωή, πρόσκομμα δὲ κόσμου,
Ὕ δασι φωτίζον κλητοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς·
Ῥ άβδος ποιμαίνουσα σιδηρείη τε κρατήσει.
Ο ὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροστιχίοις Θεὸς ἡμῶν,
Σ ωτὴρ ἀθάνατος βασιλεύς, ὁ παθὼν ἕνεχ' ἡμῶν·
Ὃν Μωσῆς ἐτύπωσε προτείνας ὠλένας ἁγνάς,
Νικῶν τὸν Ἀμαλὴκ πίστει, ἵνα λαὸς ἐπιγνῷ
Ἐκλεκτὸν παρὰ πατρὶ Θεῷ καὶ τίμιον εἶναι
Τὴν ῥάβδον Δαβὶδ, καὶ τὸν λίθον ὅνπερ ὑπέστη,
Εἰς ὃν ὁ πιστεύσας ζωὴν αἰώνιον ἕξει.
Οὐδὲ γὰρ ἐν δόξῃ, ἀλλ' ὡς βροτὸς εἰς κρίσιν ἥξει,
Οἰκτρὸς, ἄτιμος, ἄμορφος, ἵν' οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει,
Καὶ φθαρτῇ σαρκὶ μορφὴν, καὶ πίστιν ἀπίστοις

— 251, sqq. Christus a Mose significatus. — 256, sqq. Primum Christi judicium [ex Christianorum antiquissimorum sententia], id est, primus ejus in terras ad-

235. Pro λυγρόν doctus quidem Anonymus suspicabatur λοιπόν, bene.

237. Codex novus Maianus, φρυχθεῖσα τότ' ἔσται. Vetus apud Augustinum interpres legisse videtur ῥηχθεῖσα, qui « confracta » vertit.

239. Lact. VII, cap. 16, hunc versum citat, non tamen ut ex acrostichide, quod et supra notatum ad 224.

240. Antea nos cum Eusebio et codd. quibusdam, μέλλον pro μελέων, sed male, quum judicium non jam μέλλον, sed παρόν hic effingatur. Et vox μέλεοι de impiis a Sibylla alias quoque usurpatur, ut IV, 161, ἃ μέλεοι. Nunc igitur ad vulgatam redimus. Latinus etiam interpres apud Augustinum « facinus miserum » vertit, tanquam μέλεον legerit.

241, sq. Habet hos quoque duos Lactantius, VII, cap. 16, sine ulla acrostichidis mentione, ut supra, 224 et 239. Scribit Eusebius ταρταρόεν et ποτε. De sensu, cfr. Psalm. 17, v. 17.

243. Euseb., ἠδέ γε θείου. Suspicari licet, favente uno e novis codd., ἠδὲ θεείου. Desinit in hoc versu acrostichis apud Augustinum : vide not.

245. E Psalmo 131, v. 17, et Reg. I. cap. 2, v. 12. Cfr. et Luc. Evang. cap. 1, v. 69 : vide not.

L inquet enim celsi nihil, æquabitque supremis
I nfima. Navigiis non pandent æquora mollem
U lla viam. Tellus uretur fulmine : fontes
S iccati, crepitantque vadis arentibus amnes.
S ed tuba de cælo longum et lugubrem ululatum
A fferet, insanis omen lugubre dolorum.
L urida tum ruptis patefient Tartara terris :
U na omnes magno stabunt sub judice reges :
S ulfuris atque ignis ruet alto ex æthere torrens.
I nsigne et cunctis aderit mirabile visu
N ullo sat cultu fidis venerabile lignum,
C ornu almum, quod vita piis, offensio mundo est,
R espergens sanctos duodeno fonte, regensque
U nius imperio populos, ceu ferrea virga.
C arminis hic nostri est quem prima notant elementa,
E t qui pro nobis cecidit rex atque redemptor :
Quem sancta ex alto protendens brachia Moses
Significat, fidei dum telo Amalecia vincit
Agmina; ne lateat populum, quam sancta patrique
Cara Deo sit virga David, promissus et ipsi
Sæpe lapis, quo qui stabit bene, vivet in ævum.
Namque ad judicium veniet, non luce refulgens,
Sed par terrigenis, ut spes reddatur adempta,
Et formam corrupta caro atque infida resumant

ventus incarnationis ope, habito prius jamque a prima rerum origine cum Patre de ea re consilio, nempe ut homines a Patre creati per Filium renovarentur. —

246. Πρόσκομμα κόσμου : cfr. Paul. ad Galat. cap. 5, v. 11, et Petr. epist. I, cap. 2, v. 8. E prophetis, Isaï. cap. 8, v. 14. Etiam Sibyll. I, 345.

247. Novi codd. ὕδασι. Deinde quidam φωτίζων. Cfr. infra, 271.

248. Cfr. Psalm. 2, v. 8, et Sibyll. I, 345.

249. Codd. alii, ἀκροστιχίσιν.

252. Πίστει improprie de Christo nec satis digne : sed et sic infra, 274.

254. De virga seu genere David confer VI, 16. In fine vulgata olim erat lectio εἰς ὃν ἐπέστη, sed novi codd. ut nos. De Christo, tanquam lapide spiritali Ecclesiæ supposito, cfr. I, 345, et Sacram Scripturam passim.

255. Ex Joann. Evang. cap. 3, v. 36.

256. Codd. plerique ἄλλως, indivise, omisso versus fine, quem dedere novi codd. Judicium hic antiquiore sensu cape de primo adventu Christi, et vide not.

257, sq. Codd. plerique post ἄμορφος lacunam habent, quam supplevit Lact. IV, cap. 16, hunc et seq. versum citans. Novi etiam codd. versum dant integrum, sed ἐν οἴκτοις præferunt.

258. Codd. plerique, καὶ φθαρτῆς σαρκὸς μορφῇ, versu deinde truncato : sed novi codd. ut nos,

Οὐράνιον δώσει, καὶ μορφώσει τὸν ἀπ' ἀρχῆς
Ἄνθρωπον πλασθέντα Θεοῦ παλάμῃσιν ἐν αὐταῖς,
Ὅν τ' ἐπλάνησεν ὄφις δολίως, ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
Τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε,
Ὥστε, Θεὸν προλιπόντα, λατρεύειν ἤθεσι θνητοῖς.
Αὐτὸν γὰρ πρώτιστα λαβὼν σύμβουλον ἀπ' ἀρχῆς,
Εἶπεν ὁ παντοκράτωρ, Ποιήσωμεν, τέκνον, ἄμφω,
Εἰκόνος ἐξ ἰδίης ἀπομαξάμενοι βροτὰ φῦλα·
Νῦν μὲν ἐγὼ χερσὶ, σὺ δ' ἔπειτα λόγῳ θεραπεύσεις
Μορφὴν ἡμετέρην, ἵνα κοινὸν ἀνάσταμα δῶμεν.
Γνώμης οὖν ταύτης μεμνημένος εἰς κρίσιν ἥξει,
Ἀντίτυπον μίμημα φέρων εἰς Παρθένον ἁγνὴν,
Ὕδατι φωτίζων διὰ πρεσβυτέρων ἅμα χειρῶν,
Πάντα λόγῳ πράσσων, πᾶσαν νοῦσον θεραπεύων.
Τοὺς ἀνέμους παύσειε λόγῳ, στορέσει δὲ θάλασσαν
Μαινομένην ποσὶν, εἰρήνῃ πίστει τε πατήσας.
Ἐκ δ' ἄρτων ἅμα πέντε καὶ ἰχθύος εἰναλίοιο
Ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσσει,
Καὶ τὰ περισσεύσαντα λαβὼν ἅμα κλάσματα πάντα,
Δώδεκα πληρώσει κοφίνους εἰς ἐλπίδα λαῶν.
Καὶ καλέσει ψυχὰς μακάρων, [οἰκτρούς] τ' ἀγαπήσει,
Οἳ καλὸν ἀντὶ κακοῦ χλευαζόμενοι πρήξουσι,
Τυπτόμενοι, μαστιζόμενοι, πενίην ποθέοντες.
Πάντα νοῶν, καὶ πάντα βλέπων, καὶ πάντ' ἐπακούων,
Σπλάγχνα κατοπτεύσει καὶ γυμνώσει πρὸς ἔλεγχον.
Αὐτὸς γὰρ πάντων ἀκοὴ καὶ νοῦς καὶ ὅρασις,

259, sq. Olim ex duobus his versibus unus efficiebatur, omissis intermediis verbis καὶ μορφ... ἄνθρ., quæ novi codd. supplerunt.

260, sq. Lact. hunc et sequentem habet, libr. II, cap. 13 : scribit autem παλάμαις ἐνὶ αὐταῖς. Novi codd. ut nos. Olim post πλασθέντα finis versus deerat.

261. Codd. et edd. omnes δόλιος, ubi nos cum Lact. δολίως. Imitatus est hunc locum Justinus, Cohort. § 38.

263. Codd. plures ἔθνεσι, sed meliores ἤθεσι. Cfr. infra, 317.

264. Hinc Lact. IV, cap. 6 : « Et Si- « bylla σύμβουλον appellat. » Sic quoque Augustinus ex eodem. Cfr. infra, 441, sqq., et Isaï. cap. 9, v. 6.

265. Cfr. Genes. cap. 1, v. 26, atque ibi interpp. commentantes illud ποιήσωμεν de prima secundaque Trinitatis personis, fortasse nimis ingeniose. Præiverat Philo, de Opif. pag. 12, vet. ed.; post hunc Theophilus ad Autol. I, § 18; Irenæus, IV, § 37, etc.

268. Codd. omnes ἀνάστημα, nisi unus male ἀνάσταμαι : nos corr.

270. Ἀντίτυπον μίμημα, « similem imaginem », prorsus ut I, 33 : item I, 333, sed alio sensu. Est quoque apud Nonnum poëtam in Joann. 172.

271. Non suis quippe, sed Apostolorum

Corda fidem. Simul ipse hominem sub imagine prisca
Restituet, qualem Deus olim finxerat auctor.
Cui vafer illusit serpens, ut mortis acerbas
Leges, atque bonum sciret pravumque quid esset,
Neglectoque Deo serviret morte caducis.
Consiliis Nati nam quum Pater optimus orbem
Conderet, hæc olli prudens ait : En age, fili,
Humanam nostra fingamus imagine prolem,
Nunc egomet manibus, tu verbo deinde potenti,
Commune ut sit opus. Dicti memor ille paterni,
Descendet judex, formam mortalibus ægris
Consimilem portans, in sanctæ Virginis alvum.
Effundet sacram manibus senioribus undam;
Ipse sed interea verbo mala cuncta levabit,
Pacabit verbo ventos, sternetque profundum
Sub pedibus, calcans maris iras pace fideque.
Panibus ille etiam quinis et pisce marino
Millia quinque hominum deserto pascet in agro,
Relliquiisque cibi collectis undique, senos
Bis cophinos implere dabit, spem gentibus almam.
Idem ad se sanctosque viros humilesque vocabit,
Solventes accepta bonis mala, verbere lætos,
Opprobrii cupidos et paupertatis amantes.
Idem cuncta sciens, auscultans cuncta vidensque,
Intima nudatis perscrutans ossa medullis,
Mens inerit cunctis, auditus, visus, et illa

manibus, Joann. Evang. cap. 4, v. 2. Pro φωτίζων codd. nov. βαπτίζων, minus ex antiquo more.

272, sqq. Hic et multi sequentes versus aperte fuerunt vel ob oculos vel in mente Sibyllistæ, I, 351, sqq. Recurret hic etiam infra, 286. Λόγῳ omnia facere divinum Verbum, quivis hic videt, notante Lact. IV, cap. 15.

273. Codd. plerique παύσει τε λόγῳ.

274. Codd. ποσὶν εἰρήνης (sic) : deinde omnes πίστει, ut supra, 252.

275, sqq. Citatur hic cum tribus sqq. a Lactantio, IV, cap. 15, ubi vulgo legitur καὶ ἰχθύεσσι δυοῖσιν. Ab hoc autem loco mutandus nobis fuit ordo versuum qui in codd. et edd. olim sic ferebatur : 272-274; 289-295; 299-301; 275-288; 305-310 (omisso 311); 312, etc. Invertendi præbuerunt exemplum novi codd., quanquam aliter inversos habent. Confer eorum plerosque rursus aliter dispositos, I, 356, sqq.

276. Greg. Naz. de Miraculis Christi, versu hinc fortasse ducto : Θρέψεν πάλιν ἕπτ' ἀκόλοισιν ἀνδρῶν χιλιάδας.

278. Lact. εἰς ἐλπίδα πολλῶν.

279. Deerant olim ultima verba, οἰκτρούς τ' ἀγαπήσει, quæ nobis reddiderunt novi codd.

282. Redibit hic, sed in duas partes fractus, infra, 368, sq.

Καὶ λόγος ὁ κτίζων μορφὰς, ᾧ πάνθ' ὑπακούει,
Καὶ νέκυας σώζων, πᾶσαν δὲ νόσον θεραπεύων.
Εἰς ἀνόμων χεῖρας καὶ ἀπίστων ὕστατον ἥξει,
Καὶ δώσουσι Θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοις,
Καὶ στόμασι μιαροῖς ἐκπτύσματα φαρμακόεντα.
Δώσει δ' εἰς μάστιγας ἁπλῶς ἁγνὸν τότε νῶτον·
Αὐτὸν γὰρ κόσμῳ παραδώσει παρθένον ἁγνήν.
Καὶ κολαφιζόμενος σιγήσει, μήτις ἐπιγνῷ,
Τίς, τίνος ὢν, πόθεν ἦλθεν, ἵνα φθιμένοισι λαλήσει.
Καὶ στέφανον φορέσει τὸν ἀκάνθινον· ἐκ γὰρ ἀκανθῶν
Τὸ στέφος ἐκλεκτῶν ἁγίων αἰώνιον ἥξει.
Πλευρά τε νύξουσι καλάμῳ διὰ τὸν νόμον αὐτῶν·
Ἐκ καλάμων γὰρ σειομένων ὑπὸ πνεύματος ἄλλου
[Προσκλίματα] ψυχῆς ἐτράφη, ὀργῆς καὶ ἀμοιβῆς.
Ἐκπετάσει δὲ χέρας καὶ κόσμον ἅπαντα μετρήσει.
Εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν, καὶ πιεῖν ὄξος ἔδωκαν·
Τῆς ἀφιλοξενίης ταύτην τίσουσι τράπεζαν.
Ἀλλ' ὅτε ταῦτά γε πάντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον,
Εἰς αὐτὸν τότε πᾶς λύεται νόμος, ὅστις ἀπ' ἀρχῆς
Δόγμασιν ἀνθρώπων ἐδόθη διὰ λαὸν ἀπειθῆ.
Ναοῦ τε σχισθῇ τὸ πέτασμα, καὶ ἤματι μέσσῳ
Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα πελώριος ἐν τρισὶν ὥραις.
Οὐκέτι γὰρ ναῷ κρυφίῳ τε νόμῳ τε λατρεύειν,
Φαντασίαις κόσμου κεκαλυμμένον, αὖθις ἐδείχθη,
Αὐθέντου καταβάντος ἐπὶ χθονὸς ἀενάοιο.
Ἥξει δ' εἰς Ἀΐδην, ἀγγέλλων ἐλπίδα πᾶσι

— 287, sqq. Christi passio et mors. —

286. Idem supra lectus erat, 272.

287, sqq. Hic et tres sqq. citantur a Lactantio, IV, cap. 18, ὕστερον legente pro ὕστατον.

289. Codd. εἰς ἐκπτύσματα φαρμ. παρειὰς αὐτοῦ, rejecto ad alterum versum δώσει καὶ μαστ. et sic vulg. Nos Lactantium sequimur.

291. Versus hic non de Virgine Deipara, sed aperte de Christo ipso intelligendus, deest codicibus novis. Veteres initio αὐτός habent, pro quo nos αὐτόν, Sibyllina orthographia pro ἑαυτόν.

292, sqq. Lact. hunc et duo sqq. citat, IV, cap. 18.

293. Codd. novi, τίς τίνος ἢ πόθεν ἦλθεν. Lact. τίς λόγος ἢ πόθεν.

295. Respicit ad h. v. Lactantius IV, cap. 26 : « Corona, inquit, spinea capiti « ejus imposita est », mireque commentatur in h. locum.

297. In fine, ἄλλου sumendum indefinito sensu, ut ἄλλως sæpe.

298. Codd. alii πρὸς κρίματα, alii προσκρίματα indivise, alii πρὸς κλίματα : nos corr. gnari talibus derivatis

Quæ formas gignit ratio, cuique omnia parent.
Quum vitam dederit functis, ægrisque salutem,
In sævas aliquando manus ac lege carentes
Incidet. Ora Dei colaphis ferientur, et olli
Sputa venenatis aspergent impia labris.
Ipse dabit plagis sanctum sine tegmine corpus;
Tradet virgineas in mundi opprobria carnes,
Osque silens colaphis, ne quis sciat unde, vel a quo,
Quisve sit, ad gelidos portans bona nuntia manes.
Intexent olli spinis diadema cruentis :
E spinis æterna manet nam laurea justos.
Et calamo fodient costas, formidine legis :
Namque graves animorum æstus, vindicta furorque,
Ut calami temere impulsi, plerumque moventur.
Ipsi dein passis metanti cuncta lacertis,
Felle fames, acri sitis illudetur aceto :
Scilicet hanc apponet ei gens hospita mensam.
Quum vero fuerint gesta omnia, carmine quæ sunt
Dicta mihi, tum lex omnis solvetur in illo,
Apta rudi quondam fuerat quæ tradita genti.
Scindetur templi velum, et, mirabile dictu!
Nox medium premet atra diem tres protinus horas.
Sic templi et legis tenebras, postquam arbiter ipse
Venerit æternus, non amplius esse colendas,
Cæci homines subita mundi caligine discent.
Ille bonam sanctis spem portans omnibus, Orcum

gaudere Sibyllistas, ut ἀνάσταμα, διάθημα, etc. Dein tres legebantur versus a nobis rejecti infra, 302-304.

299. Vertit hunc latine Lactantius, IV, 26 : « Extendit ergo in passione ma- « nus suas, orbemque dimensus est. »

300. Lact. hunc quoque cum sequenti citat, lib. IV, cap. 17, sed pro καὶ πιεῖν habet καὶ ἐς δίψαν.

301. Codd. plerique, τῆς δὲ φιλοξενίης, ironice nec male : sed Lact. cum novis codd. ut nos.

302, sqq. Tres hi versus, 302-304, qui olim post 298 legebantur, huc retrahendi nobis fuerant sensus causa. Lact. hunc ipsum et sequentis partem habet, IV, cap. 17, ita legens : Ἀλλ' ὅτε ταῦτ' ἂν ἅπαντα, κ. τ. λ.

302. Recurret hic non semel in ultimis libris XI-XIV.

303. Non comparandus hic versus cum I, 332, aut cum Matth. 4, v. 17 : sensus enim diversissimus.

305. Codd. ναοῦ σχισθῆ καταπέτασμα, alii ναοῦ τε σχισθ., sed omnes καταπέτασμα : Lact. ut nos.

307. Redundat alterum τε, ut alias non semel in Sibyllinis.

308. An potius κεκαλυμμένῳ? Sed facile est ἄνθρωπον vel τινά supplere.

Τοῖς ἁγίοις, τέλος αἰώνων καὶ ἔσχατον ἦμαρ,
Καὶ θανάτου μοῖραν τελέσει, τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας·
Καὶ τότ' ἀπὸ φθιμένων ἀναλύσας, εἰς φάος ἥξει,
Πρῶτος ἀναστάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας,
Ἀθανάτου πηγῆς [ἵνα] λουσάμενοι ὑδάτεσσι
Τὰς πρότερον κακίας, ἀναγεννηθέντες ἄνωθεν,
Μηκέτι δουλεύωσιν ἀθέσμοις ἤσθιε κόσμου.
Πρῶτα δὲ τοῖς ἰδίοις φανερὸς τότε Κύριος ὀφθῇ,
Σάρκινος, ὡς πάρος ἦν, χερσί τε ποσί τ' ἐπιδείξει
Τέσσαρα τοῖς ἰδίοις ἴχνη πηχθέντα μέλεσσιν,
Ἀντολίην τε, δύσιν τε, μεσημβρίην τε, καὶ ἄρκτον.
Τόσσαι γὰρ κόσμου βασιληΐδες ἐκτελέσουσι
Πρᾶξιν τὴν ἀθέμιστον ἐπίψογον εἰς τύπον ἡμῶν.
Χαῖρ', ἁγνὴ θύγατερ Σιὼν, καὶ πολλὰ παθοῦσα.
Αὐτός σου βασιλεὺς ἐπιβὰς ἐπὶ πῶλον ἐσάγει,
Πρᾶος πᾶσι φανεὶς, ἵνα τοι ζυγὸν, ὅνπερ ὑπῆμεν,
Δοῦλον, δυσβάστακτον, ἐπ' αὐχένι κείμενον ἄρῃ,
Καὶ θεσμοὺς ἀθέους λύσῃ, δεσμούς τε βιαίους.
Αὐτόν σου γίνωσκε Θεὸν, Θεοῦ υἱὸν ἐόντα·
Αὐτὸν δοξάζουσα, καὶ ἐν στέρνοισιν ἔχουσα,
Ἐκ ψυχῆς ἀγάπα, καὶ τοὔνομα βάστασον αὐτοῦ·
Τοὺς προτέρους δ' ἀπόθου, καὶ λοῦσον ἀφ' αἵματος αὐτοῦ.
Οὐ γὰρ σοῖς ἐθίμοις ἱλάσκεται, οὔτε λιταῖσιν,
Οὐ θυσίαις προσέχει φθαρταῖς, ἄφθαρτος ὑπάρχων.
Ἀλλ' ἁγίου στόματος θυμῷ [χάριν] ἐκπροφέρ[ουσα],

— 313, sqq. Christi resurrectio. — 324, sqq. Triumphus Christi urbem Sion intrantis [videlicet ante passionem ex evangelica narratione], unde Judæa gens instigatur ad veram religionem amplectendam. —

311. Hunc versum soli habent novi codd.

312. Hic quoque versus aberat; sed dedit Lact., ipsum cum duobus sqq. proferens, IV, cap. 9, a vero tamen sensu aberrans; vertit enim : « Et ideo « Sibylla impositurum esse morti ter- « minum dixit post tridui somnum. »

313. Codd. ἀποφθιμένων, indivise.

314. Codd. novi θνητοῖς, ubi ceteri κλητοῖς, ut nos.

315. Codd. ἀπολουσάμενοι, ubi nos ἵνα λουσ. e conj. Cfr. IV, 160.

316. Codices novi, ἵνα γεννηθέντες. Nectendus hic cum priore versus; et vide Joann. Evang. cap. 3, v. 3 et 7, unde hic aperte sumptus.

317. Cfr. supra, 302.

318. Olim ἔσται, ubi nos cum novis codd. ὀφθῇ.

321. Versus idem, II, 195; III, 26.

322. Codd. plerique τοσσάδε γάρ vel τόσσα γάρ : sed novi codd. ut nos.

323. Τύπον ἡμῶν vocat Christum, ut I, 380.

325. Novi codd. εἰσάξει, unde conji-

Deveniet, finem sæcli tempusque supremum
Proclamans; mortique luet fatale tributum,
Producto in triduum somno. Dein ipse relictis
Manibus ad lucem remeans, exempla vocatis
Prima resurgendi cunctis dabit, ut sua quisque
Abluti scelera et sacro de fonte renati,
Moribus infandis mundi servire recusent.
Inde suis demum spectanda sodalibus ora,
Et carnem, qualis fuit ante, manusque, pedesque,
Ostendetque impressa suis vestigia membris
Quattuor, occasus, ortus, boreamque, notumque:
Nam totidem mundi partes, tot regna cruentæ
Addixere neci nostrum exemplarque ducemque.
Salve, casta, Sion, et multum passa puella!
Ecce venit rex ipse, venit tibi, vectus asello,
Prodens se cunctis mitissimus, ut juga demat
Intoleranda, diu cervicibus indita nostris,
Injustasque adimat leges, violentaque vincla.
Hunc agnosce tuum, natum de Numine, Numen;
Laudibus hunc ornans, et in imo pectore gestans,
Ex animoque colens, nomen fer amabile: ritus
Abjice nunc, ejusque in sanguine merge priores.
Non sacris tibi, non precibus placabitur ille;
Nec dona, æternus quum sit, mortalia curat:
Sed puris labiis animos testata fideles,

cias ἐσάξει, melius ob metrum, sed ad sensum male : nam locus est e Zacharia propheta notissimus, cap. 9, v. 9, ubi est in præsenti ἔρχεται. Concedatur ergo Sibyllæ nimia sane licentia, quæ in ἐπάγει recurret, XIII, 5.

327, sq. Lact. VII, cap. 18, hunc et seq. citat, præmissis tanquam ex versu priore verbis duobus ἡμετέρας δουλείας.

328. Olim θεσμοὺς ἀθέσμους, contra metrum : novi codd. ut nos.

329. Lactantius, incertum quo casu a nobis olim prætermissus, hunc versum habet, IV, cap. 6 : legit autem αὐτὸν σὸν γίνωσκε Θεόν, ut vulgata ferunt exemplaria, præter unum vetustissimum Armamentarii Parisiensis, ubi αὐτόν σου. Lactantium bis expressit latine divus Augustinus, contra Quinque Hær.

330. Novi codd. τοῦτον pro αὐτόν.

331. Καὶ τοὔνομα, etc. Cfr. I, 383, et infra, VIII, 485.

332. Olim λῦσον vel λύσον : nos corr. præeunte Huetio. Pro τοὺς προτέρους novi codd. τοὺς πρότερον, non male.

333. Codd. plerique, οὐ γάρ σοι μύθοισιν; alii, σοῖς ἐθίμοις, ut III, 272; codd. novi, σαῖς οἰμαῖς. Sententia apud Prophetas frequens.

335. Codd. θυμῷ προφέροντες ἴασιν vel ἴασι, præter novos codd., qui totum versum aliter constituunt : ἀλλ' ὕμνον στομάτων ἁγίων τότε ἐκπροφέροντες, unde partim nostra lectio.

Γνῶθι τίς ἐσθ' οὗτος, καὶ τὸν γενετῆρα τότ' ὄψει.

. . . .

Χηρεύσει τότε πάντα χρόνῳ στοιχεῖα τὰ κόσμου,
Ἀὴρ, γαῖα, θάλασσα, φάος πυρὸς αἰθομένοιο·
Καὶ πόλος οὐράνιος, καὶ νὺξ, καὶ ἤματα πάντα,
Εἰς ἓν πῦρ ἥξουσι καὶ εἰς μορφὴν πανέρημον.
Ἄστρα γὰρ οὐρανόθεν φωστήρων πάντα πεσεῖται.
Κοὐκέτι δὴ πτήσονται ἐπ' ἀέρος εὔπτεροι ὄρνεις,
Οὔτε βάσις γαίης· θῆρες γὰρ ἅπαντες ὀλοῦνται.
Κοὐκ ἀνδρῶν φωναὶ, οὐ θηρῶν, οὔτε πετεινῶν.
Κόσμος, ἄτακτος ἐὼν, οὐ χρήσιμον ἦχον ἀκούσει.
Ἠχήσει δὲ βαθὺς πόντος μέγαν ἦχον ἀπειλῆς·
Ζῶά τε νηκτὰ τρέμοντα θαλάσσης πάντα θανεῖται·
Καὶ ναῦς φόρτον ἔχουσ' ἐπὶ κύμασιν οὐκέτι πλεύσει.
Μυκήσει δὲ χθὼν αἱμασσομένη πολέμοισιν.
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ψυχαὶ βρύξουσιν ὀδοῦσι,
Τῶν ἀνόμων ψυχῶν ὀλολυγμοῖσί τε φόβῳ τε,
Τηκόμενοι δίψει, λιμῷ, λοιμῷ τε, φόνοις τε,
Καὶ καλέσουσι καλὸν τὸ θανεῖν, καὶ φεύξετ' ἀπ' αὐτῶν.
Οὐκέτι γὰρ θάνατος κείνους, οὐ νὺξ ἀναπαύσει.
Πολλὰ δ' ἐρωτήσουσι Θεόν γε τὸν αἰὲν ἐόντα,
Καὶ τότ' ἀποτρέψει φανερῶς τὸ πρόσωπον ἀπ' αὐτῶν.
[Ἑπτὰ γὰρ αἰώνων μετανοίας ἦματ' ἔδωκεν
Ἀνδράσι πλαζομένοις διὰ χειρὸς Παρθένου ἁγνῆς.]
Αὐτός μοι τάδε πάντα Θεὸς νόῳ ἐγκατέδειξε,
Καὶ δι' ἐμοῦ στόματος τὰ λελεγμένα πάντα τελέσσει.
Οἶδα ἐγὼ ψάμμων τ' ἀριθμοὺς, καὶ μέτρα θαλάσσης·

— 336. [Hic lacuna, incertum quanta, a nobis primis notata : post lacunam, incipit longus de mundi fine locus.] — 357, sq. Septem sæculorum mora spatium pœnitentiæ datura generi humano, precibus nempe Sanctæ Virginis impetrata [an

336. Ex Joann. Evang. cap. 14, v. 9.

337, sqq. Cfr. II, 206, sqq., et III, 80, qui loci hinc palam desumpti sunt.

340. An συῤῥήξουσι, ut II, 201?

341. Lact. VII, cap. 16 : « Stellæ vero « creberrimæ cadent, etc. » Cfr. etiam supra, 190, sq.

342, sqq. Hunc locum habuit in mente latinisque verbis expressit Lactantius, VII, cap. 16 : « Propter hæc deficient « et in terra quadrupedes et in aere vo- « lucres, etc. »

345. Ex Luc. Evang. cap. 21, v. 25.

348. Cfr. supra, 236.

351. An ψυχαί potius, ut versu priore? Hunc et seq. versum novi codd. non habent. Translatus uterque in librum II, v. 306, sqq. Sensus ductus est e Matth. 24, v. 30, quem etiam pæne ipsis exhibet verbis Lact. VII, cap. 16.

Noveris hunc recte; patrem sic denique cernes.
. . . .
Tempore tunc fient vidua et vaga semina mundi;
Aer, terra, salumque, elementaque lucis et ignis,
Et cæli polus immensi, noctesque, diesque
Communem in flammam et speciem vertentur inanem.
Sidera namque cadent cælestibus omnia tectis;
Nec volucres plumis agiles per inane volabunt.
Nec terra incedent animalia debita morti.
Non homines edent vocem, volucresve, feræve,
Turbatusque sonos confusos audiet orbis.
Immanem strepitum reddet maris unda minacis,
Et trepidi pisces morientur in æquore, nec jam
Pondere onusta sinum navis sulcabit aquarum.
Mugiet at tellus bellis lacerata cruentis,
Humanæque animæ stridebunt dentibus omnes,
Quum gens quæque fremet longo miseranda ululatu,
Esurieque fameque, lueque et strage prementur,
Et mortem optatam dicent, fugietque vocantes.
Nam neque tunc mortis requiem, neque noctis habebunt;
Multaque nequicquam supremi regis ad aurem
Clamabunt, quos ille palam aversabitur hostes.
[Nam resipiscendi miseris, quos abstulit error,
Septem sæcla dedit, motus prece Virginis almæ.]
Ipse mihi Deus hæc mandata novissima fatus,
Perficiet quæcumque mea sunt prodita voce.
Novi ego arenarum numeros, certamque profundi

interpolatus locus? vide not.] — 359, sqq. Vates [tanquam ad finem prophetiæ accedens] Dei se ministram et interpretem proclamat. — 361, sqq. Deus ipse loquens inducitur et attributa profitens sua. —

352. Vulgo τηκ. λιμῷ, δίψῃ, λοιμῷ τε, φόνοις τε. Sed optimi codices, ut nos; et λιμῷ cum λοιμῷ assidue jungi notum est.

353. Ex Apocal. cap. 9, v. 10. Cfr. etiam II, 310, et VII, 30.

354. Codd. plerique, θάνατός τ' αὐτούς: novi codd. ut nos.

357, sq. Cfr. II, 312, sq., ubi ipsis verbis ac literis hi duo versus jam prodierunt, sed hinc desumpti : vide not.

359. Codd. plerique, Θεὸς κρίνας κατέλεξε, et sic fere III, 819, sed sine κρίνας. Ibid. 820, ἐγκατέθηκε. Hic quidem novi codd. ut nos.

361. Codd. novi, ψαμμοῦ τ' ἀριθμόν. Est autem hic versus, sicut alter infra, 373, ex Herodoto lib. I, § 47, ubi ambo afferuntur ex oraculo quodam Apollinis, primam personam, ut

Οἶδα μυχοὺς γαίης, καὶ Τάρταρον ἠερόεντα·
Καὶ μερόπων ὄντων τε, καὶ ἐσσομένων, νεκύων τε·
Οἶδ' ἀριθμοὺς ἄστρων, καὶ δένδρεα, καὶ πόσα φῦλα
Τετραπόδων, νηκτῶν τε, καὶ ὀρνίθων πετεηνῶν.
Αὐτὸς γὰρ μορφὰς ἀνδρῶν καὶ νοῦν ἐτύπωσα,
Καὶ λόγον ὀρθὸν ἔδωκα, ἐπιστήμην τ' ἐδίδαξα,
Ὀφθαλμοὺς ὁ πλάσας καὶ ὦτα, βλέπων καὶ ἀκούων,
Καὶ πᾶν ἐνθύμημα νοῶν, καὶ πᾶσι συνίστωρ
Αὐτὸς ἐὼν, σιγῶν καὶ ὕστερον αὐτὸς ἐλέγχων,
[Καὶ ἐκπράξων ὅσσα λαθών γε βροτῶν τις ἔπραξεν,
Ἐλθὼν καὶ ἐπὶ βῆμα Θεοῦ θνητοῖσι λαλήσων,]
Καὶ κωφοῦ ξυνίημι, καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω,
Καὶ πόσον ἐστὶ τὸ πᾶν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ὕψος,
Ἀρχὴν καὶ τέλος οἶδα, ὃς οὐρανὸν ἔκτισα καὶ γῆν.
[Πάντα γὰρ ἐξ αὐτοῦ, τὰ ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος οἶδα]·
Μοῦνος γὰρ Θεός εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς ἄλλος.
Εἰκόνα θεσπίζουσιν ἐμὴν, ληφθεῖσαν ἀφ' ὕλης,
Χειρί τε μορφώσαντες ἐπ' εἰδώλοισιν ἀναύδοις,
Δοξάζουσι λιταῖς καὶ θρησκείαισιν ἀνάγνοις.
Τὸν κτίστην προλιπόντες, ἀσελγείαις ἐλάτρευσαν.
[Πάντες δ' αὐτοῦ ἔχοντες ἀχρήσιμα δῶρα θύουσι,
Χὼς αὐτοῦ τιμὰς, τάδε χρήσιμα πάντα δοκοῦσι],
Θοίνῃ κνισσοῦντες, ὡς τοῖς ἰδίοις νεκύεσσιν.
Σάρκας γάρ τε καὶ ὄστεα μυελόεντα καίουσι,

— 378, sqq. Imago Dei ab hominibus in falsos deos conversa. —

par erat, de se usurpantis. Sibylla quoque prima persona eadem effert multaque sequentium (οἶδα, ἐτύπωσα, ἐδίδαξα, etc.), quæ vulgo ante nos in tertia legebantur (οἶδε, ἐτύπωσε, etc.), incertum a quo vel quando mutata : nam in novis codd. et apud Lactantium, nonnulla ex his proferentem, primam, ut apud nos, personam retinuerunt.

363. Melius hic versus rejiceretur post legendum infra 365.

366. Olim ἐτύπωσεν. De sensu cfr. III, 27, et Fragm. II.

367. Olim ἔδωκεν et ἐδίδαξεν.

368. Cfr. Psalm. 93, v. 9.

369. Olim πάντων τε συνίστωρ, et plerique in versus fine sensum claudebant, ut deinde αὐτὸς ἐών solum procederet, sicut fere αὐτὸς ὑπάρχει, Proœm. 35. Verum συνίστωρ participio indiget.

370. Novi codd. αὐτὸς ἐγὼ σιγῶ, et in fine, ἐλέγξω, unde conjicere est ἐλέγξων.

371, sqq. Versus duo ad novorum codd. fidem redintegrati : nam in vulgata deerant. Suspecta autem amborum lectio; et vide ne in priore scribendum sit κἀκπράξων ὅσα κέν γε λαθὼν θνητῶν τις ἔπραξεν : alter utcumque stare potest, si ἐλθών sumatur pro ὅταν ἔλθω, ægre tamen ac dubie.

373. Olim συνιείς et in fine ἀκούων : sic Lucianus quoque de Salt. § 62, aliique veterum hoc oraculum ex Herodoto citantes (cfr. supra, 361); nam Hero-

Mensuram, terræque sinus, et Tartara cæca;
Quot fuerint homines, quot sint, quot deinde futuri;
Astra polo quam multa micent, quot silva virescat
Frondibus, et quot sint pisces, volucresque, feræque.
Ipse etenim formas hominum mentesque creavi;
Ipse animis rectæ adjeci rationis honorem
Doctrinæque facem; finxi qui lumina et aures,
Audio qui videoque, et cordibus abdita novi,
Usque silens : sedenim cæcis patrata sub umbris
Ipse olim in lucem promam, pœnisque rependam,
Quum veniam solio ex alto jus rite daturus :
Qui muti vocem, tacitos qui intelligo sensus,
Et quantum tellus a cæli vertice distet,
Principium et finem novi : quippe omnia feci;
Omnia sunt ex me; nec prima, nec ultima fallunt.
Solus namque ego sum Deus ipse; nec est Deus alter.
Hi tamen effigiem nostram sibi habere videntur,
Materiam vilem, manuum simulacra suarum,
Quæ cultu insano libaminibusque profanis
Fœda, impura colunt, rerum genitore relicto.
[Quæque Deo indulgente tenent, vanissima danti,
Grata ipsi donare putant ipsique decora] :
Sive dapes adolent, velut ad feralia busta;
Sive cremant carnes et plenis ossa medullis,

dotus ipse : Καὶ κωφοῦ συνίημι καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω. Ceterum miranda oraculi profani similitudo cum libro Sapientiæ Salomoniæ, cap. 7, v. 17, sqq.

375. Olim οἶδεν et ἔκτισε.

376. Carent novi codd. hoc versu, ceteris bene stantibus fortasse serius interpolato, nec satis recte : nam αὐτοῦ stare non potest in prima persona, quæ ἐμέο vel ἐμέθεν vellet.

377. Olim Θεός ἐστι, sed novi codd. εἰμί, et sic fere Lact. hunc citans versum, lib. I, cap. 6, quanquam paulum diversa lectione, εἷς μόνος εἰμί Θεός. Confer eumdem notissimum versum apud Sibyll. III, 129, et passim.

379. Olim χερσί τε μορφώσας γε τεαῖς vel μορφώσαντα τεαῖς, ubi primus Ops. μορφώσαντες · nos codd. novos sequimur. Respexit huc haud dubie Justinus de Monarch. § 9 : Οὓς ἄνθρωποι μορφώσαντες καὶ ἐν ναοῖς ἱδρύσαντες, θεοὺς προσωνόμασαν.

381. Cfr. supra, 263, et infra, 396, et Procem. Sibyll. Hi loci Lactantio præluxerunt, libro IV, cap. 1 : « Cœperunt, inquit, relicto parente et constitutore omnium Deo, etc. »

382. Novi codd. πάντ' ἕνα φῶτες ἔχοντες ἀχρήστοις δῶρα διδοῦσιν, omissis quatuor post hunc versibus.

384. An melius κνισσῶντες?

385. An melius propter metrum, σάρκας γάρ τε καίουσι καὶ ὄστ· μυελ.? Viderat certe hos versus Lactantius ita scribens, VI, cap. 2 : « Mactant igitur opimas « et pingues hostias Deo quasi esurienti; « profundunt vina, tanquam sitienti;

Θύοντες βωμοῖς, καὶ δαίμοσιν αἷμα χέουσιν.
Καὶ λύχνους ἅπτουσιν ἐμοὶ τῷ φῶτα διδόντι,
Χὼς διψῶντι Θεῷ θνητοὶ σπένδουσι τὸν οἶνον,
Εἰς οὐδὲν μεθύοντες ἐπ' ἀχρήστοισι θεοῖσιν.
Οὐ χρήζω θυσιῶν, οὐ σπονδῶν ὑμετερ[άων],
Οὐ κνίσσης μιαρῆς, οὐχ αἵματος ἐχθίστοιο.
Ταῦτα γὰρ, εἰς μνήμην βασιλήων ἠὲ τυράννων,
Δαίμοσι ποιήσουσι νεκροῖς, ὡς οὐρανίοισι,
Θρησκείαν ἄθεον καὶ ὀλέθριον ἐκτελέοντες·
Καὶ καλέουσι θεοὺς ἄθεοι τὰς εἰκόνας αὐτῶν,
Τὸν κτίστην προλιπόντες, ἀπ' αὐτῶν ἐλπίδα πᾶσαν
Καὶ ζωὴν νομίσαντες ἔχειν, κωφοὶ καὶ ἄναυδοι,
Εἰς τὸ κακὸν πιστοί· ἀγαθὸν [δὲ] ὅλως ἀγνοοῦσιν.
Αὐτὸς ὁδοὺς προέθηκα δύο, ζωῆς θανάτου τε,
Καὶ γνώμῃ προέθηκ' ἀγαθὴν ζωὴν προελέσθαι·
Αὐτοὶ δ' εἰς θάνατον καὶ πῦρ αἰώνιον [ἦξαν].
Εἰκὼν ἐστ' ἄνθρωπος ἐμὴ, λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.
Τούτῳ θὲς καθαράν τε ἀναίμακτόν τε τράπεζαν,
Πληρώσας ἀγαθῶν, καὶ δὸς πεινῶντι τὸν ἄρτον,
Καὶ διψῶντι ποτὸν, καὶ εἵματα σώματι γυμνῷ,
Ἐκ μόχθων ἰδίων πορίσας ἁγναῖς παλάμῃσι.
Θλιβόμενον κτῆσαι, καὶ τῷ κάμνοντι παράστα,
Καὶ ζῶσαν θυσίαν ταύτην τῷ ζῶντι πόριζε.
Σπεῖρον ἐπ' εὐσεβίῃ, ἵνα σοι κἀγὼ τάδε δώσω·
Καρποὺς ἀθανάτους, καὶ φῶς αἰώνιον ἕξεις,
Καὶ ζωὴν ἀμάραντον, ὅταν πυρὶ πάντας ἐλέγξω.

— 402, sqq. Imago vera Dei ipse est homo, cui ideo subveniendum et benefaciendum; mensa quoque apponenda, sed incruentis dapibus [nempe ex Thera-

« accendunt lumina, etc. » De luminibus hic sine causa proscriptis, vide not.

387. Cfr. infra, 490, et ibi not.

389. Novi codd., ἐπ' ἀχρήστοις εἰδώλοισι.

390. Olim οὐ χρήζει, et in fine ἡμετέρων τε, ubi Cast. ὑμετεράων conjiciebat, recte. Novi codd. οὐ σπονδῆς ἡμετέρῃσι (sic), unde nos olim ὑμετέρῃφι, conjectura non satis tuta.

391. Novi codd. μιαρᾶς. Videtur huc respexisse Athenagoras, § 13.

392. Olim εἰς μανίας ἠὲ τυρ., ubi novi codd. εἰς μνήμην ἠδέ. Cfr. Prooem. 22; VIII, 47, etc.

396. Idem supra, 381.

397. Citatur hic locus a Lactantio, V, cap. 14 : « Vanarum, inquit, religio« num cultores . . ., quos Sibylla Ery« thræa κωφοὺς καὶ ἀνοήτους vocat. » In ἀνοήτους tamen pro ἀναύδους memoriæ lapsum quivis agnoscit.

398. Olim πιστοί τ', ἀγαθὸν δὲ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῶν : nunc codd. novos sequi-

Et mactant aris, et larvas sanguine placant.
Accenduntque mihi lychnos, qui luminis auctor,
Et vini, tanquam sitienti, pocula libant,
Ebria gens, quæ sic divos sectatur inanes.
Non opus est libaminibus, non his mihi sacris,
Non nidore gravi, aut invisi sanguinis haustu.
Quippe tyrannorum regumque insania suasit,
Manibus infernis, ceu regna tenentibus orbis,
Impuras offerre preces atque impia sacra.
Horum ideo vultus, contempto auctore, deosque
Marmoreos venerantur, ab his pendere putantes
Spem vitamque suam, surdi mutique, fideles
Prava sequi tantum studia, ignarique bonorum.
Ipse vias posui geminas vitæque necisque,
Et rectam docui vitam præferre : sed illi
Sponte sua in mortem æternosque feruntur in ignes.
  Effigies mea vivit homo, rationis alumnus.
Huic tu pone volens puram sine sanguine mensam
Confertamque bonis; hujus sedare memento
Pane famem, potuque sitim; tege corpus amictu;
Deque labore tuo partem largire benignam;
Oppressum recrea; fessum solare juvando :
Hæc a te detur viventi victima vivens.
Sparge pie semen : tibi largiar hanc ego messem,
Æternos fructus, æternaque lucis et ævi
Munera, quum fuerint omnes semel igne probati.

peutica disciplina : vide not.], manente pro his beneficiis certa in judicio mercede. — 409, sqq. Judicium supremum. —

mur; nec tamen veterem lectionem continuo damnare ausimus.

399. Olim προέθηκε.

401. Olim αὐτοῖς, et in fine αἰῶσιν ἔριψεν : novi codd. ut nos, nisi quod in fine ἦψαν habent, unde nos ἦξαν, Sibyllino plane verbo.

402. Olim jam, ut nunc apud nos, ἐμή in prima persona, quum tamen olim tertia ubique prævaluerit; parum ergo constanter, quisquis mutavit.

403. Pro altero τε codd. quidam σου vel σοι habent; vide an σοῦ pro priore τε rescribas.

404. Codd. novi, δούς pro δός. De sensu cfr. II, 83.

405. Ex Phocylide, 142.

408. Ζῶσαν θυσίαν habet divus quoque Paulus, ad Rom. cap. 12, v. 1.

409. Olim ἵνα σοι Κύριος τάδε δώσει vel δώσῃ (sic). Versus initium ductum videtur ex Osea propheta, cap. 10, v. 12.

411. Olim ἐλέγξῃ. Confer eamdem vocem supra, 228 et 370. De sensu autem

Χωνεύσω γὰρ ἅπαντα καὶ εἰς καθαρὸν διαλέξω,
Οὐρανὸν εἱλίξω, γαίης κευθμῶνας ἀνοίξω,
Καὶ τότ' ἀναστήσω νεκρούς, μοῖραν καταλύσας
Καὶ θανάτου κέντρον, καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἥξω,
Κρίνων εὐσεβέων καὶ δυσσεβέων βίον ἀνδρῶν,
Καὶ κριὸν κριῷ, καὶ ποιμένα ποιμένι θήσω,
Καὶ μόσχον μόσχῳ πέλας ἀλλήλων ἐς ἔλεγχον·
Οἵτινες ὑψώθησαν ἐλεγχόμενοι ὑπ' ἐλέγχων,
Καὶ στόμα παντὸς ἔφραξαν, ἵν' αὐτοὶ ζηλώσαντες
Τοὺς ὁσίως πράσσοντας ἴσως καταδουλώσωσι,
Σιγᾶν προστάσσοντες, ἐπειγόμενοι διὰ κέρδος.
Καὶ δόκιμοι παρ' ἐμοὶ τότε χωρήσουσιν ἅπαντες.
Οὐκέτι λοιπὸν ἐρεῖ λυπούμενος, Αὔριον ἔσται,
Οὐκ, Ἐχθὲς γέγονεν· οὐκ ἤματα μακρὰ μερίμνης,
Οὐκ ἔαρ, οὐχὶ θέρος, οὐ χειμών, οὐ μετόπωρον,
Οὐ δύσις, ἀντολίη· ποιήσω γὰρ μακρὸν ἦμαρ.
Εἰς δ' αἰῶνα τὸ φῶς μέγα καὶ πεποθημένον ἔσται
Χριστὸς Ἰησοῦς, αἰώνων . . . .

— 419, sqq. Confusio impiorum et superborum. — 423, sq. Felicitas justorum in regno Dei. — 428, sq. Christus ipse lux erit æternæ vitæ : [finis deest.]

et de illa per ignem probatione, cfr. II, 253, et ibi not.

412. Olim pro χωνεύσω et διαλέξω legebatur in hoc versu χωνεύσει et διατάξει : codd. novi prorsus ut nos; nec repudiandum διαλέξει, usitatum quippe, ut videtur, de metallorum fusione verbum, unde Hesychius, Διαλέγειν, ἀνακαθαίρειν. Cfr. II, 213, et III, 87, ubi et cetera hujus loci expressa sunt.

413, sqq. Olim εἱλίξει et ἀνοίξει, et sic Lact. hunc et tres sqq. citans, lib. VII, cap. 20. Cfr. etiam supra, 238, ubi prior pars versus hujus, et III, 82.

414. Olim ἀναστήσει, et sic Lact. qui et in fine legit ἀναλύσας.

415. Olim ἥξει : Lact. ἄξω : nos corr. Est autem θανάτου κέντρον apud Paulum ad Cor. I, cap. 15, v. 55, ex Osea propheta, cap. 13, v. 14.

Namque repurgabo fornacibus omnia vivis,
Convolvam cælum, terræ interiora recludam,
Defunctosque homines, fati jam lege soluta,
Et fracto leti stimulo, prodire jubebo
In jus judiciumque, bonos simul atque malignos.
Ariete tunc aries, pastor pastore propinquo,
Cum vituloque astans vitulus, sibi quisque supremi
Judicis accipient legem. Lux illa superbos
Arguet, ora metu quondam præcludere justis
Qui voluere, lucri studio invidiaque maligna,
Quo melius possent miseros urgere tacentes.
Sed justi intrabunt mea tunc in regna recepti.
Jam nec erit quisquam tristi qui pectore dicat :
Cras erit, aut transivit heri. Non ulla trahetur
Mæsta dies : non ver, æstas, autumnus, hiemsve,
Non occasus erit, non ortus : namque parabo
Ipse diem sine fine, et lux in sæcula fiet
Christus Jesus sæclorum . . . .

416. Novi codd. κρίνω δ' εὐσ.

417. Olim in fine θήσει. Est autem ποιμένα ποιμένι licenter pro ποίμνην ποίμνῃ.

419. Codd. novi, ἐπ' ἐλέγχῳ.

423. Olim καὶ δοκίμοις πιστοῖς τότε χωρ.

424, sqq. Cfr. II, 326, sqq., et III, 89, sq.

427. Olim ποιήσει.

428, sq. Ex Apocal. cap. 21, v. 23. Male olim εἰς αἰῶνα φωτὸς μεγάλου ποθημένος ἔσται, sine syntaxi ac sine sensu, neque enim ad Christum referri poterat : novi codd. ut nos, nisi quod duo verba μέγα καί omittunt.

429. Post hæc tria verba, codd. omnes lacunam monstrant, nisi qui, iis omissis, in fine prioris versus sensum et librum claudunt. Minime autem referri possunt hæ voces ad sequentia, palam de Patre, non de Filio scripta. Itaque novæ partis, immo novi libri initium hinc faciendum putamus.

* * *

Αὐτογένητος, ἄχραντος, ἀέναος, ἀΐδιός τε,
[Οὐρανίῃ] ἰσχύϊ μετρῶν πυρόεσσαν ἀϋτμὴν,
Καὶ πατάγου σκῆπτρον κατέχει σὺν ἀπηνέϊ πυρσῷ,
Πρηΰνει τε βαρυκτυπέων δουπήματα βροντῶν,
Γῆν κλονέων κατέχει ῥοιζήματα . . . . . .
Καὶ στεροπῶν μάστιγας ἀπαμβλύνει πυροφεγγεῖς,
Ὄμβρων δ' ἄσπετα χεύματα, [εἰαρινῆς] τε χαλάζης,
Κρυμαλέης νεφελῶν τε βολῆς, καὶ χείματος ὁρμῆς.
Αὐτοὶ μὲν γὰρ ἕκαστα νόῳ διατεκμαίρονται,
Ὅσσα περ αὐτῷ σοι δοκέει, πρήσσειν τ' ἐπινεύεις,
Σῷ παιδὶ πρὸ κτίσεως πάσης στέρνοισι πεφυκὼς
Σύμβουλος, πλάστης μερόπων, κριτής τε βίοιο.
Ὃν πρώτῃ στόματος γλυκερῇ προσφθέγξαο φωνῇ,
Ποιήσωμεν [ἰδοὺ] πανομοίιον ἀνέρα μορφῇ
Ἡμετέρῃ, καὶ δῶμεν ἔχειν ζωαρκέα πνοιήν·
Ὧ, θνητῷ περ ἐόντι, τὰ κοσμικὰ πάντα λατρεύσει,
Καὶ χοϊκῷ πλασθέντι τὰ πάνθ' ὑποτάξομεν αὐτῷ.
Ταῦτα δ' ἔφησθα Λόγῳ· τῇ σῇ φρενὶ πάντα δ' ἐτύχθη·
Πάντα δ' ὁμοῦ στοιχεῖα κελεύσματι πείθετο τῷ σῷ,
Καὶ κτίσις ἀΐδιος συνετάσσετο πλάσματι θνητῷ,
Οὐρανὸς, ἀὴρ, πῦρ, χθὼν [τε], καὶ χεῦμα θαλάσσης,
Ἥλιος, μήνη, χορὸς ἄστρων, οὔρεά τ' . . . . . .
Ἦμάρ τ' εὐφρόνη, ὕπνος, ἔγερσις, πνεῦμα καὶ ὁρμὴ,
Ψυχὴ καὶ σύνεσις, τέχνη, φωνή τε καὶ ἀλκὴ,

Arg. Initium hinc faciendum non tantum novæ partis, sed etiam novi libri, quem decimum libenter, si licuerit, inscribemus. Hymnus est potius quam vaticinium (quod idem de libro VI supra animadvertebamus), in laudem Dei Patris et Dei Filii, scriptus a poeta non prorsus mediocri, sub finem, ut videtur, sæculi III, si

Titulus nullus, quia vulgo in codd. et in edd. non separatur hæc pars a priore, nisi lacuna post versum 429 relicta; e novis autem codd. abest omnino.

430. Edd. cum Betuleiano codice et quibusdam aliis non optimis ἀγέννητος habebant; sed meliora exemplaria αὐτογένητος, ut nos, sic volente sensu.

431 Codd. et omnes ante nos edd. οὐρανοῦχος, pro quo voluerat Cast. οὐράνιος, et sic nos olim : nunc οὐρανίῃ malumus, quod videtur primitus exstitisse ac deinde cum ἰσχύϊ male conjunctum barbaram lectionem genuisse.

434. In fine suppl. δεινὰ θαλάσσης seu simile quid.

435. An, ut Struvio placebat, πυριφεγγεῖς? Melius sane.

* * *

Omnipotens, ex se genitus, sine fine modoque,
Cælestis, purus, qui temperat ignea nutu
Flamina, sceptra tenet qui fulminis atque fragoris,
Includitque cavis horrenda tonitrua nimbis,
Et terram quatit alternis sedatque trementem.
Obtundit rapidi flammatos fulguris ictus;
Torrentes pluvias ac vernæ grandinis imbres
Et nivium jactus cohibet, brumæque rigorem.
Omnia nam secum reputant, quid mente volutes,
Quid jubeas, Natum unanimem res ante creatas
Consiliis adhibens, patrioque amplexus amore,
Sive creatoris seu partes judicis imples.
Ad quem tu primo sic es sermone locutus:
En hominem, fili, proprium condamus, et ori
Consimilem nostro, vitæque addamus honorem;
Cui vel mortali, et terræ spatia ima tenenti,
Cuncta per immensum servire jubebimus orbem.
Hæc ubi tu Verbo fatus, simul omnia menti
Consona facta tuæ: parent elementa jubenti,
Mortalique operi aptatur natura perennis.
Cælum, aer, ignis, tellus, pontique fluenta,
Sol, luna, astrorumque chorus, montesque supini,
Noxque, diesque, sopor, vigilantia, vita, voluntas,
Mens, intellectus, vis atque ars, spiritus et vox,

modo ab eadem manu profectus qua pars sequens, VIII, § 4, in qua notabimus simul Christianæ religionis velut jam florentis, simul paganæ tanquam adhuc vigentis, factam mentionem. Confer Excursum nostrum V, cap. 14. — 430, sqq. Laus Dei Patris. — 442, sqq. Patris et Filii commune opus, mundi et hominis creatio. —

436. Codd. ἠρακινῆς vel ἐριχινῆς, ubi nos e conj. εἰαρινῆς : sed præstaret, metri causa, si liceret, ἐειαρινῆς.

438. An αὐτῶν γὰρ τὰ ἕκαστα?

440. De hac tota Patris cum Filio consultatione cfr. supra, 264, sqq.

442. Codd. προσφθέγξατο : nos corr.

443. Omnes ἴδιον, ubi nos ἰδού e conj. De ποιήσωμεν aliquid nos ad v. 265.

449. Codd. quidam ἀΐδιος omittunt, fortasse ne æternitas materiæ affingatur: sed κτίσις ἀΐδιος intelligenda natura in perpetuum creata; πλάσμα θνητόν homo creatus mortalis.

450. Codd. γῆ pro τε : nos corr.

451. In fine codd. οὔρεά τ' ἦμαρ, adducta male ultima voce ex versu sq.: in hoc μακρά supple seu tale quid.

Ζώων τ' ἄγρια φῦλα τὰ νηκτῶν καὶ πετεηνῶν,
Πεζῶν τ', ἀμφιβίων τε, καὶ ἑρπετέων, διφυῶν τε·
Πάντα γὰρ [αὐτῷ οἱ] συνετάσσετο σῇ ὑπ' ἀγωγῇ.
Ὑστατίοις δὲ χρόνοις χθόν' ἀμείψατο, καὶ βραχὺς ἐλθὼν
Παρθένου ἐκ Μαρίας λαγόνων ἀνέτειλε νέον φῶς,
Οὐρανόθεν δὲ μολὼν βροτέην ἐνεδύσατο μορφήν.
Πρῶτα μὲν οὖν Γαβριὴλ σθεναρὸν δέμας ἁγνὸν ἐδέχθη·
Δεύτερα καὶ κούρην αὐτάγγελος ἔννεπε φωνῇ,
Δέξαι ἀχράντοισι Θεὸν σοῖς, παρθένε, κόλποις.
Ὣς εἰπὼν, ἔμπνευσε Θεὸς χάριν· ἡ δ' ἀεικούρη,
(Τὴν ἄρα τάρβος ὁμοῦ, θάμβος θ' ἕλεν εἰσαΐουσαν),
Στῆ δ' ἄρ' ὑποτρομέουσα· νόος δέ οἱ ἐπτοίητο,
Παλλομένης κραδίης ὑπὸ ἀγνώστοισιν ἀκουαῖς.
Αὖθις δ' εὐφράνθη καὶ ἰάνθη κέαρ αὐδῇ,
Κουρίδιον δ' ἐγέλασσε, νέην δ' ἐρύθηνε παρειὴν,
Χάρματι τερπομένη, καὶ θελγομένη φρένας αἰδοῖ.
Καί οἱ θάρσος ἐπῆλθεν· Ἔπος δ' εἰσέπτατο νηδύν·
Σαρκωθὲν δὲ χρόνῳ, καὶ γαστέρι ζωογονηθὲν,
Ἐπλάσθη βροτέην ἰδέην, καὶ κοῦρος ἐτύχθη
Παρθενικοῖς τοκετοῖς. Τόδε γὰρ μέγα θαῦμα βροτοῖσιν.
Ἀλλ' οὐδὲν μέγα θαῦμα Θεῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ Υἱῷ.
Τικτόμενον δὲ βρέφος ποτεδέξατο γηθοσύνη χθών·
Οὐράνιος δ' ἐγέλασσε θρόνος, καὶ ἀγάλλετο κόσμος.
Καινοφανὴς δὲ μάγοισι σεβάσθη θέσφατος ἀστήρ·
[Σπαργνωθὲν] δὲ βρέφος δείχθη θεοπειθέσι φάτνῃ,
Καὶ Λόγου ἡ Βηθλεὲμ πατρὶς θεόκλητος ἐλέχθη
Βουπελάταις τε καὶ αἰγονόμοις καὶ ποιμέσιν ἀρνῶν.

. . . .

— 457, sqq. Incarnatio Christi : [deinde ingens lacuna, per quam transitus fieri possit, si quis velit, ad Christianam doctrinam ideoque ad sequentem partem.]

456. Codd. omnes αὐτός σοι et plerique συντάσσεο : nos corr. ita jubente sensu, ac præeunte versu 449 : nam αὐτῷ οἱ intelligimus de homine, πλάσματι θνητῷ. Apparet autem σῇ ὑπ' ἀγωγῇ additum esse ut Creatoris jura reservarentur.

460. Codd. in fine ἐδείχθη, nec sensu favente nec lingua : sed est ἐδέχθη legendum neoterica licentia pro ἐδέξατο.

461. Codd. quidam ἀρχάγγελος, verius fortasse quam αὐτάγγελος ob sensum, sed minus poetice.

462. An melius δέξαι ἐν ἀχρ.?

463. Codd. quidam ἐπένευσε, quod nobis placet, præsertim si legatur Θεοῦ

Et brutæ species volucrum simul atque natantum,
Quadrupedumque, et reptilium, vitæque biformes :
Hæc illi submissa tuo sunt omnia ductu.
Temporibus demum extremis, tellure supremum
Mutavit cælum, Mariæque ex virginis alvo
Effulsit nova lux, humanæ carnis in umbra.
Ac primum Gabriel casto sese induit ore
Nuntius, affaturque pio sermone puellam :
Accipe, virgo, Deum gremio intemerata pudico.
Sic ait : ast illam cælestis gratia molli
Ambiit afflatu. Stetit obstupefacta tremensque
Semper virgo, novis animum perculsa loquelis,
Sensit et insolito trepidantia pectora motu.
Mox ubi jucundæ recreata est murmure vocis,
Virgineum risit; gratus puerilia tinxit
Ora rubor, dulcique accepit mista pudore
Gaudia : tum castæ fiducia reddita menti,
Inclusumque utero Verbum est, et tempore carnem
Induit, humanæ similem; dein exstitit infans
Virgineo partu : mirum! sed credere dignum,
Patre Deo, nascente Deo. Vix natus; et ecce
Lætitia tellus, cælumque exsultat et orbis.
Inde magi stellam ignotam coluere, recentem
Ornatum cæli; visusque fidelibus infans
Fasciola vinctus, vili in præsepe recumbens,
Et Bethleem sancti monstrata est patria Verbi
Caprarum atque ovium custodibus atque bubulcis.

. . . .

χάριν, quod sensus videtur postulare : agitur enim de angelo, et allusum putamus ad epitheton κεχαριτωμένη. In fine, an ἀϊκούρῃ legas, metri causa?

464. Codd. ἐξιοῦσαν vel ἐσιοῦσαν vel ἰοῦσαν : nos corr.

466. Codd. quidam ἀγνώστῃσι : omnes vero ὑπ' ἀγν., ubi nos ὑπὸ ἀγν. Nec nos fugit Sibyllistas sæpe versum in medio frangere (cfr. Exc. VII); sed hoc in tam terso carmine magis offendit.

472. Codd. quidam, in fin., ἐτέχθη.

475. Codd. ποτὶ δ' ἔφθατο vel ἔπτατο : nos corr.

478. Codd. σπαργανωθείς vel σπαργανωθέν : nos utcumque corr.

479. An scribendum Βηθλέμ? In fine vero an ἐδείχθη pro ἐλέχθη ?

480. Codd. βουτελάταις : veram lectionem indicavit Struvius in Posthumis. Post hunc versum codd. lacunam non habent, quam primus indicavit Ops.

* * * *

. . . .

Ἐν κραδίῃ τε ταπεινοφρονεῖν, πικρά τ' ἔργματα μισεῖν·
Καὶ πάντως ἀγαπᾶν τὸν πλησίον, ὥσπερ ἑαυτόν·
Καὶ Θεὸν ἐκ ψυχῆς φιλέειν, αὐτῷ δὲ λατρεύειν.
Τοὔνεκ' ἄρ' ἡμεῖς, [ἐξ] ὁσίης Χριστοῖο γενέθλης
Οὐρανίης πεφυῶτες, ἐπικλεόμεσθα σύναιμοι,
Μνῆστιν εὐφροσύνης ἐπὶ θρησκείῃσιν ἔχοντες,
Εὐσεβίης τε καὶ ἀτρεκίης βαίνοντες ἀταρπούς.
Οὐδέποτε νηῶν ἀδύτοις ἐώμεσθα πελάζειν,
Οὐ ξοάνοις σπένδειν, οὔτ' εὐχωλῇσι γεραίρειν,
Οὐδ' ὀδμαῖς ἀνθῶν πολυτερπέσιν, οὐδὲ μὲν αὐγαῖς
Λαμπτήρων, ἀτὰρ οὐδ' ἄρα τοὺς ἀναθήμασι κοσμεῖν,
Οὐ λιβάνου ἀτμοῖσιν ἀνιεῖσι φλόγα βωμῶν,
Οὐδ' ἐπὶ ταυροθύτοις μηλοσφαγίας μετὰ λώβης
Λυθροχαρεῖς πέμπειν, χθονίας αἰνίγματα ποινῆς,
Οὐδ' ἀπὸ σαρκοβόροιο πυρῆς κνισσώδεϊ καπνῷ
Καὶ μιαραῖς πνοιῇσι μιαίνειν αἰθέρος αὐγήν.
Ἀλλ' ἁγναῖς πραπίδεσσι γεγηθότες εὔφρονι θυμῷ,
Ἀφνειαῖς τ' ἀγάπῃσι, καὶ εὐδώροις παλάμῃσι,
Μειλιχίοις ψαλμοῖσι, θεοπρεπέεσσί τε μολπαῖς
Ἄφθιτον ἐξυμνεῖν σε καὶ ἄψευστον κελόμεσθα,
Παγγενετῆρα Θεόν, πινυτόφρονα . . . . . .

. . . .

Arg. De Christianis moribus et ritibus præcepta initio et fine truncata, sed fortasse cum priore parte continuanda, siquidem a dogmatica theologia facilis ad ethicam fit transitus. — 481, sqq. Doctrina morum purissima dignaque primævis temporibus. — 484, sqq. Ritus [quales tunc fuerunt et usque ad tertii sæculi finem

481. Codd. ταπεινόφροσιν πικρὰ τέρματα : nos corr.

482. Codd. πάντων, ubi nos πάντως, quod jam præsenserat Cast.'

484. Codd. καί, ubi nos ἐξ.

486. Codd. μνηστὴν εὐφροσύνης : nos corr. etsi olim μνηστύν legeramus. Post hunc versum claudebatur olim liber VIII, cumque eo totum Sibyllinum corpus : sequentia restituit Ops. ex R. codd.

487. Versus hic in nonnullis exemplaribus prioris ed. casu omissus fuerat, postea a nobis restitutus.

488. Codd. οὐδέποτε πρὸς νηῶν, ubi vel νεῶν scribendum, ut nobis olim, vel πρός delendum, quod nunc placet.

490, sq. Οὐδὲ μὲν αὐγαῖς λαμπτήρων : cfr. supra, 387, et ibi not.

491. Codd. αὐτὰρ οὐδ' ἄρα τούς, non τοῖς, quod imprudens edidit Ops.

* * * *

. . . .

Vivere corde humili, fraudes odisse malignas,
Et tam cognatos homines quam semet amare;
Diligere ex animo Numen, sancteque vereri.
Idcirco Christi sacra de gente creati
Dicimur, et dulci gaudemus nomine fratrum,
Lætitiæ memorem servantes relligionem,
Et rectam justique viam verique sequentes.
Nec nobis templorum adytis accedere fas est,
Nec statuis libare precesve offerre caducas,
Spargere nec flores varios, accendere ceras
Lucentes, altis suspendere dona columnis,
Nec calidos aris imponere turis honores,
Nec super immani taurorum strage bidentes
Innocuas stygiæ mactare piacula pœnæ,
Nec busto ardenti pingues emittere fumos
Ad cælum, et fœdis vitiare vaporibus auras.
Sed castis animis et puro pectore sanctæ
Semper amicitiæ leges implere benignas,
Dulcibus et psalmis, et, quos Deus audiat, hymnis,
Te, Deus, æternum ac verum celebrare jubemur,
Auctorem rerum, sapientem. . . . . .

. . . .

permanserunt] simplicissimi. — 500, sq. Epilogus in Dei Creatoris laudem [cum partis præcedentis initio valde consonans, sed hic minime integer, quippe casu aliquo vel temporis abruptus injuria : pauca tamen deesse remur].

492. Codd. ἀτμίησιν ἀνεθεῖσι φλόγα βωμόν : corr, Ops. ἀτμοῖσι, cetera nos.

493. Codd. μηλοσφάγα αἵματος λώϐης : corr. Ops.

494. Codd. λυτροχαρεῖς, quod, etsi male scriptum pro λυθροχαρεῖς, firmat tamen versus prioris lectionem ab Opsopœo propositam. Deinde pro αἰνίγματα longe præstaret μειλίγματα, ut in Bacidis oraculo apud Pausaniam, Bœot. 17.

495. Codd. οὐδ' ἀποσκοϐόροιο πύρνης : nos corr. ex compendio sat noto.

501. In hoc mutilo versu desinebat olim Sibyllina collectio ante quatuor ultimos libros a Maio repertos. In iis vero codd. quibus liber VIII primus est, additur stichometria : 'Εκ τοῦ πρώτου λόγου στίχοι φϐ., id est, « ex primo libro versus 502 », pro 501, recepto scilicet in numerum acrostichidis titulo.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΕΝΔΕΚΑΤΟΣ.

Κόσμε πολυσπερέων ἀνδρῶν, καὶ τείχεα μακρὰ,
Καὶ πόλιες ἄπληστοι, [ἰδ’] ἔθνεα μυριόεντα
Ἀντολίης δύσεώς τε, μεσημβρίης τε καὶ ἄρκτου,
Παντοδαπαῖς φωναῖς μεμερισμένα καὶ βασιλείαις,
Ἀλλὰ περὶ ὑμῶν μέλλω τὰ κάκιστ’ ἀγορεύσειν.
  Ἐξ οὗ γὰρ κατακλυσμὸς ἐπὶ προτέρους γένετ’ ἄνδρας,
Καὶ γενεὴν [δεινὴν] ἐξώλεσεν ὕδασι πολλοῖς
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ, ἕτερον δὲ γένος πόρεν ἄλλο
Ἀκαμάτων ἀνδρῶν, οἳ οὐρανῷ ἀντιφέροντες
Πύργον δωμήσαντ’ ἐς ἀθέσφατον ὕψος· ἀπ’ ἄλλων
Γλῶσσαι δ’ αὖτ’ ἐλύθησαν· ἐπ’ αὐτοὺς δ’ ἤλυθεν ὀργὴ

Arg. Vaticinia de mundi totius historiis ab antiquissima memoria usque ad Ægyptum a Romanis subactam : quæ quidem libris tribus sequentibus uno tenore producentur usque ad Odenati regnum; unde ætas ipsorum elucet, suppar tertio sæculo jam inclinato. Scripta sunt ab homine Judæo, Christiana doctrina leviter

Tit. Codices constanter, Σιβύλλης λόγος ια', unde firmatur conjectura qua decem hactenus libros, non octo, numerari nobis semper placuit. Hic et qui tres sequuntur, id est, quatuor ultimi libri, materia continui, pæne pro uno haberi possunt, ut supra dictum. Quum vero in his vulgata desint exemplaria, manifestum est quos deinceps simpliciter *codd.* vocabimus, eosdem esse quos in aliis libris *nov. codd.* dicebamus, Vaticanos nempe et Monacensem.

1. Homerica est vox πολυσπερέων ἀνθρώπων ex Iliade, β, 804; Odyss. λ, 364.

2. Codd. ἄπληστοι δ’ ἔθνεα : facile

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER UNDECIMUS.

Munde ferax hominum, et longis cum mœnibus urbes
Civibus innumeræ, et populorum millia multa,
Qua notus et boreas, qua spectant vesper et ortus,
Linguarum diversa sono diversaque regnis,
At nunc, quæ vobis instant, fata aspera pandam.
Namque hominum postquam gens est deleta priorum
Diluvio, multisque malum genus obruit undis
Ipse potens rerum dominus, tunc altera crevit
Dura hominum soboles, quæ cælum tendere contra
Ausa, nefas! turrim in præceps evexit : at illis
Ora vagos confusa sonos crepuere, simulque

intincto (nam vide lib. XII, 35, sqq., 232), ac, nisi fallimur, a nostris transfuga sacris, Ægyptio certe Alexandrino, quam originem ubique, sed in fine præsertim libri XIV, prodit. Confer Excursum nostrum V, cap. 13. — 1, sqq. Exordium. — 6, sqq. Prima gentium incunabula. —

nos corr. Et sic pariter in hoc sequentibusque libris, quæcumque a mstis diversa edituri sumus, nostra erunt, non aliena, quod semel monuisse satis sit.

5. Codd. ἀλλ' ἅπερ ὑμῶν.

7. Codd. γενεὴν πενίην. Pro πενίην, quod barbarum est, multa possunt excogitari: nobis hactenus placet δειλήν ex libro V, 475. Deinde ὕδασι πολλοῖς satis est Sibyllinum : cfr. I, 248 et 319.

9. Codd. οἳ vel οἵ οὐρανόν, nisi quod unus οὐρανῶν. Ductus versus ex I, 314.

10. Codd. δομήσαντες (sic) ἀθ. ὕψος, sine ἐς. Cfr. III, 97, sqq.

11. Cfr. I, 78, ubi nostra fuit olim lectio ἐπὶ δ' αὐτοῖς ἤλυθεν ἄτη.

Ὑψίστοιο Θεοῦ βεϐολημένα, κάππεσε πύργος
Ἄσπετος· οἱ δὲ κακὴν γὰρ ἐπ' ἀλλήλους ἔριν ὦρσαν·
Δὴ τότε καὶ δεκάτη γενεὴ μερόπων ἀνθρώπων,
Ἐξ οὗ ταῦτ' ἐγένοντο· μερίζετο γαῖα δ' ἅπασα
Ἀλλοδαπῶν ἀνδρῶν καὶ παντοδαπῶν διαλέκτων,
Ὧν ἀριθμοὺς λέξω, καὶ ἀκροστιχίοις ὀνομήνω
Γράμματος ἀρχομένου, καὶ τοὔνομα δηλώσαιμι.
Πρώτη δ' Αἴγυπτος βασιληΐδα δέξεται ἀρχὴν
Ἔξοχον ἠδὲ δίκαιον· ἔπειτα δὲ φῶτες ἐν αὐτῇ
Πολλοὶ ἐπάρξουσι βουληφόροι· αὐτὰρ ἔπειτα
Ἄρξει δεινὸς ἀνὴρ κρατερώτερος ἀγχιμαχητὴς,
Οὔνομα δὲ σχήσει τοῦ ἀκροστιχίοιο τὸ γράμμα,
Φάσγανα δ' ἐκτανύσειε κατ' εὐσεϐέων ἀνθρώπων.
Σῆμα δ' ἐσεῖται ἐκεῖνο μέγα τούτου κρατέοντος
Γαίῃ ἐν Αἰγύπτῳ, ἥτις, μέγα κυδαίνουσα,
Ὀλλυμένας ψυχὰς λιμῷ τότε σιτοδοτήσει.
Ἀντολίην θρέψει ἠδ' Ἀσσυρίων γένος ἀνδρῶν
Αὐτὸς δεσμώτης ὁ δικασπόλος· οὔνομα δ' αὐτοῦ
Ἴσθιν . . . . . μέτρου δεκάτου ἀριθμοῖο.
Ἀλλ' ὁπόταν δεκάπληγος ἀπ' οὐρανοῦ αἰγλήεντος
Ἥξει ἐπ' Αἴγυπτον, τότε σοι πάλι ταῦτα βοήσω.
Αἶ, αἴ σοι, Μέμφι, αἶ, αἶ, μεγάλη βασιλεία,
Ἐξολέσει λαόν σου πολὺν Ἐρυθραία θάλασσα.
Ἔνθ' ὁπόταν λείψωσι πέδον πολύκαρπον ὄλεθρον
Λαὸς ὁ δωδεκάφυλος ἀπ' Ἀθανάτοιο κελευσθεὶς,
Καὶ νόμον αὐτὸς ἄναξ δώσει Θεὸς ἀνθρώποισιν·
Ἑϐραίοις δ' ἄρ' ἔπειτα μέγας βασιλεὺς μεγάθυμος
Ἄρξει, ἀπ' Αἰγύπτου ψαμαθώδεος οὔνομ' ἔχων τι,

— 19, sqq. Ægypti antiquæ dominatio. — 22, sqq. Pharao, cujus prima litera Φ in voce φάσγανα prælucet. — 29, sq. Josephus, cujus prima litera I, numerus 10.

12. Codd. βεϐολημέναι, præter unum qui βεϐολημένα, ut nos, pravo licet æolismo. Palam autem hæc vox ducta est ex I, 79. Deinde κάππεσε, non pro κατέπεσε sed pro καὶ ἔπεσε vel κάπεσε, male confictum est, ut κάϐϐαλεν, quod olim falso legebatur, I, 50.

14. Ex III, 108, et nota generationum numerum eumdem denarium.

16. Ex III, 106, et VIII, 5.

19. Codd. βασιλίδα δέξετ' ἀρχήν, ubi tamen unus δέξατ'.

23. Codd. ἀκροστιχίου.

24. Acrostichii causa huc adducta est vox φάσγανα, ex Pharaonis nomine.

25. Codd. ἔσται et ἐκείνῳ. Cfr. infra, XII, 72, 214; XIV, 98, etc.

28. Codd. ἀντολίη.

30. Codd. ἴσθιν, alii ἰσθίν, utrumque barbare, lacunam omnes eamdem quam

Ingruit ira Dei vehemens, qua maxima turris
Concidit; ipsi acrem inter se movere tumultum.
Ex illo decimum cœpit mortalibus ævum,
Postquam dispersi populi, divisaque terra est
In varias hominum linguas, ac plurima regna,
Quorum ipsos referam numeros, ut prima sonabit
Litera, quodque suo signans discrimine nomen.
  Principio Ægyptus regnum sibi prima capesset,
Vi dominans ac jure : reget quam plurimus ordo
Regum consilio præstantum et mente sagaci.
His quidam accedet bello metuendus et armis,
Cujus acrostichio nomen cape : pascet enim rex,
Pascet inexpletos justorum cædibus enses.
Ast ingens illo signum regnante videbit
Ægypti tellus, quæ fertilis ubere terræ
Corpora multa fame servabit perdita, quum vir
Assyriis populisque cibos impendet eois
Captivus quondam, legum nunc arbiter : illi
Nomen erit, decimi quod monstrat litera signi.
  At quum magna decem de cælo vulnera terram
Ægypti ferient, iterum tibi talia fabor :
Væ tibi, væ, regnis olim celeberrima Memphi ;
Cives quippe tuos Rubri maris obruet unda.
  Hinc ubi gens bissena, Deo monstrante, feracis
Liquerit arva soli, fatalia rura, novamque
Terrigenis legem attulerit rex ipse supremus ;
Tum reget Hebræam prolem vir grandibus ausis
Clarus, ab Ægypti nomen qui ducet arenis,

— 31, sqq. Decem Ægypti plagæ : mare Rubrum futurum Ægyptiis funestum. — 35, sqq. Exitus populi sancti ex Ægypto, duce Mose. —

nos exhibentes. Et fas quidem esset suspicari vel ἐστίν vel ἔστιν ex libro VIII, 121, unde nobis olim succurrebat ἐστὶν Ἰώσηππος, ferente sensu, minus tamen ferente usu Sibyllino, qui vulgo propriis nominibus abstinet.

31. Codd. ἀλλ' ὁπόταν ὁ δεκάπληγος, male, quum femininum hujus vocis solum sit in usu : erat igitur saltem legendum ἀλλ' ὅταν ἡ δεκάπλ.

32. Ex VII, 111, et cfr. infra 108, 119, etc.

34. Codd. ἐξολέσειε. Cfr. eumdem versum, V, 190.

35. Codd. ἐν δ' ὁπόταν. De sensu III, 248, sqq.

36. An melius ὑπ' Ἀθαν.? Usitatius quippe, et cfr. III, 583.

37. Codd. καὶ μόνος αὐτός.

39. Codd. ἄρξει ἐπ' Αἴγυπτον.

Ψευδόπατρις Θηβαῖος ἀνὴρ, Μέμφιν δ' ἀγαπήσει,
Δεινὸς ὄφις, καὶ πολλὰ φυλάξεται ἐν πολέμοισιν.
[Δωδεκάκις δεκάτης δ' ἐπιτελλομένης] βασιλείας
Ἕπτ' ἐπὶ καὶ δεκάτης [εἵως] ἑκατοντάδος, ἄλλων
Πάντ' ἐπιλειπομένων, τότε δὴ Περσηΐδος ἀρχή·
Καὶ τότ' Ἰουδαίοις σκότος ἔσσεται, οὐδὲ φυγοῦνται
Λιμὸν καὶ λοιμὸν δυσανάσχετον ἤματι κείνῳ.
Ἀλλ' ὁπόταν ἄρξῃ Πέρσης, καὶ σκῆπτρα προλείψῃ
Υἱὸς υἱωνοῖο, περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,
Εἰς μούνας πέντε τετράδας, [ἑκατὸν δ' ἐπὶ ταύταις],
Ἐννεάδας [τελέσεις] ἑκατὸν, καὶ πάντ' ἀποτίσεις·
Καὶ τότ' ἔσῃ Πέρσῃσι λάτρις Μήδοισι δοθεῖσα,
Πληγαῖς ὀλλυμένη διά τε κρατερὰς ὑσμίνας.
Αὐτίκα δὴ Πέρσαισι καὶ Ἀσσυρίοις κακὸν ἔσται,
Πάσῃ τ' Αἰγύπτῳ, Λιβύῃ τ', ἠδ' Αἰθιόπεσσι,
Πᾶσί τε Παμφύλοισιν, ἰδ' ἄλλοις πᾶσι βροτοῖσι.
Καὶ τότε υἱωνοῖς δώσει βασιλήϊον ἀρχὴν,
Οἳ πάλι πορθήσουσι γένη, πολλοῖς τε λαφύροις
Γαῖαν ἀφαρπάζοντες ὅλην, μὴ συμπαθέοντες.
Αἴλινα θρηνήσουσι λυγροὶ παρὰ Τίγριδι Πέρσαι·
Αἴγυπτος δακρύσει, πολλὴν χθόνα δ' ἀρδεύσειεν.
Καὶ τότε σοι, Μηδία [γαίη], κακὰ πολλὰ ποιήσει
Ἰνδογενὴς πολύολβος [ἀνὴρ], ἄχρι πάντ' ἀποτίσεις,
Ὅσσα πάρος πεποίηκας ἀναιδέα θυμὸν ἔχουσα.

— 42, sqq. Ægypti reges CXX [?] per sæcula XVII [?], post quos regnum incipiet Persarum [hoc quidem loco, ut non semel in Sibyllinis, cum Assyriis confusorum]. — 45, sqq. Judæi a Persis [id est, ab Assyriis,] male multati. — 47, sqq. Dominatio Persarum [id est, Assyriorum]: finis Judaïci regni post ultimum heredem [Sedeciam]. — 49, sqq. Judæorum servitus per annos CXX [nempe inter

40. Ex III, 420.

41. Δεινὸς ὄφις in bonam partem hic sumitur; in ceteris vero libris non ita : cfr. V, 29, et XII, 81, 264.

42. Codd. δωδεκάτην δεκάδος δὲ περιτελλ. β. : sed unus περιτελλομένου.

43. Codd. ἕως.

44. Codd. περσίδος.

45. Ex III, 265. Malebat vir doctus Friedl. καὶ τότε Ἰουδαίοις, et recte : magis quippe Sibyllinum, ut IV, 127; V, 462, etc.

48. Habuit Noster ob oculos locum libri III, 399, lectu et intellectu difficilem (de quo nos multa suo loco et in hujus vol. Præfatione), ubi, pro υἱῶν ὧν, legebat in codice suo υἱωνῶν, unde ipse υἱωνοὺς infra non semel usurpabit, modo « posteros » significans, modo « Judæos ». Hic quidem aperte ultimus Judaïci regni heres intelligendus Sedecias.

49. Codd. in fine, δεκατεύσει δὲ ταύτας : nos utcumque corr., quum ἐπὶ ταύταις videremus alias quoque et per hos

Mentitus patriam Thebas ac gentis amorem
Niliacæ, serpens vafer, et dux inclitus armis.
Quum decies duodenâ vetus post regna potestas
Septimi et ad decimi finem duraverit ævi,
Sublatis aliis, dominatio Persica surget.
Tunc et Judæis nox ingruet atra, neque illo
Tempore vitabunt miseri pestemve famemve.
Sed quum Persa dabit leges, sceptrumque relinquet
Natorum extremus, cursum vertentibus horis,
Centum ac vicenos, non amplius, orsa per annos,
Postquam sæcla novem compleveris, omnia solves :
Fœdum quippe feres, Persis Medisque subacta,
Servitium, plagasque graves, et prælia dura.
Sed mox Assyriis Persisque mala aspera surgent,
Ægypto simul, et vobis, Afri Æthiopesque,
Vobis, Pamphyli, simul omnibus undique terris.
Regia prognatis tunc est reditura potestas :
Vastabunt rursus populos, deque omnibus agris
Ampla ferent spolia, et nulli jam parcere discent.
Flebunt heu! Persæ miseri prope Tigridis undas;
Flebit et Ægyptus, lacrimisque immersa natabit.
Multa etiam, mala multa feret tibi, Medica tellus,
Indus homo locuples, donec plene omnia solvas,
Quæ sunt facta tibi contra fas atque pudorem.

Sedeciæ et Esdræ tempora crassioribus numeris]. — 53, sqq. Bella inter gentes omnigenas : potentia Judæorum [post Esdram] rediviva [et quidem Judaïca jactatione mirum quantum aucta]. — 61, sqq. Medi [id est, Assyrii,] ab Æthiopibus [videlicet in Ægypto dominantibus] oppressi per annos CVII. —

præsertim quatuor libros in versus fine positum hoc numerandi sensu.

50. Codd. τελεθείς. Finis versus in Sibyllinis frequens occurrit, V, 190; VIII, 129, etc. Compellatur autem Judæa, licet absens et innominata, sicut alias non semel; et sic aliquando Roma subauditur, III, 330; XII, 274, etc.

52. In fine, codd. ὑσμίνης.

54. Codd. λιβύη τῇδ' αἰθ. : correxit Friedlieb.

55. Codd. καὶ πᾶσι παμφ. An, sicut III, 209, Καρσί legas pro πᾶσι? ac deinde, recentiorum more, Παμφυλίοισιν? quod hic quidem malimus.

59. Ex VIII, 64.

61. Codd. μηδία τέη vel τεῇ. Confer Κέλτι γαίη, VII, 105, et talia passim.

62. Codd. ἀνήρ non habent. Minime autem dubium est Sabaconem hic designari : vide not.

62, sq. Πάντ' ἀποτίσεις ὅσα, κ. τ. λ., dicendi forma est in Sibyllinis usitata, ut V, 191, et sæpe.

Αἴ, αἴ σοι, Μήδειον ἔθνος, μετέπειτα λατρεύσεις
Ἀνδράσιν Αἰθιόπεσσιν, ὑπὲρ Μεροειδέα χῶρον·
Ἑπτ' ἐπὶ τοῖς προσθεῖσ' ἑκατὸν λυκάβαντας ἀπ' [ἀρχῆς]
Πληρώσεις, δύστηνε, καὶ ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσεις.
Καὶ τότε κυανόχρως πολιοπλόκαμος μεγάθυμος
Ἰνδὸς ἄναξ μετέπειτα γενήσεται, ὃς κακὰ πολλὰ
Θήσει ἐπ' ἀντολίης διὰ κρατερὰς ὑσμίνας,
Καὶ σέ γε λωβήσει, μᾶλλον παρὰ πάντας ὀλέσσει.
Ἀλλ' ὅταν εἰκοστὸν [καὶ ἔτος] δέκατον βασιλεύσῃ
Ἑπτ' ἐπὶ καὶ δεκάκις, τότε δὴ βασιληΐου ἀρχῆς
Πᾶν ἔθνος οἰστρήσει καὶ ἐλευθερίην ἀναδείξει,
Λείψας δούλιον αἷμ' ἐπὶ τρεῖς μονάδας ἐνιαυτῶν.
Ἀλλὰ πάλιν ἥξει, καὶ ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει
Πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κρατερῶς πάλιν, ᾗ πάρος ἦεν,
Δουλεύων βασιλεῖ, καὶ ἑκουσίως ὑποτάξει.
Ἔσσεται εἰρήνη μεγάλη κατὰ κόσμον ἅπαντα.
Καὶ τότε δ' Ἀσσυρίοις βασιλεὺς μέγας ἔσσεται ἀνήρ·
Ἄρξει, καὶ πάντας πείσει καταθύμια βάζειν,
Ἅσσα Θεὸς νομίμως διετάξατο· καὶ τότε τοῦτον
Φρίξουσι πάντες βασιλεῖς κομόωντες ἀκωκαῖς,
Δειμαλέοι καὶ ἄναυδοι, ὑπερμενέες [τε σατράπαι]
Τούτῳ δουλεύσουσι, Θεοῦ μεγάλου διὰ βουλάς.
Πείσει γὰρ τά [τε] πάντα λόγῳ, καὶ πάνθ' ὑποτάξει·
Καὶ ναὸν μεγάλοιο Θεοῦ, καὶ βωμὸν ἐραννὸν
Αὐτὸς δωμήσει κρατερῶς, εἴδωλα δὲ ῥίψει,
Φῦλα δὲ καὶ γενεὴν πατέρων καὶ νήπια τέκνα
Εἰς ἓν συγκομίσας, οἰκήτορας ἀμφιβαλεῖται.

— 68, sqq. Indus rex [Sabacon an Tharaca?] multos annos regnabit, repressa trienni seditione. — 79, sqq. Pax per orbem terrarum : regnum pium et felix,

66. Codd. προσθείς vel πρόσθ' εἰς, et in fine omnes ἀπ' ἄρκτου. Dominationis Æthiopicæ in Assyria spatium promovet Noster in CXX annos, quæ ne in Ægypto quidem plus XL durasse fertur.

67. Metrum in medio versu laborat, sed non insueto Sibyllistis vitio : cfr. Exc. nostr. VII, cap. 10, pag. 610. Finis versus recurret infra, 76, et XIV, 308, et quidem cum activa sæpius forma θήσεις, pro qua melius lib. III, 448, θήσῃ.

68. Codd. κυανοχρόως : corr. Friedl. Alter hic Æthiops Ægypti rex designatur (Tharaca videlicet seu Taracus), de quo, ut supra de Sabacone, 62, sqq., vana comminiscitur Noster.

70. An διά τε κρ.? Sed vide supra notata ad 67.

72. Codd. εἰκ. ἔτος καὶ δέκ. De hac annorum supputatione vide not.

73. An καὶ δεκάτου, suppl. ἔτεος?

74. Codd. ἐλευθέριον.

Væ tibi, væ, gens Meda, diu submissa jacebis
Æthiopum populo Meroen super arva tenenti,
Dum septem centumque ab origine duxeris annos,
Vincla trahens invisa, jugoque oppressa superbo.
Tunc aliquis fusco vultu canisque capillis
Rex Indus veniet. Quod non genus ille malorum
Bella per et pugnas populis infliget cois?
Te vero inprimis, te funere perdet acerbo.
Sed quum viginti atque decem regnaverit annos,
Et septem, rursusque decem, tunc regia vincla
Rumpere plebs omnis miro certabit amore,
Servitiumque vetus tres detrectabit in annos.
Sed retro veniet, rursusque obnoxia flectet
Colla jugo gens segnis, et asperiora subibit
Quam prius, accipiens ultro regale capistrum.
Tempus erit, lato quum pax dominabitur orbe.
Et tunc Assyriis imponet jura superbis
Rex magnus, cogetque omnes pia dicere verba
Ac legem servare Dei : sublimibus illum
In soliis reges, frontem diademate cincti,
Pallentes mutique trement, altique satrapæ
Servitio caput inflectent : ea jussa Tonantis.
Omnia nam verbo subiget, sibique omnia subdet.
Tum magni delubra Dei, sanctique verendam
Exstruet altaris molem, simulacraque vana
Dejiciet : simul omne genus, natosque patresque
Undique collectos includet mœnibus unis.

ipsisque Assyriis acceptum, Salomonis nempè, cujus litera Σ alphabeti decima octava, numerus 200. —

75. Optaretur in neutro λεῖψαν : sed mendum hoc est Sibyllistis solemne aliasque a nobis jam notatum, neglecto sic genere præsertim in participiis.

77. Friedl. κρατερῶν legisse se ait, ubi nos κρατερῶς.

79. Ex III, 754.

84. Codd. ὑπερμενέες τ' ἐρατωποί : nos corr. Volebat clarissimus L. Dindorf ad H. St. Par. τερατωποί : sed frustra, ut nos quidem opinamur; neque enim hoc conveniret cum δειμαλέοι καὶ ἀναυδοί. Cfr. infra, 188.

85. Codd. τούτου : corr. Friedl.

86. Codd. τὰ πάντα : an melius τὰ ἕκαστα. Finis deinde versus cum sequentis iuitio, usque ad nomen Θεοῦ cumque eo, apud Maium et in ejus codd. desiderabatur : restituit Friedl. ex Monacensi codice.

87. Codd. in fine, ἐρανόν.

88. Codd. δομήσει.

Οὔνομα δὲ σχήσεις διακοσίων ἀριθμοῖο,
Ὀκτωκαιδεκάτης γραμμῆς σημήϊα δείξει.
Ἀλλ' ὁπόταν [δεκάσι] περιτελλομένῃσι κρατήσῃ
[Ταῖς] δύο καὶ πέντε, προσελθὼν ἐπὶ τέρμα χρόνοιο,
Ἔσσονται δὲ τόσοι βασιλεῖς ὅσα φῦλα τὰ θνητῶν,
Ὅσσαι φρῆτραι, ὅσαι δὲ πόλεις, ὅσσαι δέ τε νῆσοι,
Ἤπειροι μακάρων, ἠδ' ἀγλαόκαρποι ἄρουραι.
Εἷς ἔσται δὲ μέγας τούτων βασιλεὺς ἀγὸς ἀνδρῶν·
[Ἄρξονται] δ' αὐτῷ πολλοὶ βασιλεῖς μεγάθυμοι,
Καὶ τούτῳ, παισί τε, καὶ υἱωνοῖς πολυόλβοις
Δώσουσι μοίρας, βασιληΐδος εἵνεκεν ἀρχῆς,
Εἰς δεκάδας δεκάδων, ὀκτὼ μονάδας ἐπὶ ταύταις,
Ἐξ ἐτέων [ἀρχῆς] καὶ ἐς ὕστατον [ἀντέλλουσιν].
Ἡνίκα θὴρ βριαρὸς δ' ἥξει σὺν Ἄρηϊ κραταιῷ,
Καὶ τότε σοι, [βασίλισσα γαίη], χόλος ἐξαναφύσει.
Αἶ, αἴ σοι, Περσὶς γῆ, ὅσσ' ἐκχύματα δέξῃ
Αἵματος ἀνδρομέου, ὁπόταν ἥξει σοι ἐκεῖνος
Ὀμβριμόθυμος ἀνήρ· τότε σοι πάλι ταῦτα βοήσω.
Ἀλλ' ὅταν Ἰταλίῃ προφύῃ μέγα θαῦμα βροτοῖσι,
Νηπίαχον μινύρισμα ἀκηρασίῃ παρὰ πηγῇ,
Ἄντρῳ ἐπὶ σκιερῷ θηρὸς τέκνα μηλοφάγοιο,
Οἵτινες ἀνδρωθέντες ἐφ' ἑπτὰ λόφοισι κραταιοῖς
Πολλοὺς πρηνίξουσιν, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες,
Ἀμφ[οτέροις] ἀριθμῶν ἑκατὸν οἷς οὔνομα δείξει
Σῆμα μέγ' ἐσσομένων· καὶ ἑπτὰ λόφοισι δὲ τείχη
Καρτερὰ δωμήσουσι, καὶ ἀμφ' αὐτοῖς βαρὺν Ἄρη

— 93, sqq. Hoc defuncto post annos XXV [videlicet ab erectione templi], rursus populi [qui a Salomone domiti fuerant] in multas partes distrahentur. — 98, sqq. Cyrus ejusque successores. — 102, sq. Anni CCXVIII Persarum imperii [obscure tamen significati, nec facile numerandi]. — 104, sqq. Prædicta Persidi ruina,

93. Codd. δεκάκις, et in versu sequenti τοῖς δύο, ubi nos ταῖς. Anni XXV numerantur, quos Salomon post erectum templum regnavit.

94. In προσελθών, ε male corripitur licentia Sibyllina, ut α in Μαρσύαο, I, 25, et similia.

95. Codd. ἔσσονται δὲ τοῖς οἱ β., ac deinde, ὅσα φυτὰ τὰ θν. Legendum videtur ἔσσονται τόσσοι β.

96. Codd. ὅσσαι δὲ φητραῖος vel φρητραῖος, ὅσσαι πόλεις, ὅσσαι δὲ νῆσοι. Præsenserat Friedl. φρῆτραι, apud quem φῆτραι typorum vitio scriptum.

98. Codd. τούτων μέγας, verbis inversis.

99. Codd. ἄρξουσι, ubi nos e conj. ἄρξονται, passivo, licet minus usitato, sensu. Omnes deinde βασιλίδος.

100. Cfr. VIII, 136, sqq., quamvis de alia re.

101. Δώσουσι μοίρας est « vectigalia

Illum post decimam octavo sese ordine præbens,
Litera signabit, numerat quæ rite ducentos.
Quum vero, placidos moderatus regna per annos
Bis denos et quinque, ad finem venerit ævi,
Tot surgent reges, quot sunt mortalia terris
Sæcla hominum, quot ubique tribus, quotque insulæ et urbes
Et campi populis celebres et pinguia rura.
Illis rex magnus dominabitur omnibus unus,
Multi quem dominum submisso vertice reges
Agnoscent, natisque, et qui nascentur ab illis,
Transmittent patrio regalia munera jure,
Dum messes decies vicenæ atque insuper octo
Tempus ad extremum primis numerentur ab annis.
Sed quum terribilis veniet fera Marte potenti,
Invadetque avido te, regia terra, furore,
Væ tibi, væ, quantos effundes, Persica tellus,
Sanguinis humani rivos, quum venerit iste
Sævus, atrox animis! tum te rursum alloquar ore.
Quum vero Italicis, dictu mirabile, in oris,
Vagitus puerilis, opaci fontis ad undam,
Ex antro viridante lupæ crudelis alumnos
Prodiderit; crescent illi, septemque sedentes
Collibus, exitium multis sine jure fideve,
Dirus uterque, ferent; centum qui nomine utroque
Dant numeros, grande augurium! Tum collibus altis
Imponent muros, et cingent mœnia Marte.

quando rex quidam ferus [Alexander] ipsam invadet, [quod tamen plenius infra canetur].— 109, sqq. Romulus et Remus [hi tamen non suo loco positi], quorum græca litera P, numerus 100. —— 115, sq. Roma urbs condita, a quo maxime tempore portenduntur Ægypto futuræ clades. —

persolvent », Judæi nempe Persis : additque Noster per annos CCVIII (nam cum plurali δεκάδας supple δύο), nempe a Cyro ad Alexandrum. De voce μοῖρα sive ἀπόμοιρα, cfr. XIII, 45.

103. Codd. ἐξ ἐτέων (unus tamen ἕξ) ἄρξει (sic), καὶ ἐς ὕστερον ἀντειλοῦσιν.

105. Codd. βασιλεῖς ἀγαυοί.

106. Versus insuavis; et ἐκχύματα secunda producta, nisi Sibyllinum vitium esset, non ferretur. Melius, metri saltem causa, III, 320, πόσον αἵματος ἔκχυμα δέξῃ;

108. Cfr. supra, 32, et infra, 119.

109. Codd. προφυῇ.

110. Cod. unus νηπιαχῶν, et omnes ἀκερασίῃ παρὰ πληγῇ, sine sensu. Cfr. V, 11; XII, 11.

114. An ἀμφοτέροις, omissa deinde virgula? Notat poeta in utroque nomine (Romuli et Remi), literam P, tanquam ῥώμης sive roboris augurium.

Στήσουσι. Τότε δ' αὖτ' ἔσται ἐπανάστασις ἀνδρῶν
Φυομένη περὶ σὲ, μεγάλη, καλλίσταχυ γαῖα,
Αἴγυπτε μεγάθυμε· ἀτὰρ πάλι ταῦτα βοήσω.
[Καὶ προσέτι] πληγὴν μεγάλην οἴκοις ὑποδέξῃ,
Καὶ πάλι σοι ἰδίων ἔσται ἐπανάστασις ἀνδρῶν.
Ἄρτι δέ σε, τλῆμον Φρυγίη, κατοδύρομαι οἰκτρῶς.
Ἥξει γάρ σοι ἅλωσις ἀφ' Ἑλλάδος ἱπποδάμοιο,
Καὶ πόλεμος δεινός τε διὰ κρατερὰς ὑσμίνας.
Ἴλιον οἰκτείρω σε· ἀπὸ Σπάρτης γὰρ Ἐριννὺς
Ἥξει σοι μελάθροις ὀλοῷ κεκερασμένη ἄστρῳ·
Σοὺς δὲ μάλιστα πόνους, μόχθους, στοναχάς τε, γόους τε
Θήσει, ἐπὰν ἄρξωσι μάχης εὖ εἰδότες ἄνδρες,
Ἑλλήνων ἥρωες ἀρηΐφιλοι ὄχ' ἄριστοι.
Τούτων δ' εἷς ἔσται βασιλεὺς κλειτὸς αἰχμητής·
Ἀμφὶ κασιγνήτῳ μετελεύσεται ἔργα κάκιστα.
Αὐτοὶ δ' αὖτ' ὀλέσουσι Φρυγῶν κλυτὰ τείχεα Τροίης,
Ἠνίκα δὶς πέντε περιτελλομένων ἐνιαυτῶν
Πληρώσει πολέμοιο μιαιφόνα ἔργα χρόνοιο,
Αἰφνίδιος δὲ βροτοὺς ξύλινος δόμος ἀμφικαλύψει,
Καὶ τοῦτον δέξῃ ἐπὶ γούνασιν, οὐχὶ νοοῦσα
Ἔγκυον Ἑλλήνων χόλον ἔμμεναι ἢ βαρυπενθής.
Αἲ, αἲ, νυκτὶ μιᾷ πόσσους ὑποδέξεται Ἅδης,
Ἠδὲ λάφυρα πόσα πολυδακρύτοιο γέροντος
Ἄξει· ἀγήρατον δ' ἔσται κλέος ἐσπομένοισι.
Τοὔνομα δὲ σχήσει βασιλεὺς μέγας ἐκ Διὸς ἀνὴρ
Στοιχείου ἀρχομένοιο· ἐπὶ νόστου δ' [ἀτυχήσει]·
Δὴ τότε καὶ πέσεται δολίης ἐν χειρὶ γυναικός.
Ἄρξει δ' ἐκ γενετῆς τε καὶ αἵματος Ἀσσαράκοιο
Παῖς κλυτὸς ἡρώων, κρατερὸς καὶ ἄλκιμος ἀνήρ.
Ἥξει δ' ἐκ ταύτης μεγάλῳ πυρὶ δηωθείσης

— 122. Bellum Trojanum [illud quoque sero huc illatum]. — — 141-143. Agamemnon, cujus litera A, numerus 1.— 144, sqq. Æneas, cujus nomen trisyllabum [infra, v. 153], litera A, numerus 1 : meminit autem poeta non nominis tantum

117. Codd. ἐστ', ubi nos ἔσται. An deinde μετάναστασις legendum? Cfr. infra, 121.

120. Codd. πρός σ' ἐπί vel πρὸς ἐπί, sine καί.

122. Ex V, 286; VII, 114; et sic infra non semel, etsi non ubique de eadem gente.

125. Ex III, 414, sqq.

126. An potius σοῖς μελάθροις?

127. An melius σοὶ δὲ μάλιστα, ut libro III, 417?

Tempore quo mala multa feres, bellique tumultu
Incursuque virum vastabere, nobilis olim
Terra ferax Ægypte : iterum sed talia fabor.
Namque iterum sævam accipies, heu! perdita, cladem,
Et rursus proprii scindent tua viscera cives.
Nunc vero, Phrygia infelix, tua funera plango.
Nam tibi servitium longinquo a litore mittet
Græcia, bellorumque vices et prælia dira.
Ilion, heu? miseresco tui : nam crescit Erinnys
Exitio Spartana tuo et fatalibus astris,
Quæ mala multa tibi, lacrimas, gemitusque doloresque
Afferet, in pugnas ubi vis eruperit ardens
Heroum, quos belli avidos gens aspera mittet.
Hos reget unius regis mavortia virtus,
Ardens fraternas ulcisci cædibus iras.
Atque ipsi Phrygias turres et mœnia Trojæ
Dejicient, denis in se vertentibus annis,
Queis demum fuerit mensura impleta laborum.
Lignea quippe domus latebris hostilia condet
Agmina; tu gremio hanc capies, heu! nescia, totis
Græcorum prægnantem iris et cæde cruenta.
Eheu! quot miseros Orco nox unica mittet!
Quas senis exuvias rapiet lacrimabile fatum!
Vivet et ad seros durabit fama nepotes.
Ille autem rex magnus et ab Jove missus habebit
Primi apicem numeri : reditum cui fata secundum
Dura negant : victor muliebri fraude peribit.
Regnabit dein Assaraci de sanguine cretus,
Heroum soboles, vir fortibus inclitus armis,
Qui patriam incensam flammasque immane furentes

illius viri, sed et regni duraturi per annos XV [non, ut Virgilio placuit, tres duntaxat annos], et sobolis [Romanæ nempe] clarissimæ in orbe quondam futuræ, ipsisque Assyriis [id est, Parthis seu Persis] imperaturæ. —

129. Codd. ἥρ. ἑλλ., verbis inversis.
130. Codd. κλυτός.
134. An potius πληρωθῇ?
135. Ex VIII, 198, sed alio sensu.
137. Codd. ἢ βαρὺ πένθη : sed cfr. XII, 105 et 110.
138. Cfr. III, 404, 407, 480.
140. Ex III, 418.
142. Codd. ἐπὶ νόστοιο στοιχήσει : nos corr.
144. Ex V, 8, et cfr. XII, 8, sqq.
146. Codd. πυρὶ μεγάλῳ.

Φεύγων [ἔκπατρις] φοβερὸν διὰ μῶλον Ἄρηος,
Βαστάζων ὤμοισιν ἑὸν πρέσβυν γενετῆρα,
Υἱὸν δ' ἐν παλάμῃ κατέχων [μόνον], εὐσεβὲς ἔργον
Ῥέξει, παπταίνων ὅστις πυρὸς ἔσχισεν ὁρμὴν
Αἰθομένης Τροίης, καὶ ἐπειγόμενος δι' ὁμίλου,
Δειμαίνων, [περάσει] γαῖαν φοβερήν τε θάλασσαν.
Οὔνομα δὲ σχήσει τὸ τρισύλλαβον· οὐ γὰρ ἄσημον
Στοιχείου ἀρχομένου δηλοῖ τὸν ὑπέρτατον ἄνδρα.
Καὶ τότε δ' ἀνστήσειε πόλιν κρατερήν τε Λατίνων·
Πέντ' ἐπὶ [καὶ] δεκάτῳ ἔτεϊ ἐπὶ βένθεσιν ἅλμης
Ὕδασιν ὀλλύμενος σχήσει θανάτοιο τελευτήν.
Ἀλλὰ μὲν οὐδὲ θανόντ' ἐπιλήσεται ἔθνεα φωτῶν.
Ἄρξει γὰρ γενεὴ τούτου μετόπισθεν ἁπάντων
Ἄχρις ἐπ' Εὐφράτου Τίγριος ποταμῶν ἀνὰ μέσσον
Χώρης Ἀσσυρίων, ὅππη μηκύνετο Πάρθος.
Ἔσσεται ἐσσομένοις, ὁπόταν τάδε πάντα γένηται.
Καί τις πρέσβυς ἀνὴρ σοφὸς ἔσσεται αὖθις ἀοιδὸς,
Ὃν πάντες καλέουσι σοφώτατον ἐν μερόπεσσιν·
Οὗ κόσμος πραπίδεσσιν ὅλος παιδεύσεται ἐσθλαῖς.
Γράψει γὰρ κεφάλαια [κατὰ] δύναμίν τ' ἐπίνοιαν·
Καί τε σαφῶς γράψει μάλ' ἀθέσφατα ἄλλοτε κάλλη,
Τοῖσιν ἐμοῖσι λόγοις μέτροις [τ'] ἐπέεσσι κρατήσας·
Αὐτὸς γὰρ πρώτιστος ἐμὰς βίβλους ἀναπλώσει,
Καὶ κρύψει μετὰ ταῦτα, καὶ ἀνδράσιν οὐκέτι δείξει
Ἐς τέλος οὐλομένου θανάτου βιότοιο τελευτῆς.
Ἀλλ' ὁπόταν δὴ ταῦτα [ἅπερ εἶπον] τελειωθῇ,
Ἕλληνες πάλιν αὖθις ἐπ' ἀλλήλους μαχέονται,
Ἀσσύριοι, Ἄραβές τε, φαρετροφόροι τ' ἔτι Μῆδοι,
Πέρσαι, καὶ Σικελοὶ, Λυδοί τ' ἐπαναστήσονται,
Θρῆκες, Βιθυνοί τε, καὶ οἱ παρὰ ῥεύμασι Νείλου
Ναίουσι γαίην καλλίσταχυν· ἐν δὲ κυδοιμὸν
Πᾶσιν ὁμοῦ θήσει Θεὸς ἄφθιτος· ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς

— 163, sqq. Homerus [non aliter huc adductus quam ob bellum Trojanum modo memoratum]. — 172, sqq. Bella per omnes gentes. —

147. Codd. ἔκπαρις: medelam ostendit Klausen, admisit Friedl.

149. Codd. νόμον vel νόμων, ubi nos μόνον.

150. Codd. ῥήξει : medelam senserat Klausen. De ceteris cfr. VIII, 9.

152. Codd. παῖδας εἰς γῆν : nos corr.

155. Codd. ἀναστήσειε.

Et belli rabiem fugiet Martisque tumultum,
Sancta ferens humeris longævi pondera patris,
Et natum dextra retinens, natum, unica prolis
Pignora : quumque pie timidus, circum undique cautis
Vestigans oculis, objectos ruperit ignes,
Ingens trajiciet spatium terræque marisque.
Olli tres uno partes in nomine, cujus
Litera prima ducem merito signabit honore.
Ipse Latinorum magnam quum erexerit urbem,
Post annos ter quinque, maris demersus in undas,
Inveniet vitæ sub opaco gurgite finem.
Sed neque defunctum damnosa oblivia condent :
Clara viri soboles dominabitur usque remoti
Litus ad Euphratis, rapidique ad Tigridis oram,
Assyria in magna, Parthorum ubi regna patebant.
Tempus erit, seros quum tangent ista nepotes.
    Atque aliquis senior vates erit, ore canorus,
Ingenio promptus, quo non sapientior alter
Dicetur, vasta mundum qui mente docebit.
Scribet enim valido rerum præstantia sensu
Carmina et insigni vocum spectanda nitore,
Nostris ille quidem pollens verbisque modisque :
Libros quippe meos primus quum evolverit, altis
Inclusos tenebris hominum removebit ab usu,
Donec mors veniens vitam fraudemque resolvat.
    Ast ubi, quæ dixi, compleverit omnia tempus,
Græci iterum bella inter se lacrimosa ciebunt,
Assyriique, Arabesque, pharetrigeri quoque Medi,
Et Persæ, et Siculi, et ruptis gens Lyda catenis,
Thraces, Bithynique, et qui felicia Nili
Rura tepentis arant : cunctis fera jurgia, cunctis
Aspera bella parat Deus immortalis. At ecce

156. Codd. καί non habent.
157. Codd. ὀλλυμένοις.
158. Codd. οὐδὲ θάνατός τ' ἐπιλ.
161. Codd. χωρίς.
163, sqq. Cfr. III, 419, sqq.
166. Codd. κατά non habent, necessarium licet : nos add.
167. Codd. καὶ τότε σαφῶς.
168. Codd. καὶ τοῖσιν ἐμοῖς λόγοις : iidem post μέτροις τε non habent
172. Ex VIII, 299, et in aliis libris recurret sæpe.
174. An post Ἀσσύριοί τ' addas ?
177. Codd. ἦν δὲ κυδ.

Ἀνὴρ Ἀσσύριος νόθος Αἰθίοψ ἵξεται ἄφνω,
Θυμὸν ἔχων θηρὸς, καὶ πάντ' ἰσθμὸν διακόψει,
Παπταίνων, ἐπὶ πᾶσιν ἰὼν, πέλαγος διαπλεύσει.
Καὶ τότε σοι μάλα πολλὰ γενήσεται, Ἑλλὰς ἄπιστε.
Αἶ, αἴ σοι, τλῆμον Ἑλλὰς, ὅσα δεῖ σ' ἀνοιμῶξαι.
Ἕπτ' ἐπὶ ὀγδώκοντα ἐτῶν ἐπιτελλομενάων,
Παμφύλου φοβεροῦ πολέμου σκύβαλον λυγρὸν ἔσσῃ.
Ἔνθα Μακηδονίων πάλιν ἔσσεται Ἑλλάδι πῆμα,
Καὶ Θρήκην ὀλέσει πᾶσαν, καὶ μῶλον Ἄρηος
Νήσοις, ἠπείροις τε, φιλοπτολέμοις τε [σατράπαις].
Ἔσσετ' ἐνὶ προμάχοισι· τὸ δ' οὔνομα τοῦτο μεθέξει,
Δεκάκι πεντήκοντ' ἀριθμῶν στοιχεῖον ὃ δηλοῖ.
Ἀρχὴν ὠκύμορός τε γενήσεται· ἀλλὰ μεγίστην
Καλλείψει βασιλείαν ἀπειρεσίην τε κατ' αἶαν.
Αὐτὸς δ' αὖ πέσεται ὑπὸ δουροφόρου κακοβούλου,
[Ζῆσαι ἐν εὐπορίᾳ] ἡγούμενος οἵαπερ οὐδείς.
Ἄρξει δ' αὖ μετέπειτα πάϊς τούτου μεγάθυμος,
Στοιχείου ἀρχομένοιο· γένος [δὲ] διέξοδον ἔσται·
Οὐ Διὸς, οὐκ Ἄμμωνος ἀληθέα τοῦτον ἐροῦσι,
Πάντες ὅμως Κρονίδαο νόθον δ' ὡς [ἀναπλάσονται].
Πολλῶν δ' αὖ μερόπων ἀνδρῶν πόλεις ἐξαλαπάξει·
Εὐρώπῃ δὲ μέγιστον ἀνασταχυώσεται ἕλκος.
Οὗτος καὶ Βαβυλῶνα πόλιν λωβήσεται λοιμῷ,
Καὶ πᾶσαν ὁπόσην ἐπιδέρκεται ἠέλιος γῆν,
Ἀντολίην, κόσμον τε καταπλεύσει μόνος αὐτός.
Αἶ, αἴ σοι, Βαβυλὼν, [θριαμβευθεῖσα] λατρεύσεις,

— 179, sqq. Xerxis expeditio, bellaque inde oritura per LXXXVII annos. — 186. sqq. Macedoniæ regnum : Philippus, cujus litera Φ, numerus 500. — 195, sqq.

179. Codd. ἵκεται : nos corr. Νόθος vero Αἰθίοψ ipse est Xerxes, fusco ac pæne Æthiopico ore, ut Syri plerique, conspicuus. Legitur vox eadem hoc sensu apud Achillem Tatium, III, cap. 9.

180. Cfr. VIII, 155, sq.

181. Codd. ἰόν : nos corr. ex VIII.

182. An κακὰ πολλά?

183. An melius τλήμων? In fine legendum videtur ὀλολύξαι, metri causa.

184. Codd. ὀγδοήκοντα.

185. Ex VII, 58.

186. Ex III, 381.

188. Codd. in fine, τοράτροις, ubi nos σατράπαις e conj. Cfr. supra, 84.

191. Intellige, καὶ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸν μόρον βραχύς.

194. Codd. ζήσας ἐν Συρίᾳ : nos corr. e conj. audaci quidem, tamen certa. Finis versus, οἵαπερ οὐδείς, Sibyllinus est, ut οἵαπερ οὔτις, , « quantum nemo alius », XIV, 243 et 249.

195. Codd. ἄρξει δ' οὐ μετέπ. : corr. Friedl.

Assyrius venit ecce, nothum Æthiopem ore figurans,
Corda ferina gerens, omnem qui dividet isthmum,
Et freta trajiciet, vehemens, infestus, anhelans.
Quot tibi tum clades, incredula Græcia, surgent!
Infelix, quantos effundes, Græcia, fletus!
Octoginta gemes, misera, et septem amplius annos,
In medium projecta ruentibus undique bellis.
  Inde Macedonica ferietur Græcia clade,
Quam Thrace metuet venientem, atque insula multa,
Continuumque solum, et gaudentes Marte satrapæ.
Namque acie in prima stabit bellare paratus,
Quem tibi designat nota quingenaria regem.
Sed vitæ regnique brevis modus. Ipse potenti
Imperio postquam latos subjecerit agros,
Perjuri cadet ense satellitis, heu! sibi longam
Pollicitus vitam, et qualem nemo ante, beatam.
  Filius hunc fortis, quem litera prima notabit,
Excipiet : duplici qui surget origine dispar,
Non Jove, non Ammone satus ; tamen improba fama
Divino de patre nothum, magnique nepotem
Saturni finget. Multas ille eruet arces :
Crescet in Europæ exitium, vivi ulceris instar;
Et magnam Babylona urbem disperdet; et omnem,
Qua sol cumque jacit radios oriensque cadensque,
Mundum lustrando subdet sibi solus et unus.
Væ tibi, væ, Babylon, curru captiva traheris,

Alexander Magnus, nomen ab A litera incipiens, Darii victor [qui quaternario numero designabitur infra, 208], Persici regni eversor. —

196. Codd. ἀρχομένου, omisso δέ post γένος.

197. Cfr. V, 7, et XII, 7.

198. Codd. ἀνταπλάσονται (sic) : nos corr. Duxit autem Noster pleraque de Alexandro ex libri quinti initio, cetera ex libro III, 383, nempe ex spuria illius libri parte, obscuroque loco, nec sibi nec aliis ante se intellecto, cujus aliquot versus (200-204) de populo Romano scriptos, ad Alexandrum retulit : sed vide not. In ὅμως suspectus est accentus, quia Sibyllistæ ὁμῶς sæpe post πάντες usurpant, ut Procem. 86; I, 101, et passim.

200, sqq. Ex III, 382, ubi ἄλγος pro ἕλκος. Nec velimus ἕλκος facile damnare : confer enim Marcii vatis oraculum apud Liv. XXV, cap. 12, Punicum exercitum vocantis « vomicam quæ gentium venit « longe ».

201. Ex III, 384, sq.

203. Codd. μόνον αὐτός.

204. Codd. αἶ αἶ καὶ βαϐ.

Δεσπότις αὐδηθεῖσα καὶ Ἀσσίδος· ἔρχεται Ἄρης,
Ἔρχεται ἀτρεκέως, καὶ σφάξει σου τέκνα πολλά.
Καὶ τότε δ' ἐκπέμψεις τὸν σὸν βασιλήϊον ἄνδρα,
Τετράδος ἐξ ἀριθμοῖο συνώνυμον, ἐγχεσίμωρον,
Δεινὸν τοξοβόλον τε, μετὰ κρατερῶν πολεμιστῶν.
Καὶ τότε δὴ Κιλίκων καὶ Ἀσσυρίων μέσον ἕξει
Λιμὸς καὶ πόλεμος· αὐτὰρ βασιλεῖς μεγάθυμοι,
Θυμοβόρου ἔριδος δεινὴν στάσιν ἀμφιβαλοῦσιν.
Ἀλλὰ σὺ μὲν φύγε [τὸν πρότερον βασιλέα], λίπε δ' αὐτὸν,
Μηδὲ θέλῃς μενέειν, μηδὲ δούλειος ὑπάρχειν.
Δεινὸς γάρ σε λέων ἐπιίξεται, ὠμοβόρος θὴρ,
Ἄγριος, [ἀλλοδίκης, λώπην] ἀμφειμένος ὤμοις.
Φεῦγε κεραύνιον ἄνδρα· κακὸν δ' Ἀσίῃ ζυγὸν ἥξει,
Καὶ [περὶ] πᾶσα χθὼν πίεται φόνον ὀμβρήεντα.
Ἀλλ' ὅταν Αἰγύπτῳ μεγάλην πόλιν ὀλβοδότειραν
Στηρίξει Πελλαῖος Ἄρης, αὐτῷ δ' ὀνομήνῃ,
Μοῖραν καὶ θάνατον προδοθεὶς δολίων ὑφ' ἑταίρων....
Ἰνδοὺς γὰρ προλιπόντα, καὶ ἐς Βαβυλῶνα μολόντα,
Βάρβαρος ἐξολέσει τοῦτον φόνος ἀμφὶ τραπέζαις.
Ἄρξουσι μετέπειτ' ἄλλοι κατὰ φῦλον ἕκαστον
Δημοβόροι βασιλεῖς καὶ ὑπερφίαλοι καὶ ἄπιστοι
Εἰν ὀλίγοις ἔτεσιν. Αὐτὰρ μεγάθυμος ἀγήνωρ,
Εὐρώπην ὃς πᾶσαν ἐπικαλαμήσεται γυμνὴν,
Ἐξότε πᾶσα χθὼν πίεται παμφύλιον αἷμα·
Λείψει ἀτὰρ βιότου [μοίρην] ἰδίαν ἀναλώσας.
Ἔσσονται δ' ἄλλοι βασιλεῖς δὶς τέσσαρες ἄνδρες
Ἐκ γενεῆς τούτου, οἷς οὔνομα πᾶσι τὸ αὐτό.
Ἔσται δ' Αἴγυπτος νύμφη τότε κοιρανέουσα,
Καὶ πόλις ἡ μεγάλη τε Μακηδονίοιο ἄνακτος,

— 224, sqq. Regna post Alexandrum divisa. — 226, sqq. Ptolemæus Lagi [cum Antigono, ut videtur, quod ad res gestas attinet, male confusus]. — 230, sqq. Octo Ptolemæi, sub quibus florebit Alexandria, urbium princeps. —

205. Cfr. III, 386.
206. Cfr. infra, 278, et I, 165, sq.
208. Codd. ἐξαριθμοῦ, una voce.
210. Codd. καὶ τότε δ' ἡ κιλ.
211. Codd. ἀτάρ.
212. Codd. ἀμφιβολοῦσιν : correxit Friedl.
213. Codd. φύγε περον τὸν βασιλῆα, ubi περον est e scripturæ compendio natum : redibit autem XII, 145, et XIII, 88. Deinde codd. λεῖπε pro λίπε.
216. Codd. ἀντὶ δίκης λώβης ἀμφ. Ductus versus ex III, 389.
217. Cfr. III, 390.

Dicta Asiæ regina diu. Mars horridus ecce,
Mars venit, et dulces jugulat, tua pignora, natos.
Hic tu sera tuum mittes in prælia regem,
Insignem quarto numero, sævum ense, sagittis
Sævum, quem belli comitum vis magna sequetur.
Assyrios Cilicasque inter spatium omne tenebunt
Esuries bellumque. Aderit par nobile regum,
Certus uterque gravem ferro decernere causam.
Tu vero priscum regem fuge, linque cadentem,
Neu perstare velis, gravioraque vincla subire.
Urget quippe leo ferus, insatiabilis, atrox,
Jus et fas renuens, humeros cui purpura vestit.
Fulminei fuge tela viri, cui serviet omnis
Gens Asiæ, tellusque omnis saturata cruore.
Sed postquam Ægypto magnam fundaverit urbem
Mars Pellæus, opum nimiam, quam nomine dicet
Ipse suo, cæca tum proditione suorum
Inveniet mortem, Babylona reversus ab Indis,
Barbaricam miser, heu! media inter pocula mortem.
    Hinc alii regnum rapient sua quisque per arva,
Injusti reges, violenta infidaque corda,
Nec longo annorum spatio. Sed fortior unus
Rex erit, Europæ reliquas qui colliget omnes
Exuvias, multum biberit quum terra cruorem;
Inde cadet, proprii defunctus munere fati.
    Post alii reges ejusdem sanguinis octo
Succedent, queis nomen idem similisque potestas.
Tunc erit Ægyptus regalis nympha; simulque
Urbs magna Ægypti, Macedo quam condidit heros,

218. Codd. καὶ πᾶσι πᾶσα : cfr. III, 392. Dubium autem an περίπασα sit uno verbo legendum, ut I, 198.

219. Codd. ἀλλ' ὁπόταν αἴγυπτος, nullo sensu.

221. Formula προδοθεὶς ὑφ' ἑταίρου vel ὑφ' ἑταίρων in his ultimis libris frequens redit, XII, 140; XIV, 91, etc. Videtur autem unius versus lacuna post hunc patere : deest certe verbum κιχήσει aliudve.

223. Cfr. VII, 45.

227. Codd. ὃς πᾶσαν εὑρ. An malis πᾶσαν ὅς ?

228. Cfr. supra 218.

229. Codd. μορφήν, ubi nos μοίρην, ionismo Sibyllino, ut XII, 175, ubi καταλύσας legitur pro ἀναλύσας, an melius?

232. Ductum videtur νύμφη ex III, 358, ubi νυμφεύσεαι legitur de Roma teneræ nuptæ comparata,

Πότνι' Ἀλεξάνδρεια, κλυτὴ θρέπτειρα πολήων,
Κάλλει τε στίλβουσα, μόνη μητρόπτολις ἔσται.
Καὶ τότε μεμφέσθω Μέμφις τοῖς κοιρανέουσιν.
  Εἰρήνη δ' ἔσται βαθέη κατὰ κόσμον ἅπαντα·
Γῆ δὲ μελάμβωλος καρποὺς τότε πλείονας ἕξει.
Καὶ τότ' Ἰουδαίοις κακὸν ἔσσεται, οὐδὲ φυγοῦνται
Λιμὸν καὶ λοιμὸν δυσανάσχετον ἤματι κείνῳ·
Ἀλλὰ μελάμβωλος καλλίσταχυς ἡ νεόκοσμος
[Ὀλλυμένους] πολλοὺς ὑποδέξεται ἀμβροσίη χθών.
  Ἀλλ' ὀκτὼ βασιλ[ῆες ἐλ]ώδεος Αἰγύπτοιο
Πληρώσουσιν ἀριθμοὺς τρεῖς [ἅμα] καὶ τριάκοντα
Πρός τε διακοσίους· αὐτὰρ γένος ἐξαπολεῖται
Αὐτῶν οὐ πάντων· ῥίζη δέ γε ἐξαναφύσει
Θηλυτέρη, βροτολοιγὸς, ἑῆς προδότις βασιλείης.
Ἀλλ' αὐτοὶ κακότητα καὶ αὐτῶν ἔργα πονηρὰ
Ῥέξουσι μετέπειτα, καὶ ἄλλος [γ'] ἄλλον ὀλέσσει.
Κόψει πορφύρεος γενέτης γενετῆρα μαχητήν·
Καὐτὸς ὑφ' υἷηος· πρὶν δὴ φυτὸν ἄλλο φυτεύσει,
Ἐκλείψει· ῥίζη δ' ἀναθηλήσει μετέπειτα
Αὐτοφυής· τοῦ δὴ παραφυόμενον γένος ἐστίν.
Ἔσται γὰρ χώρης βασιλὶς παρὰ χεύμασι Νείλου
Ἑπταπόροις στομάτεσσιν ἐπερχομένοιο θαλάσσης·
Εἰκοστοῦ δ' ἀριθμοῦ πολυήρατον οὔνομα ταύτῃ.
Μυρία δ' αἰτήσει, καὶ χρήματα πάντα συνάξει
Χρυσοῦ τ' ἀργυρίου τε· δόλος δὴ ἔσσεται αὐτῇ
Ἐξ ἰδίων ἀνδρῶν· τότε σοι πάλι, γαῖα [μάκαιρα],
Ἔσσονται πόλεμοί τε μάχαι τ' ἀνδροκτασίαι τε.
  Ἀλλ' ὅταν ἄρξωνται πολλοὶ Ῥώμης ἐριθήλου,
Οὔτι γε μὴν μακάρων προδεδειγμένοι, ἀλλὰ τύραννοι,
Χιλιάδων δ' ἀρχοὶ καὶ μυριάδων γεγαῶτες,

— 237, sqq. Pax et felicitas terrarum [sicut fere libro III, 287, sqq.) : postea calamitas Judæis inferetur fame et peste [nihil hic de Epiphane], unde multi profugi in Ægyptum migrabunt. — 243, sqq. Rursus iidem octo Ptolemæi, quo-

234. Ex V, 88, et alibi recurret.
236. Cfr. V, 17.
237. Codd. βαθεῖα : sed βαθέη alibi sæpe in Sibyllinis.
238. Codd. μελάμβολος. Alterum hemistichium ipsis omnino literis buc est retractum ex VIII, 210, vel II, 321.
242. Codd. ἀλωμένους (sic).
243. Codd. ὑλώδεος, falso admodum.
244. Laborabat versus facile reficiendus, sed quomodo? Nos addidimus ἅμα, male licet correpto α in τριάκ.

Dives Alexandria, hominum celeberrima nutrix,
Terrarum caput, eximio florebit honore.
Ergo suos reges Memphis dejecta queratur.
  Pax erit interea totum exspatiata per orbem,
Terraque multiplices certabit fundere fructus.
Sæva sed incumbent Judæis damna, neque illo
Tempore vitabunt miseri pestemve famemve:
Quos procul a patria fugientes, ceu novus orbis,
Excipiet nigris tellus uberrima glebis.
  Sed reges octo, Nili qui sceptra tenebunt,
Adjicient annos tres et triginta ducentis,
Effeta dum prole genus regale fatiscat,
Nec tamen omne simul : radix namque una manebit,
Feminea, infelix, regnis inimica paternis.
Illi flagitium sceleri et scelus insuper addent
Flagitio, seseque in mutua funera trudent.
Natus purpureum genitorem occidet, et ipse
Præda cadet nati, vel nulla prole relicta
Deficiet; donec regali a stirpe superstes
Radix illa tibi sobolesque novissima surgat.
Namque ubi se septem fluviis effundit in æquor
Nilus, erit terræ quondam regina tepentis,
Litera cui gratum dederit vicesima nomen.
Congeret hæc grandes, quos undique fundat, acervos
Aurique argentique; sed et decepta suorum
Proditione cadet. Tibi tunc, ditissima tellus,
Bella iterum et pugnæ surgent cædesque cruentæ.
  At quum Romulidis imponent vincula multi
Non diis progeniti, nulla sed lege tyranni,
Scilicet hi magnis freti legionibus, illi

rum flagitia et scelera recensentur usque ad ultimam post ipsos Cleopatram. — 254, sqq. Cleopatræ regnum. — 261, sqq. Bella Romæ civilia. —

245. Cfr. III, 395.

246. Cfr. III, 396, ubi tamen sensus longe alius.

248. Cfr. V, 17.

249. An potius ἄλλυδις ἄλλον, ut sæpe in Sibyllinis, variante tamen syntaxi, interdum ἄλλυδις ἄλλος, interdum ἄλλον, etc.? Cfr. V, 78; I, 329, etc.

250, sqq. Ductus locus ex III, 398, sqq., sed omnino de alia re, mutatisque verbis nonnullis.

252. Codd. ῥίζα, sed vide supra, 246

259. Codd. γαῖα μακρά : nos corr.

261. Similis versus finis, VIII, 145.

Καὶ νομίμων ἀγορῶν οἱ ἐπίσκοποι, ἠδὲ μέγιστοι
Καίσαρες ἄρξουσι διζήμενοι ἤματα πάντα·
Τούτων δ' ὑστάτιος ἄρξει δεκάτου ἀριθμοῖο,
Ὑστάτιος Καῖσαρ, ὃς [ἐπὶ χθονὶ] γυῖα [τιταίνων],
Ἄρηϊ δεινῷ βεβλημένος ἀνδρὸς ὑπ' ἐχθροῦ·
Ὃν Ῥώμης παῖδές τε μιῆς παλάμῃσι φέροντες
Εὐσεβέως θάψουσι· περὶ δ' αὐτῷ σῆμα χέουσιν,
Ἧς φιλίης ἕκατι, μνήμῃ [τε] χάριν μετέχοντες.
Ἀλλ' ὁπόταν λυκάβαντας ἐπέλθῃ τέρμα χρόνοιο
Δίς τε [τριηκοσίους] καὶ δὶς δέκα πληρώσασα,
Ἐξότε σου κτίστης θηρὸς παῖς ἡγεμόνευσεν,
Οὐκέτι δικτάτωρ ἔσται μεμετρημένος ἄρχων,
Ἀλλὰ ἄναξ βασιλεύς τε γενήσεται ἀντίθεος φώς.
Εἰς δὲ τότ' Αἰγύπτῳ ἐπιερχόμενον βασιλῆα
Ἥξει ἀτρεκέως φοβερὸς κορυθαίολος Ἄρης.
Καὶ τότε σοι [χείριστ'] ἔσεται μετόπισθεν ἅλωσις·
Δεινοὶ γὰρ μαλεροί τε βίῃ περὶ τείχεα γαίης
Ἔσσονται πόλεμοι κακοεργέες· ἐν πολέμοις δὲ
Αὐτὴ λυγρὰ παθοῦσα νεοτρώτων καθύπερθεν
Φεύξει δειλαίη· μετέπειτα δὲ εἰς λέχος ἥξει
Αὐτῷ τῷ φοβερῷ· ὁ γάμος τέλος ἐστὶ σύνευνος.
Αἶ, αἴ σοι, δύσνυμφε κόρη, βασιλήϊον ἀρχὴν
Δώσεις Ῥωμαίῳ βασιλεῖ, καὶ πάντ' ἀποτίσεις,
Ὅσσα πάρος πολέμοισιν ἀνανδρίῃσιν ἔπραξας·
Ὡς εἰς ἓν . . . . ὅλην γῆν ἀνδρὶ κραταιῷ,
Ἄχρις ἔσω Λιβύης καὶ ἀνδρῶν κυανοχρώτων.
Ἔσσῃ δ' οὐκέτι χήρα, συνοικήσεις δὲ λέοντι

— 266, sqq. Julius Cæsar, cujus litera I, numerus 10. — 272, sqq. Anno Romæ 620 [falso pro 724, sed recepta Nostro chronologia, de qua vide not.], Ægyptus

265. Voluit Friedl. διζήμενοι mutare, sed frustra : denotat enim ambitionem imperii cupidam.

267. Codd. καίσαρος ἐπιχθόνια γυῖα κτείνων.

268. Ἀνδρὸς ὑπ' ἐχθροῦ, Bruti nempe?

270. Σῆμα istud columna est Romæ in honorem dictatoris erecta, de qua Suetonius in J. Cæsare, § 85.

271. An potius ἕνεκα, metri causa? Deinde τε codd. non habent. In fine, præstaret παρέχοντες.

272. Codd. λυκάβαντος. Deinde vel ἐπέλθῃς legendum, vel personæ mutatio agnoscenda.

273. Codd. διηκοσίων, ubi nos τριηκοσίους, e conj. Falsa utroque modo chronologia, sed Nostro peculiaris, de qua vide not.

276. Codd. ἀλλ' ἄναξ.

278. Codd. ἥξει δ' ἀτρ. Cfr. supra, 206. De sensu, confundi videtur bellum Julii Cæsaris Alexandrinum cum Antonii vel Octaviani adventu in Ægyptum.

Rostris atque foro ; crescet magis inde magisque
Cæsareum nomen, cæca ambitione laborans.
Ultimus at Cæsar, quem litera dena notabit,
Regnandi cupiens, inimico concidet ense,
Membraque sanguineam per humum trepidantia volvet.
Quem Romæ populus miro tumulabit honore,
Elatumque unis manibus componet, et altum
Insuper extollet monumentum ac munus amoris.
Verum ubi progrediens ad finem temporis ætas
Annos contulerit bis denos bisque trecentos,
Ex quo regnavit genitor tuus ille ferino
Lacte sâtur ; jam non contentus jure modesto
Dictator, sed erit perfecti compos honoris
Rex ac pæne deus. Tunc Nili sceptra petentem
Excipiet regem rutilis Mars torvus in armis,
Unde tibi clades instat sævissima : surgent,
Horribiles surgent circum tua mœnia pugnæ.
Ipsa gravem belli fortunam experta, suorum
Corporibus super et confusæ stragis acervis,
Qua poterit, fugiet : victorem deinde superbum
Accipiet gremio, communis fœdere lecti.
Væ tibi, væ, male nupta ; tuum, sponsa improba, regnum
Romano trades ductori, atque omnia solves,
Imbelli tibi segnitie quæ digna parantur.
Hinc omnis tellus validas unius habenas
Sentiet usque nigram ad Libyam vultusque perustos.
Nec jam tu vidua, horribili sed nupta leoni,

maximeque Alexandria Romano Marte impetetur, et infaustis Cleopatræ nuptiis hosti tradetur tota regio usque in Libyam et Æthiopiam. —

279. Codd. χειρὶ ἔσσεται, pro quo nos e conj. χείριστ', contracte pro χείριστα, atque hoc ipsum æolice pro χειρίστη, non rara apud Sibyllam licentia, hic tamen dubia.

280. Codd. μαλελοί.

281. Codd. ἔσονται et κακοεργές.

282. Codd. αὕτη. Agi videtur de Cleopatra Antonium excipiente, mox ipsi nuptura : sed tum nulla circa Alexandriam cruenta certamina, qualia sub Julio fuerant : confundit ergo Noster omnia, Julium, Antonium, Octavianum.

285. Codd. δυσνύμφη et βασιλεῖον.

286. Finis versus in Sibyllinis valde frequens.

287. Codex unus, ἀνδρείησιν, ceteri ἀνανδρείησιν.

288. Codd. vel προκιών vel προκίων, utrumque sine sensu, ubi nos lacunam reliquimus : et vide an προΐεσθαι placeat vel προεθῆναι.

290. Codd. ἔσῃ. In χήρα ultima male corripitur.

Ἀνδροκόρῳ φοβερῷ τε, ἐνυαλίῳ πολεμιστῇ.
Καὶ τότ' [ἔσῃ], δειλαίη, ἐν ἀνθρώποισιν ἄφαντος
Πᾶσιν [ὁμοῦ]· λείψεις γὰρ ἀναιδέα θυμὸν ἔχουσα·
Καὶ λάβεται σεμνὴν ὁ περίδρομος [οἴκοθι] τύμβος
Ζῶσαν ἔσω [πολλαῖσιν] ἐφάρμοστος [κορυφαῖσι],
Δαιδάλεος . . . . πουλὺς δέ σε κλαύσεται λαὸς,
Καὶ βασιλεὺς ἐπὶ σοὶ δεινὸν στοναχήσεται οἶκτον.
Καὶ τότε δ' Αἴγυπτος λάτρις ἔσσεται ἡ πολύμοχθος,
Ἡ πολλοῖς ἐτέεσσι τροπαιοφοροῦσα κατ' Ἰνδῶν·
Δουλεύσει δ' αἰσχρῶς, ποταμῷ δ' ἐπὶ δάκρυα μίξει
Καρποφόρῳ Νείλῳ, ὅτι δὴ κεκτημένη ὄλβον
Καὶ [πάντων μέγεθος] ἀγαθῶν, θρέπτειρα πολήων,
Θρέψει μηλοφάγων γενεὴν φοβερῶν ἀνθρώπων.
Αἴ, ὁπόσοις θήρεσσι λάτρις καὶ κύρμα γενήσῃ,
Αἴγυπτε πολύολβε, θεμιστεύουσα δὲ λαοῖς,
Ἡ τοπρὶν βασιλεῦσιν ἀγαλλομένη μεγάλοισιν,
Λαοῖς δουλεύσεις τλήμων, διὰ λαὸν ἐκεῖνον,
Ὃν πάρος εὐσεβέοντα μετήγαγες εἰς πολὺ πῆμα
Μόχθων καὶ κοπετῶν, ἐπὶ δ' αὐχένα θῆκας ἄροτρον
Αὐτοῦ, καὶ δάκρυσι βροτέοις ἤρδευσας ἀρούρας·
Τοὔνεκεν αὐτὸς ἄναξ Θεὸς ἄφθιτος αἰθέρι ναίων
Ἐξαλαπάξει ὅλην καὶ εἰς κοπετὸν προϊάψει·
Καὶ τίσεις ἀνθ' ὧν σὺ πάρος ποίησας ἀθέσμως·
Ὕστατα δὲ γνώσῃ ὅτι σοι Θεοῦ ἤλυθεν ὀργή.
Αὐτὰρ ἐγὼ Πυθῶνα καὶ εὔπυργον Πανοπῆα
Βήσομαι· ἔνθα με πάντες ἀληθέα φημίζουσι
Μάντιν [ἰδὲ χρησμῳδὸν], ἀτὰρ μεμανηότι θυμῷ

— 292, sqq. Cleopatræ fatum extremum. — 298, sqq. Ægypti servitus et calamitas post diuturnam prosperitatem, libertati pæne similem, multos per annos dura-

292. Codd. ἔσῃ non habebant : nos add.

293. Deerat ὁμοῦ : nos add. ex VIII, 107, et sic supra, 178.

294. Codd. οἴχεται pro οἴκοθι : nos conjecimus. De τύμβῳ isto vide not.

295. Codd. ζῶσα ἔσω υ..σπλην ἐφάρμοστος κορυφαῖος : corr. nos e conj.

296. Lacuna est unius verbi, in codd. editisque minime indicata, quam facile suppleas si καλός addas (δαιδάλεος καλός), ut apud Homerum, Iliad. π, 222, et alibi.

297. Codd. in fine, οἰκτρόν.

298. Codd. αἰγυπτόλατρις.

299. Codd. ἔτεσι τροπαιοφορέουσα. Indos in hoc versu pro Æthiopibus positos puta, ut sæpe in Sibyllinis, V, 194, 205, etc.

302. Codd. καὶ πᾶν μὲν μεγέθους ἀγ. Iidem deinde θρεπτῆρα, sed cfr. supra, 234.

303. Alludit μηλοφάγων ad lupam

Indomiti conjux sævique vocabere Martis.
Mox erit humanos fugies quum perdita visus,
Deficiens animis et mentem fracta superbam;
Teque cavum latebris intra tua tecta sepulcrum,
Multa super tereti attollens fastigia tecto,
Viventem tumulo accipiet. Te flebit ademptam
Gens omnis; gemet ipse tuam rex advena sortem.
Et tunc Ægyptus longo captiva premetur
Servitio, multos quæ fortunata per annos
Indorum domito referebat ab axe tropæa.
Serviet, et lacrimas Nilo miscebit amaras,
Divitias reputans et quæ bona plurima quondam
Fundebat terris, populorum uberrima nutrix,
Nunc vix apta famem dominorum implere capacem.
Heu! quibus, heu! projecta feris, Ægypte, jacebis,
Quondam opibus magnaque ducum ditione superba,
Nunc populis data præda ferocibus, unius ergo,
Quem tu scis, populi, quem relligionis amantem
Servitio addixti misero, et grave pondus aratri
Jussisti trahere, ac fletu sola dura rigare.
Idcirco summi veniet Deus incola cæli,
Et te diripient hostes, multaque laborum
Vi compressa, lues meritas pro crimine pœnas:
Agnosces magni tum demum Numinis iram.
Ast ego Pythonem Panopeaque mœnia adibo,
Omnis ubi veram me vatem turba salutat,
Instinctu cæco fundentem plena futuris

tura, tanquam sera Dei ultione propter servitutem sanctæ genti [Hebræis nempe sub Pharaonibus] impositam. — 315, sqq. Epilogus.

Romuli et Remi nutricem, syntaxi tamen minime sana.

304. Codd. αἶ ὁπόσοι θήρεσι.

305. Codd. ἰδέ pro δέ.

306. Codd. πρίν sine τό.

308. Codd. μετήγαγεν.

309. Codd. θῆκες pro θῆκας, neoterice et barbare.

311. Ex V, 295, aliisque locis.

312. Post ὅλην adde σέ, ut XII, 211.

313. Versus in Sibyllinis frequens.

315. Codd. πιθῶνα: corr. Friedl. Cfr. Odyss. λ, 580, ubi Πυθώ ipsa est urbs Delphorum, et Πανοπεύς, urbs vicina, choreis tunc celebrata, καλλίχορος, deleta serius a Persis, ut Herodotus docet, VIII, § 34, iterumque a Philippo Macedone, ut Pausanias, X, cap. 3.

316. Ex III, 817, sensu tamen inverso.

317. Codd. μάντιν χρησμῷ αὐτάρ: sed cfr. infra, 321.

Ἄγγελον . . . . Ἐπὴν βίϐλοις δὲ προσέλθῃ,
Μὴ τρέσσῃ· καὶ πάντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα
Γνώσετ' ἀφ' ἡμετέρων ἐπέων. Τότε τὴν θεόληπτον
Οὐκέτι τις μάντιν καλέσει χρησμῳδὸν ἀνάγκης.
Ἀλλὰ, ἄναξ, νῦν παῦσον ἐμὴν πολυήρατον αὐδὴν,
Οἶστρον ἀπωσάμενος καὶ ἐτήτυμον ἔνθεον ὀμφὴν
Καὶ μανίην φοϐεράν· δὸς δ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.

318. Post ἄγγελον, codd. lacunam ostendunt quam dedimus, fortasse tamen non satis amplam: videtur enim deesse versus saltem unus integer. Βίϐλοι de Sibyllinis carminibus jam usurpata vox III, 425, et hoc ipso libro, 169.

319. Notus ex Homero versus, et cfr. III, 821.

Carmina . . . . Nostros nec tangere libros
Præmetuat : simul elapsi, simul inde futuri
Temporis ediscet casus : nec jam mea quisquam
Carmina damnabit falsi, miseramve vocabit
Sortilegam. Sed tu nostram, rex maxime, vocem
Et nimios æstus et sævæ comprime mentis
Præsagam rabiem : da molles fundere cantus.

321. Ex III, 817, et cfr. supra 316, sq.
322. Codd. ἀλλ' ἄναξ, ut sæpe. Sumptus locus ex II, 347.
324. Ex Hesiodo, Theogon. 104, et cfr. infra, XIII, ult.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΔΩΔΕΚΑΤΟΣ.

Ἀλλ’ ἄγε μοι στονόεντα χρόνον κλύε Λατινιδάων·
[Ἤτοι] μὲν πρώτιστα μετ’ ὀλλυμένους βασιλῆας
Αἰγύπτου, τοὺς πάντας ἴση κατὰ γαῖα φέρεσκε,
Καὶ μετὰ τὸν Πέλλης πολιήτορα, ᾧ ὕπο πᾶσα
Ἀντολίη βεβόλητο καὶ ἑσπερίη πολύολβος,
Ὃν Βαβυλὼν ἤλεγξε, νέκυν δ’ ὤρεξε Φιλίππῳ,
Οὐ Διὸς, οὐκ Ἄμμωνος ἀληθέα φημιχθέντα,
Καὶ μετὰ τὸν γενεῆς τε καὶ αἵματος Ἀσσαράκοιο,
Ὃς μόλεν ἐκ Τροίης, ὅστις πυρὸς ἔσχισεν ὁρμὴν,
Πολλοὺς δ’ αὖ μετ’ ἄνακτας, ἀρηϊφίλους μετὰ φῶτας,
Καὶ μετὰ νηπιάχους, θηρὸς τέκνα μηλοφάγοιο,
Καὶ μετὰ τὰς [ἐτέων] ἑκατοντάδας ἓξ διαβῆναι
Καὶ δύο τὰς δεκάδας Ῥώμης δικτάτορος οὔσης,
Ἔσσετ’ ἄναξ πρώτιστος ἀφ’ ἑσπερίοιο θαλάσσης
Ῥώμην κοιρανέων, μεγάλ’ ἄλκιμος ἠδὲ μαχητὴς,

ARG. Hic liber cum priore continuatur : ipse autem historias Romanas complectitur ab Augusto usque ad Alexandrum Severum. — 1, sqq. Transitio. — 10, sqq. Ab urbe condita ad Augustum numerantur a poeta anni 620 [falso qui-

TIT. Constanter in mstis, σιβύλλης λόγος ιβ′.

1. Codd. κλυαλατινιδάων, uno verbo; sed vide V, 1, sqq., unde totum defluxit hoc exordium, et confer infra, 34.

2. Codd. ἢ ὅτι μέν : vide V, 2.

3. Codd. πάντας ἢ κατά.

6. Codd. ἤλεξεν νέκυν : cfr. V, 6.

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER DUODECIMUS.

Nunc age, nunc audi : lugubria tempora fabor,
Clara Latinorum fama, qui prima per orbem
Sceptra gerent post exstinctos terraque sepultos
Ægypti reges, post et ducis inclita fata
Pellæi, sub quo jacuere occasus et ortus,
Quem Babylon falsi generis morsque arguet ipsa,
Non Jove, non Ammone satum, reddetque Philippo ;
Post etiam cretum Assaraci de sanguine regem,
Qui patriam fugiens Trojanos diffidit ignes;
Postque alios regno claros belloque potentes,
Atque feræ geminos pecora infestantis alumnos,
Roma ubi sexcentis vicenisque insuper annis
Condiderit leges ac dictatoria jura ;
Tunc erit, Hesperio qui primus ab æquore surget,
Romuleæ gentis rector, dux inclitus armis,

dem, sed propria ipsi chronologia, sicut lib. XI, v. 272, et infra, v. 225, locis jam notatis vel notandis]. — 14, sqq. Augustus, cujus litera A, numerus 1, sub quo Christus canetur natus, infra, 30-33. —

7. Conferendus hic versus non modo cum V, 7, sed etiam cum XI, 197.

8. Codd. ἀσάρκοιο.

12. Codd. ἑτάρων pro ἐτέων. De numero annorum a vulgari chronologia distante, quærenda nota ad XI, 272.

14. Cfr. V, 12, et III, 176.

15. An melius 'Ρώμης?

Ἀρχὴν στοιχείων ὅστις λάχε· καί σε πεδήσας,
Ἄρεος ἀνδροφόνοιο παγήσεται, ἀγλαόκαρπε·
Λώβην ἐκτίσεις, ἥνπερ προέηκας ἑκοῦσα.
Αὐτὸς γὰρ μεγάθυμος ἀριστεύσει πολέμοισιν,
[Ὃν] Θρήκη πτήξει, καὶ Σικελίη, μετὰ Μέμφις,
Μέμφις πρηνιχθεῖσα δι' ἡγεμόνων κακότητος,
Ἠδὲ γυναικὸς ἀδουλεύτου ὑπὸ δουρὶ πεσούσης.
Καὶ δεσμοὺς θήσει λαοῖς, καὶ πάνθ' ὑποτάξει·
Κῦδος ἔχων κρατερὸν, σκήπτρων ἐπὶ πουλὺ κρατήσει.
Οὐ γὰρ ὑπερθήσει ὀλίγον χρόνον οὐδέποτ' ἄλλος
Σκηπτοῦχος βασιλεὺς τούτου πλέον, οὐ μίαν ὥραν,
Ῥωμαίων· ὅτι πάντα Θεὸς κατένευσ' ἐπὶ τούτῳ,
Καὶ δὴ καὶ καιροὺς ἐπεδείξατο ἐν χθονὶ δίῃ
Θεσπεσίους, μεγάλους, ἐπὶ δ' αὐτοῖς σήματ' ἔδειξεν.
Ἀλλ' ὁπόταν ἀστὴρ πανείκελος ἠελίοιο
Λαμπρὸς ἀπ' οὐρανόθεν προφανῇ ἐνὶ ἤμασι μέσσοις,
Καὶ τότε δὴ κρύφιος ἥξει Λόγος Ὑψίστοιο,
[Σάρκα φέρων] θνητοῖσιν ὁμοίϊον. Ἀλλὰ σὺν αὐτῷ
Αὐξήσει τὸ κράτος Ῥώμης κλεινῶν τε Λατίνων.
Αὐτὸς δ' αὖθ' ὁ μέγας βασιλεὺς ἰδίης ὑπὸ μοίρης
Κατθάνεται, παραδοὺς ἑτέρῳ βασιλήϊον ἀρχήν.
Καί τις δ' αὖ μετὰ τοῦτον ἀνὴρ κρατερός τ' αἰχμητὴς
Ἄρξει, πορφυρέην [λώπην] ἀμφειμένος ὤμοις·
Ὅστε τριηκοσίων ἀριθμῶν κεραίην ἐπὶ πρώτην,
Ἐξολέσει Μήδους καὶ ἰοβόλους ἅμα Πάρθους·
Αὐτὸς δ' ὑψίπυλον καθελεῖ πόλιν ἐν κράτεϊ ᾧ·
Καὶ πολὺ Αἰγύπτῳ κακὸν ἔσσεται, Ἀσσυρίοις τε,
Κόλχοις, Ἡνιόχοις, καὶ τοῖς παρὰ χεύμασι [Ῥήνου]
Γερμανοῖς [ναίουσιν] ὑπὲρ ψαμαθώδεας ἀκτάς.

— 37, sqq. Tiberius, cujus litera T, numerus 300. —

16. Ex V, 15.

17. Servandum παγήσεται : est enim « pinguescet, satiabitur », quamvis insolito verbi sensu, unde tamen processit vox παχύς. In fine ἀγλαόκαρπε ad Ægyptum, non ad Romam pertinet; nam de Ægypti servitute cfr. XI, 301, sqq., et omnino Ægyptii sunt hi libri.

18. Post λώβην vide an δ' inseras. Cfr. etiam XI, 313.

19. Codd. ἀριστεύουσι πολέμοις (sic)· corr. Friedl.

20. Codd. ἡ θράκη, sine ὅν. Cfr. V, 16, sqq.

23. An melius θεσμούς, ut V, 19, et fortasse VIII, 13?

24. Codd. ἐπὶ ποδί : corr. Friedl.

25. Codd. οὐδ' ὁπότ' ἄλλοις.

27. Codd. κάτευσ' : corr. Friedl.

30. Cfr. infra, 232.

Litera cui nomen signabit prima; tibique
Vincla dabit, tellus o fertilis, atque cruentam
Depascet prædam : tu pœnas noxia solves.
Namque erit ille potens bello, quem Thracia tellus
Et Sicula horrebit, tuque o peritura tuorum
Memphi ducum vitio, mulier quum Marte sinistro,
Impatiens servire, cadet. Dabit ille coactis
Jura ferox populis et legibus omnia subdet,
Laude sua regnique diu fruiturus honore :
Quippe nec alter erit, plures qui sceptra per annos
Gesserit, aut unam regnaverit amplius horam,
Romanus princeps. Olli Deus omnia præsens
Annuet, ac toti lætissima tempora mundo
Ostendet, magnis quæ surgent inclita signis.
Quum vero medii tractu manifesta diei
Stella polo fulgere videbitur æmula solis,
Tum Verbum æterni descendet Numinis, umbra
Corporis indutum, par et mortalibus ægris.
Nec minus augescet Romæ Latiique potestas,
Donec rex magnus proprios impleverit annos,
Deficiensque alii tradat regalia jura.
Post hunc accedet solio vir Marte tremendus,
Purpureumque humeris indutus vestis honorem,
Signabit cujus nota ter centesima nomen;
Qui gladios franget Medi, Parthique sagittas,
Atque ipsam portis sublimem diruet urbem.
Tum gravis Ægyptum clades manet, Assyriosque,
Colchos, Heniochos, et quæ gens accola Rheni
Germanæ ripæ squalentibus errat arenis.

32, sqq. De hoc loco ac de christianæ religionis hic impresso vestigio, quum cetera horum librorum aperte judaïca sint, vide not.

33. Codd. σαρκοφάγων.

36. Frequens in his ultimis libris hic versus.

37. Cfr. infra, 124, et simile viri elogium, Iliad. δ, 87.

38. Codd. αὔξει pro ἄρξει. Iidem πόρφυρέην δὲ λαβών, ubi nos λώπην e conj. ex III, 389, et XI, 215.

39. Codd. ὥστε et κεράην. Ductus versus ex V, 21, quo in libro codd. pro κεραίην male κερέην habebant, in hoc pessime κεράην.

41. Cfr. V, 22, et ibi not.

42. Codd. καὶ πόλει. Post πολύ an δ' addendum ?

43. Codd. in fine νείλου : nos corr. et tuto quidem propter v. sq.

44. Unus cod. γερμανούς, absque syntaxi; et omnes ἄγουσιν, ubi nos ναίουσιν, sicut ναίοντας infra, 151.

Αὐτὸς πορθήσει καὶ ὑψίπυλον μετόπισθεν
Ἐγγύθεν Ἠριδάνοιο πόλιν κακὰ μητιόωσαν.
Καὶ τότε δὴ πέσεται πληγεὶς αἴθωνι σιδήρῳ.
Ἄρξει δ' αὖ μετέπειτ' ἄλλος δολιόπλοκος ἀνὴρ,
Τῶν τρισσῶν ἀριθμῶν ὅστις λάχεν, οὔνομα δ' αὐτοῦ
Δηλώσει κεραίη. Χρυσὸν δὲ πολὺν συναθροίσει·
Κοὐκ ἔσται πλούτου πουλὺς κόρος· ἀλλά τ' ἀναιδῶς
Πλείονα συλήσας θήσει κατὰ γαῖαν ἅπαντα.
Εἰρήνη δ' ἔσται, πολέμων δ' ἀναπαύσεται Ἄρης.
Πολλὰ δὲ δηλήσει ἐπὶ μαντοσύνῃσι μεγίστων,
Πευθόμενος βιότου ζωῆς χάριν. Αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ
Ἔσται σῆμα μέγιστον· ἀπ' οὐρανοῦ αἱματόεσσαι
Ῥεύσουσι ψεκάδες, καὶ ἀπολλυμένου βασιλῆος.
Πολλὰ δὲ ποιήσει ἄνομα· περὶ δ' αὐχένα θήσει
Ἄλγεα Ῥωμαίοις, ἐν μαντοσύνῃσι πεποιθώς·
Συγκλήτου δ' ὀλέσει κεφαλάς. Λιμὸς δὲ καθέξει
Καμπανοὺς, Θρᾶκάς τε, Μακηδόνας, Ἰταλιήτας·
Μούνη δ' Αἴγυπτος θρέψει πολυπληθέα φῦλα.
Παρθενικὴν δὲ κόρην, μυστήριον ἐξαπατήσας,
Αὐτὸς ἄναξ ὀλέσει δολίως· τὴν δ' αὖ πολιῆται
Ἀχνύμενοι θάψουσι· χόλον δὲ ἀνάκτορι πάντες
Κατθέμενοι, δολίως τοῦτον διαλωβήσονται.
Ἀνθούσῃ κρατερῇ Ῥώμῃ κρατερός [περ] ὀλεῖται.
Δισδεκάτου δ' ἀριθμοῦ ἄρξει πολυκοίρανος ἄλλος.
Καὶ τότε Σαυρομάταις πόλεμοι καὶ κήδεα λυγρὰ
Ἥξει, καὶ Θραξὶ, καὶ ἀκοντισταῖσι Τριβαλλοῖς·
Καὶ πάντας Ῥωμαῖος Ἄρης διαδηλήσηται.
Σημεῖον δ' ἔσται φοβερὸν τούτου κρατέοντος
Ἰταλικῶν γαίης καὶ Παννονίων· περὶ δ' αὐτὰς
Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα μέσῃ ἐνὶ ἤματος ὥρῃ,
[Καὶ λάϊνος] ὑετὸς κάπ' οὐρανοῦ· αὐτὰρ ἔπειτα
Κοίρανος ἴφθιμός τε δικασπόλος Ἰταλιήων

— 48, sqq. Caligula seu Caius Cæsar, græce Γάϊος, cujus litera Γ, numerus 3. — 68, sqq. Claudius, græce Κλαύδιος, cujus litera Κ, numerus 20. —

48. Δολιόπλ. vox inusitata pro δολοπλόκος, unde suspectus accentus.

54. Codd. δηλώσει.

56. Cfr. II, 20; III, 803; XIV, 89.

57. Redundat καί, sed non est delendum, nisi legas παραπολλυμένου.

59. Codd. μαντοσύναισι : sed aliter supra, 54.

Idem prævalidis fundatam mœnibus urbem
Eridani ad ripas, meditantem tristia, perdet.
Inde cadet rigido transfixus pectora ferro.
Post alius, fallax animis, nova regna capesset,
Tertia signabit quem litera. Congeret ille
Magnum auri pondus; tamen insatiatus habendo,
Plura petet semper, terræque in viscera condet.
Pax erit interea, populique a Marte quiescent.
Rex multos genere insignes opibusque necabit,
Dum cavet ipse sibi nimiumque oracula captat
Credulus. Ast ingens signum, pluet arduus æther
Sanguineis, jamjam morituro principe, guttis.
Multa infanda manu faciet; mala multa Quiritum
Imponet genti, præbet dum vatibus aurem,
Collaque captivi confringet multa senatus.
Campanos Thracasque, Macedonas, Italiæque
Dura fames anget populos, quos ubere pascet
Ægyptus, nutrix terrarum sola superstes.
Impius iste sacram, calcans fas omne, puellam
Comprimet, interimetque dolo, quam funere tristi
Deducent cives. Sedenim conflata tumescet
Ultio, et insidiis circumdatus ipse peribit,
Florens florenti qui leges dixerat urbi.
Hinc alium regem nota vicenaria monstrat,
Sub quo Sauromatis immania bella, ferisque
Thracibus, et jaculo promptis mala multa Triballis
Impendent : Romanus enim Mars opprimet omnes.
Ast ingens illo signum regnante pavebunt
Pannonicæ Italicæque urbes, quibus æthere ab alto
Desuper incumbet medio tenebrosa die nox,
Et saxis crepitans immanibus imber : at ille
Clarus in Italia rector, lateque tremendus,

60. Codd. λιμός.

63. Codd. κάρην et μυστηρίων.

65. Codd. πανάκτορι.

67. Melius sane legeretur ἀνθούσης, ac deinde κρατερῆς, etc. In fine codd. κρατεροῖς ὀλιεῖται (sic), ubi nos περ addidimus metri causa.

70. Codd. ἀκοντιστὰς τριβάλλους.

72. Versus in Sibyllinis sæpe obvius.

74. Ex I, 375.

75. Codd. κελαινὸς ὑετός, ubi nos e conj. καὶ λάϊνος, et sic fere XIV, 235. Similis error infra quoque, 122. Nec de metro cum Sibyllista rixandum est.

Βήσεται εἰν Ἀΐδαο δόμοις ἰδίης ὑπὸ μοίρης.
Πεντήκοντ' ἀριθμῶν πάλιν ἄλλος ἐλεύσεται ἀνήρ,
Δεινὸς καὶ φοβερός· πολλοὺς δ' αὐτὸς ἀπολέσσει
Ἐκ πασῶν πόλεων ὄλβῳ γεγαῶτας ἀρίστους,
Δεινὸς ὄφις φύσεως, ὁ βραχὺς λόγος, ὅς ποτε χεῖρας
Ἡγεμόνας τανύσει, καὶ ὀλεῖ, καὶ πολλὰ τελέσσει,
Ἀθλεύων, ἐλάων, κτείνων, καὶ μυρία τολμῶν,
Καὶ τμήσει τὸ δίκυμον ὄρος, λύθρῳ δὲ παλάξει.
Ἀλλ' ἔσται καὶ δισσὸς ὀλοΐος Ἰταλίδῃσιν,
Ἰσάζων Θεῷ αὐτὸν, ἐλέγξει δῆμον ἑκόντα.
Εἰρήνη δ' ἔσται βαθέη τούτου κρατέοντος,
Καὶ τρόμοι ἀνθρώπων. Ὑπὸ Αὐσονίοισι δ' αἴξας
[Ἴξεθ'] ὕδωρ ἄτοπον ἀπὸ Ὠκεανοῖο ῥοάων.
Ἀμφὶ δὲ παπταίνων, θήσει [τ'] ἀθλεύματα λαοῖς
Πολλὰ μάλ', ἠδ' αὐτὸς ἐναγώνιος ἀθλεύσειε
Φωνῇ καὶ κιθάρῃ, νευρῇ μέλπων ἅμ' ἀοιδήν.
Ὕστερον αὖ φύγεται λείψας βασιλήϊον ἀρχὴν,
Ὀλλύμενος δὲ κακῶς, ἀποτίσεται ὅσσα ἔοργεν.
Τὸν μέτα τρεῖς ἄρξουσιν ἐπωνυμίῃσι λαχόντες
Ἑβδομάκοντ' ἀριθμὸν δύο κοίρανοι· εἷς δ' ἐπὶ τούτοις
Στοιχείου τριτάτου· καὶ ἐπ' ἄλλυδις ἄλλος ὀλεῖται
Ἄρηϊ κρατερῷ ὑπὸ στρατιῆς παλαμάων.
Εἶτά τις εὐσεβέων ἥξει ὀλέτης μέγας ἀνδρῶν
Κοίρανος, ὀμβριμόθυμος ἀνὴρ, [ἐγχέσπαλος Ἄρης],
Ἑπτάκι τῷ δεκάδας κεραῖαι δείξουσι πρόδηλον.
Φοινίκην ὀλέσει, καὶ Λυδίαν ἐξολοθρεύσει·
Ἥξει καὶ ῥομφαία ἐπὶ Σολυμηΐδα γαῖαν

— 78, sqq. Nero, cujus litera N, numerus 50. — 95, sqq. Tres post Neronem imperatores, Γάλβας, Ὄθων, Οὐϊτέλλιος, quorum numeri 3, 70, 70. — 99, sqq. Vespasianus, græce Οὐεσπασιανός, cujus litera O, numerus 70. —

78, sqq. Ex V, 28, sqq.

79. Codd. αὐτούς pro αὐτός, quod nec ipsum satisfacit.

81. Δεινὸς ὄφις est e libro V, 29, in hos ultimos libros sæpe translatus nunc malo, nunc etiam bono sensu. Deinde ὁ βραχὺς λόγος nos offendit, et placeret θυμοφθόρος, ut V, 40; XII, 155.

83. Ex V, 31, ubi vide not.

85. Melius, libro V, ἄϊστος ὁ λοίγιος.

86. Melius, libro V, ἐλέγξει δ' οὔ μιν ἐόντα.

87. Codd. βαθεῖα : sed cfr. XI, 237, et sic alias quoque.

88. Aurem certe magis juvaret ὑπὸ δ' Αὐσονίοισιν ἀΐξας. Utique ἀΐξας active sumendum, ut libro V, 25, et est Sibyllinum omnino verbum.

89. Codd. εἶξεν, ubi nos ἴξεθ', ex V, 27, ut reditus notetur imperatoris ab

Defunctus fatis, manes descendet ad imos.
Quinquaginta dehinc qui nomine signat, adibit
Imperium, vir sævus, atrox, urbesque per omnes
Clara opibus capita exscindet quamplurima, serpens
Callidus, improba mens, verbum breve, pollice verso
Interimens homines, agitans certamina, currus,
Cuncta ferens rapiensque, nihil qui linquet inausum.
Is montem findet bimarem, tingetque cruore;
Italicasque premet duplici sub pondere gentes,
Seque deum imponet populis, falletque volentes.
Pax tamen in terris illo regnante vigebit,
Subsidentque metu mortalia corda. Remotum
Victor ad Oceanum, instabili remeabit ab unda.
Cuncta oculis circumspiciet; certamina passim
Præmiaque instituet populis; certabit et ipse
Voce lyræque sono, modulamine clarus utroque.
Sed fugiet tandem, regni spoliatus honore,
Et miser exitio turpi scelera omnia solvet.
Tres illum excipient, quorum duo nomine partes
Septenas decies, tres tantum tertius implet.
Regnabunt, seseque in mutua funera trudent,
Ludibrio Martis violento et militis ira.
Hinc alius veniet, clarus nimis ille piorum
Excidio, præstans animis, belloque tremendus,
Nomine qui septem decadas manifestus habebit.
Perdet Phœnicen, et te quoque, Lydia, perdet.
Depascet gladio terræ Solymitidis agros

Oceani litore, syntaxi licet intricata, et in Neronem translato sensu qui libro V ad Claudium recte pertinebat. Ex eodem loco male lecto pro ἄμπωτιν accepit Noster ἄτοπον, « instabilem », nisi fallimur, id est, reciprocum æstum intelligens.

90. Cfr. VIII, 156, ubi jam occurrit παπταίνων de Nerone : rursus idem de Ænea, XI, 150, et rursus de Xerxe, ibid. 181, gratum ergo verbum Sibyllistis. Hoc in versu pro τ' codd. alterum δ' habent, non ita recte.

96. Codd. ἑβδομήκοντ'. Utraque lectio contra metrum aliquid peccat; nostra tamen levius.

97. Codd. una voce ἐπάλλυδις. Frequens vero apud poetas nostros tum ἄλλυδις, adv. cum ἄλλος vel ἄλλον, ut supra, XI, 249.

99. Pro εἶτά τις, codd. εἶτα τό; sed vide V, 36.

100. Codd. ἀγχίπαλος, ignota voce, et in fine ἀνήρ.

102. An Συρίαν legendum, metro licet invito? Videtur autem Phœnice hic pro Judæa poni, ut infra, 105 et 153.

103. Codd. ἐπ' ἱεροσολυμηΐδα γ.

Ἄχρις ἐπ' ἐσχατίης καμπῆς Τιβεριάδος ἄλμης.
Αἶ αἶ, Φοινίκη, ὅσα τλήσεαι ἡ βαρυπενθὴς
Σφιγκτοῖσι τροπαίοισι, καὶ πᾶν ἔθνος σε πατήσει.
[Αἶ αἶ], ἐπ' Ἀσσυρίοις [ἵξῃ], καὶ νήπια τέκνα
Ὄψει δουλεύοντα παρ' ἀνδράσι δυσμενέεσσι
Σύν τ' ἀλόχοις καὶ παντὶ βίῳ, πλοῦτος δ' ἀπολεῖται.
Ὀργὴ γάρ τε Θεοῦ ἐπελεύσεται ἡ βαρυπενθὴς,
Ὅττι μιν οὐκ ἐφύλαξαν ἑὸν νόμον, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσιν
Εἰδώλοις ἐλάτρευσαν ἀεικελίης τέχνῃσι.
Πολλοὶ δ' αὖ πόλεμοί τε μάχαι τ' ἀνδροκτασίαι τε,
Λιμοὶ καὶ λοιμοὶ, ἀκαταστασίαι τε πολήων.
Εἰς δὲ τὸ τέρμα βίου γεραρὸς βασιλεὺς μεγάθυμος
Αὐτὸς ἀριστεύων πέσεται στρατιῆς ὑπ' ἀνάγκης.
Ἄρξουσι μετέπειτ' [ἄλλοι] δύο φῶτες ἄνακτες,
Στέργοντες μνήμην πατέρος, μεγάλου βασιλῆος,
Πολλὰ δὲ κυδιάοντες ἐν ἀγχιπάλοισι μαχηταῖς.
Ἔσται δ' ἐκ τούτων ἐσθλὸς καὶ κοίρανος ἀνήρ·
Τοὔνομα δὲ σχήσει τριακοσίων· ἀτὰρ οὗτος
Καππέσεται δολίως [καὶ ἐνὶ] στρατιῇσι τανυσθεὶς,
Βληθεὶς δ' ἐν δαπέδῳ Ῥώμης ἀμφήκεϊ χαλκῷ.
Καί τις δ' αὖ μετὰ τοῦτον ἀνὴρ, κρατερὸς αἰχμητὴς,
Τετράδος ἐκ κεραίας ἄρξει μεγάλης βασιλείης,
Ὃν πάντες στέρξουσι βροτοὶ κατ' ἀπείρονα γαῖαν.
Καὶ τότε γ' ἄμπαυσις πολέμου κατὰ κόσμον ἅπαντα
Ἔσται· ἀτὰρ τούτῳ κεν ἀφ' ἑσπερίης μέχρις ἠοῦς
Πάντες δουλεύσουσιν ἑκούσιοι, οὐδ' ὑπ' ἀνάγκης·
Καὶ πόλεις αὐτόματοι ὑποχείριοι ἠδ' ὑπόδουλοι
Ἔσσονται· μάλα γάρ μιν ἐπ' αὐτῷ κῦδος ἐποίσει
Οὐράνιος Σαβαὼθ Θεὸς ἄφθιτος αἰθέρι ναίων.
Καὶ τότε Παννονίην καὶ Κελτίδα γαῖαν ἅπασαν
Μειώσει λιμὸς καὶ ἐπ' ἀλλήλοισιν ὀλέσσει.

— 117, sqq. Titus et Domitianus. — 120, sqq. Titus, cujus litera T, numerus 300. — 124, sqq. Domitianus, cujus litera Δ, numerus 4. —

104. Codd. ἐπεσχατίας una voce, et in fine Τιβερίδος ἄλλης (sic).

105. Codd. τλήσεται. Finis versus recurret infra, 110, lectus jam alias et libro XI, 137.

107. Codd. αἰν' ἐπ' ἀσσ. ἥξει. Translata hæc male ex libro III, 268, sqq.

109. Cfr. III, 270.

110. Cfr. supra, 107.

111. Codd. νέον νόμον : nos corr. Va-

Æquor ad extremum Tiberi sinuosaque longe
Litora. Væ quantum, Phœnice, flebis inulta,
Quum super aggestis calcabere nuda tropæis!
Exsul ad Assyrios fugies, natosque videbis
Uxoresque tuas hosti servire superbo.
Diripientur opes; vis et decus omne peribit.
Ardens quippe Dei magni superingruet ira,
Quod legem sprevere suam, simulacraque vana,
Artis opus miseræ, sacris coluere nefandis.
Bellum igitur, bellique vices, cædesque cruentæ,
Esuriesque luesque; ruent et funditus urbes.
Quum vero ad finem proprii rex inclitus ævi
Venerit, armatus vitam in certamine linquet.
  Hinc duo regnabunt mira pietate colentes
Amissi famam patris nomenque verendum,
Gaudentes multo stipari militis ense:
Quorum unus, virtutis erit qui clarus honore,
Nomine tercentum signabit: deinde malignis
Occidet insidiis, inter propria agmina cæsus,
Ancipiti ferro media percussus in urbe.
  Alter post ipsum validus belloque tremendus
Succedet, numero quem litera quarta notabit.
Carus erit populis immensum habitantibus orbem;
Et tunc bellorum requies erit alta per omnes
Terrarum tractus, ultro quum solis ab ortu
Solis ad occasum subdent mortalia sese
Colla jugo, pandent se urbes, legemque volentes
Accipient: magnum quippe huic decernet honorem
Æternus Sabaoth, cæli qui regnat ab arce.
Sed tum Pannoniæ per agros et Gallica rura
Sæviet atra fames, et prædas aggeret Orco.

cat paulo ante copula seu pronomen copulæ loco positum μιν, ut infra, 195, et III, 735, et sæpius οἱ apud Alexandrinos.

115. Codd. εἷς δέ: corr. Friedl.

117. Codd. ἄλλοι non habebant: nos add., fere ut supra, 48.

119. Præstaret κυδιόωντες.

121. An σχήσειε? barbarum quidem, sed Sibyllinum, ut XI, 91, etc.

122. Codd. κελαίνῃ, ubi nos καὶ ἐνί, ut supra, 75. Sed hic præstaret οὐκ ἐν.

127. Codd. γαμπεύσεις: corr. Friedl. favente III, 205.

130. Codd. post ὑποχ. addunt δ'.

134. Codd. κόσμος, et καὶ εἴπου.

Ἔσσεται Ἀσσυρίοις, ὥσπερ παρεκλύζετ' Ὀρόντης
Κτίσμασι καὶ κόσμοις, κεἴ πού τι μεῖζον ὁρᾶται·
Καὶ τούτους βασιλεὺς στέρξει μέγας, ἠδ' ἀγαπήσει
Ἔξοχα τῶν ἄλλων [πολλούς τινας]. Ἀλλὰ μὲν αὐτὸς
Δέξεται ὠτειλὴν μεγάλην ἐν στήθεϊ μέσσῳ
Εἰς τὸ τέλος βιότου, δολίως ληφθεὶς ὑφ' ἑταίρου
Εἴσω ἐνὶ ζαθέῳ μεγάλῳ βασιληΐδος οἴκῳ,
Καππέσεται τρωθείς. Μετὰ δ' αὐτὸν κοίρανος ἔσται
Πεντήκοντ' ἀριθμῶν γεραρὸς βροτός· ὃς περὶ πάντα
Πολλοὺς ἐξολέσει Ῥώμης ἀστούς τε πολίτας,
Ἀλλ' ὀλιγαρχήσει· διὰ γὰρ πρότερον βασιλῆα
Βήσεται εἰν Ἀΐδαο δόμοις τρωθεὶς μετόπισθεν.
Αὐτίκ' ἔπειτ' ἄλλος βασιλεὺς ἔσται αἰχμητὴς,
Ὅστε τριηκοσίων ἀριθμῶν λάχεν ἔντυπον ἀρχήν.
Ἄρξει, καὶ Θρακῶν γαίην πολυποίκιλον οὖσαν
Ἐκπέρσει, καὶ τοὺς ἐπὶ ἔσχατα βάρβαρα Ῥήνου
Γερμανοὺς ναίοντας, ὀϊστοβόλους τ' Ἴβηρας.
Αὐτίκ' Ἰουδαίοις κακὸν ἔσσεται ἄλλο μέγιστον,
Φοινίκη δ' ἐπὶ τοῖς πίεται φόνον ὀμβρήεντα,
Τείχη δ' Ἀσσυρίων πέσεται πολλοῖς πολεμισταῖς,
Καὶ πάλιν ἐξολέσει τούτους θυμοφθόρος ἀνήρ.
Ἔσσονται δ' ἤπειτα Θεοῦ κρατέοντος ἀπειλαὶ,
Σεισμοὶ καὶ λοιμοὶ μεγάλοι κατὰ γαῖαν ἅπασαν,
Καὶ νιφετοὶ παρὰ καιρὸν, ἀτὰρ μαλεροί τε κεραυνοί.
Καὶ τότε δὴ βασιλεὺς ὁ μέγας διὰ μῶλον Ἄρηος,
Κελτὸς ὀρειοβάτης, σπεύδων ἐπὶ δῆριν ἀγῶνος,
Μοῖραν ἀεικελίην οὐ φεύξεται, ἀλλὰ θανεῖται,
Ὃν κόνις ἀλλότριον κρύψει νέκυν, οὔνομα δ' εἴη
Ἄνθεος οὔνομ' ἔχουσα. Μετ' αὐτὸν δ' ἄλλος ἀνάξει
Ἀργυρόκρανος ἀνήρ· τοῦ δ' ἔσσεται οὔνομα πόντου·
Ἀρχὴν στοιχείου προφέρων τετρασύλλαβος Ἄρης.
Θύτους καὶ ναοὺς πόλεσι πάσαις ἀναθήσει,

— 142, sqq. Nerva, cujus litera N, numerus 50. — 147, sqq. Trajanus, cujus litera T, numerus 300. — 163, sqq. Hadrianus, græce 'Αδριανός, cujus litera A, numerus 1. —

136. Versus in fine laborat. An pro μεῖζον legendum μέγιστον?

138. Codd. πολλοί τινες: nos corr.

140. Codd. post βιότου addunt τ'.

143. Ductus versus ex V, 41.

148. Ex V, 42.

Tunc erit Assyriis, ceu plenus abundet Orontes
Ædibus et templis et quidquid nobile visu.
Atque hos eximio rex amplectetur amore,
Quosdam etiam supra reliquos. Sed ferreus ipsum
Transadiget mucro, finis quum venerit ævi;
Et miser insidiis perjuri captus amici,
Augusto in thalamo, mediæ penetralibus urbis,
Occidet. Inde alius sceptra imperiosa tenebit,
Nomine quinquaginta notans, venerabilis ævo,
Urbis Romanæ multos qui perdet alumnos,
Nec tamen ille diu : nam regis amore prioris,
Invisum ferient averso vulnere cives.
Hinc novus accedet solio dux inclitus armis,
Ter qui centenas implebit nomine partes.
Regnabit, lateque, patet qua Thracia tellus,
Innumeras perdet gentes : tum barbara Rheni
Turba, sagittiferi simul exstinguentur Iberi.
Sed mox Judæis incumbet maxima clades :
Sanguineum tellus Phœnicia combibet imbrem,
Assyriæque cadent multo cum milite turres;
Ipsi iterum oppressi sævo sub rege jacebunt.
Numinis inde minas commotus sentiet orbis;
Terra tremet, sævaque lue bacchabitur aer,
Intempestivis nivibus, crebroque tonitru.
Tum rex ille potens, medio in certamine belli,
Gallus montivagus, properans ad ludicra Martis,
Non sortem effugiet, sed acerba morte peribit;
Quem tellus aliena teget, parvoque sepulcrum
Nomen habens de flore dabit. Dein regna capesset
Rex alius, cui frons argentea, cui mare nomen,
Syllaba quem signat quadruplex et litera princeps.
Omnibus ille locis aras et templa per urbes

151. Codd. οἰστροβόλους δ' ἴβ.
152. Cfr. III, 486; IV, 101; VIII, 100.
153. Ex III, 392.
156. Pro Θεοῦ, dedit Friedl. τούτου, sicut alibi in his libris; sed hic, ut contra codices, ita contra metrum, nisi legas αὐτοῦ et prius α elidas.
160, sqq. Ex V, 43, sqq.
161. Codd. in fine φανεῖται : nos corr.; nisi malis καμεῖται, ex libro V, 44.
162. Codex unus ὃν κόνις omittit, pro quo alter εἰκόνες : nos corr.
164. Codd. ἀργεὺς κεῖνος : nos corr.
166. Pro θύτους, ignota voce, legen-

Κόσμον ἐποπτεύων ἰδίῳ ποδὶ, δῶρα κομίζων,
Χρυσόν τ' ἤλεκτρόν [τε] πολὺν πολλοῖσι παρέξει.
Οὗτος καὶ μαγικῶν μυστήρια πάντα καθέξει
Ἐξ ἀδύτων · καὶ μὴν πολὺ φέρτερον ἀνθρώποισι
Θήσει κοιρανέοντα . . . . κεραυνός.
Εἰρήνη δὲ [μάκαιρα] γενήσεται, ὁππόταν ἔσται
Οὗτος ἄναξ · ἔσται δὲ καὶ ἀγλαόφωνος ἀοιδὸς,
Καὶ νομίμων μέτοχός [τε], θεμιστοπόλος τε δίκαιος ·
Αὐτὸς δ' αὖ πέσεται, μοίρῃ ἰδίῃ καταλύσας.
Τὸν μέτα τρεῖς ἄρξουσιν· ὁ δὲ τρίτος ὀψὲ κρατήσει,
Τρεῖς δεκάδας κατέχων · αὐτὰρ μονάδος πάλι πρώτης
Ἄλλος ἄναξ ἄρξει· μετὰ δ' αὐτὸν κοίρανος ἄλλος
Ἐκ δεκάδων ἑπτά · τοῖς οὔνοματ' ἔσσεται ἐσθλά.
Αὐτοὶ δ' αὖτ' ὀλέσουσι πολυστίκτους ἀνθρώπους
Βρεταννοὺς, Μαύρους μεγάλους, Δάκας, Ἄραβάς τε.
Ἀλλ' ὁπόταν τούτων ὁ νεώτατος ἐξαπολεῖται,
Δὴ τότε Παρθίᾳ πάλιν ἐπελεύσεται Ἄρης
Δεινὸς, ὁ πρὶν τρώσας, καὶ εἰς τέλος ἐξαλαπάξει.
Καὶ τότε δ' αὐτὸς ἄναξ πέσεται δολίου ὑπὸ θηρὸς,
Γυμνάζων παλάμας · πρόφασις δ' αὕτη θανάτοιο.
Τὸν μέτα γ' ἄλλος ἀνὴρ ἄρξει, σοφὰ πολλά τε εἰδὼς,
Τοὔνομ' ἔχων . . . . πρώτου κρατεροῦ βασιλῆος
Ἐκ μονάδος πρώτης· ἔσται δ' ἀγαθός τε μέγας τε.
Πολλὰ δ' ἂν ἐκτελέσῃ κρατερὸς μεγάροισι Λατίνοις,
Μνήμης εἵνεκα πατρός· ἐσαυτίκα τείχεα Ῥώμης
Κοσμήσει χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἠδ' ἐλέφαντι,
Ἐν τ' ἀγοραῖς ναοῖς τε, μολὼν σὺν φωτὶ κραταιῷ.

— 176, sqq. Tres Antonini, quorum tertius sero regnaturus Lucius Verus junior, cujus litera Λ, numerus 30 [falso tamen hic prædictus, sicut lib. V, 59].— 177. Horum primus regnabit Antoninus Pius, cujus litera A, numerus 1. — 178, sqq. Post

dum videtur θύτας, « sacrificulos, » etsi quantitas obstat, nec bene respondet sequens vox ἀναθήσει.

167, sq. Alluditur absque dubio ad continuas Hadriani peregrinationes effusasque in augendum urbium decus impensas.

168. Ex VIII, 53, sqq.

171. In lacuna, quam uterque codex habet, legi posset κεραύνιος αἰθέρι ναίων, seu simile quid.

172. Ex III, 368, ubi tamen Εὐρώπη legitur, non εἰρήνη. Deinde codd. μακρά, pro μάκαιρα: sed nihil mirum, quum tale mendum occurrerit jam, XI, 259.

173. Codd. οὗτος δ' ἄναξ.

174. Codd. τε non habent.

175. Codd. μοίρῃ δίῃ : nos corr. Cfr. enim supra, XI, 35, 77, et passim alia multa sunt similia.

Eriget, ipse suo lustrans pede sedulus orbem,
Dona ferens multis electri pondus et auri.
Ille etiam magicis mysteria cuncta recludet
Ex adytis : quo non alium melioribus unquam
Auspiciis regnare sinet rex ætheris alti.
Pax aderit diuturna, manu dum sceptra vigenti
Tractabit, dux idem hominum, vatesque canorus,
Consultus juris sapiens, legum arbiter æquus;
Sed fato tandem proprio descendet ad umbras.
Tres regnum excipient : superabit tertius omnes,
Tres implens decadas; sed primum litera princeps,
Litera mox alium decies septena notabit.
Omnes nominibus læti felicibus ibunt,
Italico pictos domituri Marte Britannos,
Maurosque ingentes, Dacosque, Arabumque catervas.
Quum vero ex illis unus, qui junior ævo,
Occumbet, Parthis iterum Mars ingruet atrox,
Afflictosque prius, supremo conteret ictu.
Et rex ille quidem scissus cadet ungue ferino,
Exercens vires : ea mortis causa feretur.
Hinc alius veniet sapiens, fretusque potenti
Ingenio. Regis nomen geret ille prioris,
Incipiens apice a primo; magnusque bonusque
Dicetur. Latiis in sedibus ardua condet
Exstincti monumenta patris. Tum mœnia Romæ
Argento atque auro, signisque ornabit eburnis,
Templa per et plateas, cum forti compare regnans.

hunc L. Verus, jam supra dictus, sed hic cognomine Verus appellatus (Οὐῆρος), atque ita literam habens O, numerum 70. — 187, sqq. M. Aurelius, cujus, sicut parentis adoptivi, litera A, numerus 1. —

176. Totus est desumptus ex V, 51.

179. De etymo, tanquam bene ominato, cfr. VIII, 66, et ibi not.

182. De L. Vero, cur sic ante M. Aurelium positus inveniatur non suo fortasse loco, vide not.

183. Versus laborat. An Παρθυαίοισι legas, media licet male correpta?

186. Codd. αὐτῇ, sine sensu, ubi nos αὕτη.

188. Codd. lacunam nullam in medio monstrant versu, nec lacunæ locus satis certus. Quid enim si post ἔχων inseratur χαὐτός? Cfr. infra, 270.

190. Codd. πολλὰ κἄν. Deinde legendum videtur κρατερῶς ob Hadriani mausoleum ad nos usque permanens arci simillimum.

192. Similis sæpe versus in Sibyllinis, III, 587, etc.

Καί ποτε Ῥωμαίοισιν ἀνασταχυώσεται ἕλκος
Δεινότατον πολέμοις· χώρην δέ μιν ἐξαλαπάξει
Πᾶσαν Γερμανῶν, ὁπόταν μέγα σῆμα Θεοῖο
Οὐρανόθεν προφανῇ, καί τ' ἄνδρας χαλκοκορυστὰς
Τρυχομένους σώσειε δι' εὐσεβίην βασιλῆος.
Αὐτῷ γὰρ Θεὸς οὐράνιος μάλα πάνθ' ὑπακούσει·
Εὐξα[μένῳ] βρέξει [παρακαίριον] ὄμβριον ὕδωρ.
Ἀλλ' ὁπόταν δὴ ταῦτα τελειωθῇ ἅπερ εἶπον,
Καὶ τότε δὴ βασιλεία κλυτὴ μεγάλοιο ἄνακτος
Εὐσεβέος λείψει περιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς.
Εἰς δὲ τὸ τέρμα βίοιο νέον γόνον ἀμφαναδείξας
Εἰς βασίλειον [ἰόντα, θανεῖτ'] ἰδίης ὑπὸ μοίρης,
Ξανθῷ κοιρανέοντι λιπὼν βασιλήϊον ἀρχήν,
Ὃς δεκάδων [ἕξει] δύο τοὔνομα πατρὸς ἑοῖο,
Ἐκ γενετῆς βασιλεὺς γεγαώς, διαδέξεται [ἀρχήν].
Οὗτος ἀνὴρ ἕξει περισσοτέρῳ τε λογισμῷ
Πάντα· ἀτὰρ μεγάθυμον ὑπέρβιον Ἡρακλῆα
Ζηλώσει, καὶ ὅπλοισιν ἀριστεύσει κρατεροῖσιν,
Ἔν τε κυνηγεσίαισι καὶ ἱππείαισι μέγιστον
Κῦδος ἔχων· σφαλερῶς δὲ βιώσεται οἰόθεν οἶος.
Σῆμα δέ οἱ ἔσται φοβερὸν τούτου κρατέοντος·
Ἐν δαπέδῳ Ῥώμης ἔσται μεγάλη [τις] ὁμίχλη,
Ὡς ἕτερον μὴ ὁρᾶν μερόπων τὸν πλησίον αὐτοῦ.
Καὶ τότε δὴ πόλεμοί τε ὁμοῦ καὶ κήδεα λυγρά,
Ὁππόταν αὐτὸς ἄναξ ἐρωτομανὴς ὁ μεμηνὼς
Ἥξει ἐπαισχύνων τὸ νέον γένος ἐν λεχέεσσιν,
Αἰσχρὸς ἀβουλεύτοισιν ἐπ' οὐχ ὁσίοις ὑμεναίοις·
Δὴ τότε χηροσύνῃ κρυφθεὶς μέγας [οὔλιμος] ἀνήρ,
Μῆνιν ὑποσχόμενος [κατα]χώσεται ἐν βαλανείῳ,
Ἀνὴρ ἀνδροφόνος, δολίαις μοίραισι πεδηθείς.
Ἴσθι τότε Ῥώμης ὀλοὸν [χρόνον] ἐγγὺς ἐόντα,

— 196-200. Obiter de legionis Fulminatricis miraculo, non tamen ut Christianorum, sed ut ipsius Aurelii precibus impetrato : vide not. — 209, sqq. Com-

194. Ex III, 382. Cfr. XI, 200.
197. Codd. καὶ τότ' ἄνδρας.
200. Codd. εὐξάμενος βρ. παρὰ καιρόν.
201. Ex VIII, 299.
202. Codd. κλυτὴ βασιλεία, verbis inversis.
204. Codd. βίου τὸν νέον γόνον.
205. Codd. ναίοντα θανάτῳ.
207. Codd. ὡς δεκάδων ἐκ δύο.

Romuleæ sed enim genti succrescet atrocis
Pernicies belli, quo late vasta jacebit
Hostilis tellus Germania. Maxima sed tum
Prodigia exsistent cælo : quippe agmina tota
Conflictata siti, regis pietate periclum
Effugient : olli facilem Deus annuet aurem,
Orantique dabit subitos de nubibus imbres,
Ast ubi, quæ cecini, compleverit omnia tempus,
Illa pii magnique ducis veneranda potestas
Deficiet, plenis in se vertentibus annis.
Fine sub extremo vitæ, sua pignora terris
Ostendet genitor; placida tum morte solutus
Occumbet, flavo juveni sua regna relinquens,
Implens qui patrio bis denas nomine partes,
Natali imperio succedet regius heres.
Artibus ille suis reget ingenioque sagaci
Cuncta : sed invicti res Herculis, æmulus impar,
Vincere dum certat, magnisque exsultat in armis,
Venatu clarus domitorque insignis equorum,
Solus aget secum plenam discrimine vitam.
At Romæ cives illo regnante videbunt
Signum ingens : nebulis urbs caligabit opacis,
Astantem nemo ut comitem dignoscere possit.
Et tunc horrificum bellum immanesque dolores,
Quum rex, insani vertigine raptus amoris,
Virgineum teneræ prolis violare cubile
Ausus erit fœdis detestandisque hymenæis.
Solus abhinc vacua mærens rex magnus in aula,
Vindictam meditans, cadet inter balnea cæsus;
Rex homicida cadet, fato delusus iniquo.
Tum scito Romæ magnos instare tumultus

modus, cujus græce litera K, numerus 20. — 224, sqq. Romæ civiles motus post exstinctam Antoninorum stirpem, nempe [supputante Nostro] post imperatores

209. An σχήσειε, ut supra, 121, et alibi.

212. Mai. κυνηγίαισι : Mon. cod. ut nos.

213. Codd. οἵοθεν οἷος (sic).

217. Codd. πόλεμόν τε : corr. Friedl.

221. Codd. οὔλαμος (sic) : nos corr. ex Hesychio bis habente οὔλιμος ὀλέθριος et οὐλίμων ὀλεθρίων.

222. Codd. κακὰ χώσεται.

224. Codd. θρόνον, ubi nos χρόνον.

Ζήλου κοιρανίης ἕνεκεν· πολλοὶ δ' ἀπολοῦνται
Παλλαδίοισι δόμοισιν ὑπ' Ἄρηος παλαμάων.
Καὶ τότε χηρεύσει Ῥώμη, καὶ πάντ' ἀποτίσει,
Ὅσσα πάρος μούνη πολέμοις πολλοῖσιν ἔδρασεν.
Κλαίει μοι κραδίη, κλαίει δέ μοι ἔνδοθεν ἦτορ.
Ἐξότε γὰρ πρῶτος βασιλεὺς, ὑψαύχενε Ῥώμη,
Ὃς νόμον ἐσθλὸν ἔθηκεν ἐπιχθονίοις ἀνθρώποις,
Καὶ Λόγος ἀθανάτου μεγάλου Θεοῦ ἤλυθεν εἰς γῆν,
Ἐννεακαιδεκάτης βασιληΐδος ἄχρι τελευτῆς,
Δὶς ἑκατὸν δὶς εἴκοσι δὶς δύο πληρώσειε
Πρὸς τοῖς ἓξ μησὶν ἕτερον χρόνον. Εἶτα γενέθλην
Χήρην εἰκοστὸς βασιλεὺς, ὅτε σοῖσι μελάθροις
Φασγάνῳ αἷμα χέῃ βεβολημένος ὀξέϊ χαλκῷ,
Ὀγδώκοντ' ἀριθμῶν ἕτερον στοιχεῖον ὃ δηλοῖ
Οὔνομα, καὶ βαρὺ γῆρας ἔχων· χήρην δὲ ποιήσει
Εἰν ὀλίγῳ καιρῷ, ὁπόταν πολλοὶ πολεμισταὶ,
Πολλοὶ πρηνισμοί τε φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε,
Οὐλόμεναί τ' ἔριδες καὶ οἰζύες, εἵνεκα νίκης
Κοιρανίης· πολλοί τ' ἐπιμὶξ ἵπποι τε καὶ ἄνδρες
Ἐν δαπέδῳ πολέμοισι [δαϊζόμενοι] πεσέονται.
Καὶ τότε δ' ἄλλος ἀνὴρ ἥξει δεκάτου ἀριθμοῖο
Οὐνόματος σημεῖον ἔχων, καὶ πολλὰ ποιήσει
Ἄλγεα καὶ στοναχὰς, πολλοὺς δέ τοι ἐξαλαπάξει·
Ὠκύμορος δ' αὐτὸς πάλιν ἔσσεται, ἠδὲ πεσεῖται
Ἄρηϊ κρατερῷ, βληθεὶς αἴθωνι σιδήρῳ.
Ἄλλος πεντήκοντ' ἀριθμῶν ἥξει πολεμιστὴς,
Κοιρανίης ἕνεκεν ἀπὸ ἀντολίης ἐπεγερθείς.
Μέχρι δὲ καὶ Θρήκης ἥξει πολεμήϊος Ἄρης·
Καὶ φύγεται μετέπειτα, καὶ εἰς Βιθυνῶν πέδον ἥξει
Καὶ Κιλίκων δάπεδον· ταχὺ δ' αὐτὸν χάλκεος Ἄρης

novemdecim numeratos ab Augusto [sub quo Christi adventus in terras uno versu memoratur] usque ad Commodum et cum ipso, id est, usque ad Commodi necem, cujus tempus hic definitur anno [æræ Actiacæ] 244 [falso computo pro 222, de

227. Ductum est χηρεύσει ex VIII, 337, longe licet diverso sensu. Finis versus in Sibyll. vulgatissimus.

229. Cfr. VIII, 37.

232. Cfr. supra, 30, sqq.

234. An legendum, ut annorum ratio constet, δὶς ἑκατὸν καὶ δὶς δέκα καὶ δύο πληρώσειε? Sed vide not.

236. Ad χήρην suppl. ποιήσει, ut infra, 239.

237. Codd. χέει.

238. Codd. ὀγδοήκοντα.

Ambitione mala regni; multique peribunt
Palladiis domibus, sævi Mavortis ob iram.
Exin Roma gemet viduata, atque omnia solvet,
Quæ prius injustis patraverat improba bellis.
Flet mihi cor miserum, flent magno pectora luctu.
Postquam etenim primo sub principe flexeris altum,
Roma, caput, justis qui vinxit legibus orbem,
Quo regnante Dei descendit ab æthere Verbum,
Noni post decimum regni fatale videbis
Exitium, quum vix bis centum bis duo bisque
Vicenos cum sex impleris mensibus annos.
Ultimus at ferro fuerit quum cæsus acuto,
Post hunc regali vacuam te prole subibit,
Octoginta notans, vicesimus ordine princeps;
Annorum qui mole gravis, mox proditus ipse
Linquet te viduam, tum quum fera militis ira,
Discordes animorum æstus, tristesque ruinæ,
Crudelesque neces, et cuncta immania fient
Regnandi furiis, latoque cadavera campo
Quadrupedum atque virum bello cumulata jacebunt.
Inde alius decimi quem monstrat litera signi,
Accedet regnis, infandaque multa patrabit,
Diripiet cives, gemitus lacrimasque ciebit;
Nec tamen ille diu : nam fatis victus iniquis,
Sævo Marte cadet, ferro transfixus acuto.
Alter, quinquaginta feret qui nomine, sævus
Bellator veniet longinquo solis ab ortu,
Regnandi cupidus, victorque ad litora Thraces
Accedet : dein ipse fugam Bithyna per arva
Et Cilicum rapiet terras; mox ferreus illum

quo vide not.]. — 235, sqq. Pertinax, cujus litera Π, numerus 80. — 245, sqq. Didius Julianus, cujus litera I, numerus 10. — 250, sqq. Niger, imperator in Asia salutatus, cujus litera N, numerus 50. —

241. Cfr. XI, 260.

244. Ἐν δαπέδῳ, cfr. supra, 215. Deinde codd. πολέμοισιν ἀεξόμενοι, sine sensu : nos corr.

249. Versus in his quatuor libris creberrimus, ut infra, 275, etc.

253. In Βιθυνῶν nihil mutandum, etsi primores duas syllabas male corripit Noster, quod libro XI, 176, non peccaverat.

Ἀσσυρίοις πεδίοις θυμοφθόρος ἐξαλαπάξει.
Καὶ τότε κρατήσει δολίως, ἐπιτήδεια εἰδὼς,
Ἀνὴρ ποικιλόμητις ἀφ' ἑσπερίης ἐπεγερθείς·
Οὔνομα δὲ σχήσει διακοσίων ἀριθμοῖο,
Σημεῖον πολὺ μᾶλλον ὑπὲρ βασιληΐδος ἀρχῆς.
Συστήσει πόλεμον κατὰ Ἀσσυρίων ἀνθρώπων
Συλλέξας πᾶσαν στρατιὴν, καὶ πάνθ' ὑποτάξει·
Ῥωμαίοις δ' ἄρξειε μέγα κράτος· ἐν φρεσὶ δ' αὐτοῦ
Πολλὴ μηχανίη, ὀλοόφρονος Ἄρεος ὀργή·
Δεινὸς ὄφις, πόλεμόν τε βαρὺς, ὃς πάντας ὀλέσσει
Ὑψηλοὺς γεγαῶτας ἐπιχθονίους ἀνθρώπους,
Ἐσθλοὺς [δὲ κτείνας] πλούτου χάριν, οἷά τε ἀστὴρ,
Συλήσας χθόνα πᾶσαν ἀπολλυμένων ἀνθρώπων,
Θήσει ἐπ' ἀντολίην· καὶ πᾶς δόλος ἔσσεται αὐτοῖς.
. . . .
Ἔνθ' ὅτε νηπίαχος Καῖσαρ σὺν τῷ βασιλεύσῃ,
Τοὔνομ' ἔχων βριαροῖο Μακηδονίοιο ἄνακτος,
Στοιχείου ἀρχομένου· περὶ δ' αὐτοῦ μῶλον ἀπάξας,
Ἐκφύγεται δόλον αἰπὺν ἐπερχομένου βασιλῆος
Ἐν κόλποις στρατιῆς· ὁ δὲ βαρβαρικοῖσιν ἐθισμοῖς,
Ἄρχων ἐξαπίνης ὁ νεωκόρος ἐξαπολεῖται
Ἄρηϊ κρατερῷ, τμηθεὶς αἴθωνι σιδήρῳ·
Τὸν καὶ τεθνηῶτα λαὸς διαδηλήσηται.
Καὶ τότε δὴ βασιλεῖς Περσῶν ἐπαναστήσονται·
Κ . . . . . . Ῥωμαῖος Ἄρης Ῥωμαῖον ἄνακτα.
Καὶ Φρυγίη σεισμοῖσι [πολυμήλη] στοναχήσει.
Αἲ αἲ, Λαοδίκεια· αἲ αἲ, Ἱεράπολι τλήμων·

— 256, sqq. Septimius Severus, cujus litera Σ, numerus 200. — 268. [Post hunc versum omittuntur Caracalla et Geta, ubi nos lacunam indicavimus, minus tamen pro lacuna habendam, si ab auctore ipso sponte relicta est. Omittitur etiam

256. Codd. κρατῆσαι, ubi nos κρατήσει, utrumque contra metrum.

258. An σχήσειε, ut sæpe apud nostros poetas?

259. Nempe ob nomen Σεβαστός, « Augustus, » quod ab eadem litera incipit.

263. Codd. μηχανή.

264. Codd. πόλεμός τε βαρύς, ubi nos πόλεμόν ex V, 29, quem tamen versum in exemplari suo corruptissimum videtur habuisse Noster.

266. Cfr. IV, 119.

268. Versus finis ortus est ex III, 191. Cfr. etiam XI, 258. Post hunc versum lacuna nulla in codd. aut edd., omissis licet tribus imperatoribus.

288. In fine præstaret αὐτῷ.

269. Codd. ἦν δ' ὅτε.

270. Codd. μακεδ.

271. Codd. μῶλος. Sensus patet; sed vitiosa græcitas περὶ αὐτοῦ pro περὶ ἑαυτὸν, et ἀπάξας pro (ἀπαγαγών) male scripsit.

Assyriis campis sævo Mars vulnere perdet.
  Et tunc jura dabit regnandi callidus arte,
Solis ab occasu veniens, vir mente capaci,
Nomine quem claro nota bis centesima signat,
Augurium magnum imperii ! Feret impiger ille
Assyrios contra, collecto robore, bellum,
Omniaque arbitriis coget parere supremis,
Ante alios Romæ populum, quem fortibus ipse
Consiliis reget et Martis terrore domabit.
Callidus hic serpens, bello indefessus et armis,
Alta virum capita exscindet, multosque bonorum
Solas propter opes feriet, ceu sidus iniquum ;
Raptaque ab occasu, terræ vastator, eoas
Transferet ad gentes, nec parcet fraudibus ullis.
. . . .
  Quum vero juvenis Cæsar comes additus illi
Regnabit, gaudens Pellæi nomine regis,
Atque apice insignis primo, qui militis armis
Succinctus, ducis insidias fraudemque malignam
Castrorum hospitio fugiet; tunc impius alter,
Barbaricos mores alienaque sacra secutus,
Sævo Marte cadet, ferro percussus acuto,
Membraque per vicos plebi laceranda relinquet.
  Et tunc incipient Persarum insurgere regna,
Romanumque ducem Romanus transiget ensis.
Tum Phrygia insolitos motus pecorosa pavebit.
Væ tibi, Laodicea, tibique, Hierapoli : nam vos

Helagabalus, sed paulo infra recursurus.] — 269, sqq. Alexander Severus, cujus litera A, numerus 1. — 273, sqq. Helagabalus [male post Alexandrum positus]. — 277, sqq. Novorum Persarum, id est, Sassanidarum initia. —

275. Ita supra, 249, et passim.

276. Codd. in fine διαδηλήσεται : cfr. XIII, 29, et XIV, 169. Sibyllina vox quæ melius ex indicibus cognoscetur.

277. De sensu, id est, de infelici Alexandri in Persas expeditione, cfr. omnino VII, 45, sqq., et ibi not.

278. Suppleri potest seu quod olim suspicati sumus καὶ τρώσει, ut libris IV, 106, et XII, 184, seu καὶ θραύσει, ut XIV, 14, seu καὶ κόψει, seu simile quid, et utique referendum hoc ad Alexandrum Severum primum a Persis victum, deinde a suis proditum occisumque : cujus tamen duplicis cladis mentio mox recurret expressior, 282, sqq., post terrestres in Phrygia motus.

279. Codd. πολυμήλης : nos corr. Est enim femininum πολυμήλη apud Suidam loco suo; υ vero licenter vel poetice producitur geminata consonante, ut in εὔμ-μελίης, κ. τ. λ.

Ὑμᾶς γὰρ πρώτας ποτ' ἐδέξατο γαῖα χανοῦσα.
Ῥώμης . . . . . . πελώρια Αὐσ. . . . .
Πάνθ' ὅσα . . . .
Οἰμώξει . . . . . ἀπολλυμένων ἀνθρώπων
Ἄρεος ἐν παλάμησι· κακὴ δέ σοι ἔσσεται αἶσα
Ἀνδρῶν· αὐτὰρ [ἔπειτα] καὶ ἀντολίης δι' ὁδοῖο
Σπεύδων Ἰταλίην κατιδεῖν, αἴθωνι σιδήρῳ
Γυμνωθεὶς πέσεται, διὰ μητέρα μῖσος ἀγείρας.
Ὧραι γὰρ πάντα . . . . τάρτη δ' ἄλλο καθέξει,
Αἰθομένου . . . . . Τὸ δ' οὐχ ἅμα πάντες ἴσασιν.
Οὐ γὰρ πάντων πάντα· μόνοι δ' ἐπὶ τέρψιν ἔσονται,
Οἳ Θεὸν ἀσκήσουσι καὶ εἰδώλων ἐλάθοντο.
Νῦν δὲ, ἄναξ κόσμου, βασιλεὺς πάσης βασιλείας,
Ἄψευστ', ἀθάνατε (σὺ γὰρ εἰς ἐμὸν ἦτορ ἔθηκας
Αὐδὴν ἀμβροσίην), παῦσον λόγου· οὐδὲ γὰρ οἶδα
Οἷα λέγω· σὺ γὰρ αἰὲν ἐμοὶ ὁ τὰ πάντ' ἀγορεύων.
Βαιὸν δ' ἄμπαυσόν με, καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδὴν
Κάτθες ἐμῆς κραδίης· κέκμηκε γὰρ ἔνδοθεν ἦτορ
Θεσπεσίων ἐπέων, προλέγον βασιληΐδ[ας] ἀρχ[άς].

— 286, sqq. Mors Alexandri Severi [historiæ tamen nonnihil repugnans]. — 289, sqq. Epilogus.

282. Lacunis hiat textus, quas multis modis suppleri fas est, ut hoc vel simili : Ῥώμη δὲ πτολίεσσι πελώριος Αὐσονίῃσι Πάνθ' ὅσα πρόσθεν ἔρεξεν [ἀναιδέα θυμὸν ἔχουσα] Οἰμώξει [πολύδακρυς] ἀπολλ. ἀνθρ.

285. In hoc versu pro σοί legendum videtur οἱ et ad Romam referendum, nisi Roma ipsa compelletur, ut in latina versione factum est : sensus utique certus, et respicitur ad Alexandri cladem.

286. Codd. post ἀνδρῶν non distinguunt, ac deinde, ubi nos ἔπειτα ex usu Sibyllino addidimus, lacunam habent.

288. Codd. πέσε . ., et in fine ἀγε . . ας.

289, sq. Locus difficilis, ubi tamen non absurde olim conjecimus : Ὧραι γὰρ παντοῖαι· ἑκάστη δ' ἄλλο παρέξει, ac versu sequenti, Αἰθομένοιο χρόνοιο, ut sumatur αἴθομαι fervendi seu properandi sensu, insolenter tamen. Usitatius ἐπειγομένοιο χρόνοιο, III, 50.

291. Codd. uno verbo ἐπίτερψιν : divisit prior Friedl., deinde nos.

Hauserit ante alias patulæ telluris hiatus.
Roma sed Italicas urbs portentosa per urbes,
Quidquid inulta diu . . . .
Lugebit . . . ., magna pereunte virum vi
Mavortis manibus : cives ea fata manebunt,
Roma, tuos. Sed quum solis remeabit ab ortu
Litus ad Italicum properans, cadet ense doloso,
Maternam ob noxam invisus, nudusque jacebit.
Horæ namque [vagæ] : feret et sua quæque vicissim,
[Tempore deproperante]. Sed hæc non cognita cunctis;
Omnia nec possunt omnes. His debita solis
Gaudia, queis Deus est cordi, simulacraque sordent.
Nunc, o sancte sator, rex omnis maxime regni,
Fine carens, errore vacans, o qui mihi cantus
Ambrosios fundis, nunc desine : tu mihi nempe,
Quid loquar, ignaræ, solus tu verba ministras.
Da mihi, da paulum requiescere, blandaque cessent
Carmina corde vago : nam me vis cæca fatigat,
Divinis numeris regnorum fata canentem.

292. De Judæorum laudibus confer lib. III et V, ubi multo latius exponuntur; hic modestius uno versu.

293, sqq. Sequentia usque ad libri finem conferantur cum libri II fine (347, sq.) et libri III initio, quæ aperte vel ex his desumpta sunt vel his prævia.

295. Codd. ἀοιδήν pro αὐδήν. Cfr. infra, 297, et II, 347. In fine autem, οὐδὲ γὰρ οἶδα οἷα λέγω, lectum est jam libro II, 4, sq., a Justino adductum ex Platonis Menone, et in Anonymi Præfatione repetitum, sicut nos suis locis observavimus.

296. Codd. σὺ γὰρ εἶεν.

297. Ἱμερόεσσαν ἀοιδήν iterum legemus in libri XIII fine, estque petitum ex Hesiodo, Theog. 104, qui ipse videtur ab Homero sumpsisse.

298. Codd. κατάθες. Reliqua autem hujus versus expressa jam sunt libro III, 3, ubi vulgo ἔνδοθι, minus recte.

299. Codd. προλέγων, falsa syntaxi, sed facile medicabili. Utique manebit anacoluthum, sive syntaxeos mendum, haud raro, fatemur enim, apud Sibyllistas vitio, nisi θεσπεσίων ἐπέων cum præcedenti κέκμηκε construatur, et in fine nostra nobis lectio concedatur pro vulgata βασιληΐδος ἀρχῆς.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

Ἀείδειν με λόγον κέλεται μέγαν . . . . .
Ἅγιος ἀθάνατος Θεὸς ἄφθιτος, ὃς βασιλεῦσι
Δῶκε κράτος καὶ ἀφείλατο, δὴ χρόνον ὥρισεν αὐτοῖς
Ἀμφοτέρων, ζωῆς τε καὶ οὐλομένου θανάτοιο.
Καὶ τὰ μὲν οὐράνιός με Θεὸς ἀέκουσαν ἐπάγει
Ἀγγέλλειν βασιλεῦσιν ὑπὲρ βασιληΐδος ἀρχῆς,
. . . .
Καὶ δορύθουρος Ἄρης· ὑπὸ δ' αὐτοῦ πάντες ὀλοῦνται,
Νηπίαχος γεραός τε θεμιστεύων ἀγοραῖσιν.
Πολλοὶ γὰρ πόλεμοί τε μάχαι τ' ἀνδροκτασίαι τε,
Λιμοὶ καὶ λοιμοὶ, σεισμοὶ μαλεροί τε κεραυνοὶ,
Ἀσσυρίων τε πόροι πολλοὶ κατὰ κόσμον ἅπαντα,
Ἠδὲ λεηλασίη τε καὶ ἱεροσυλία ναῶν.
Καὶ τότε δὴ Περσῶν ἐπανάστασις ἀλφηστήρων,

ARG. Liber hic cum duobus prioribus continuatur : persequitur autem Romanas historias ab Alexandro Severo ad Odenatum. — 7, sqq. Gordiani duo, avus et pater Gordiani minimi imperatoris. —

TIT. in mstis constans, Λόγος ιγ'.

1. In hujus versus fine lacuna est codicum omnium, ubi supplendum ἀνθρώποισιν ex libro III, 7. Initio ante verbum ἀείδειν habent omnes Θεόν, e glossa natum olim ad vocem λόγον apposita. Ἀείδειν autem, prima producta, etiam Homericis firmatur exemplis.

5. Codd. οὐράνιός τε θ. ἑκοῦσαν ἐπ. In fine α medium in ἐπάγει licenter

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER TERTIUSDECIMUS.

Magna, jubet Deus ipse, canam . . . . .
Ipse Deus sanctus, Deus immortalis, honorem
Dans adimensque brevem regnantibus, et sua cuique
Tempora dispensans vitæ mortisque futuræ.
Hic me nolentem cogit frustraque negantem
Regibus attonitis regnorum edicere fata;
. . . .
Et Mars cædis amans, per quem discrimine nullo
Ambo cadent, puer, ac senior qui sceptra tenebat.
Bella etenim, cædes et atrocia prælia surgent,
Esuries pestisque, poli terræque tremores,
Assyriæ gentis toto vagus impetus orbe,
Prædandi furor, et templis immissa ruina.
Et tunc in bellum Persæ, gens barbara, surgent,

producitur, ut in ἐσάγει, VIII, 325.

7. Codd. divise, καὶ δόρυ θοῦρος. Edd. et codd. ante hoc hemistichium lacunam nullam indicabant, quæ tamen videtur satis ampla complures hausisse versus. Regna enim desunt, brevia quidem illa nec desideranda, Maximinorum duorum, præterea Maximi et Balbini, fitque statim transitus ad Gordianos.

8. Νηπίαχος satis improprie de Gordiano natu minimo, qui adolescens fuit, non infans; sed νηπίαχοι alicubi dicentur, XIV, 40, etiam pueri jam grandes.

11. Codd. in fine ἅπαντες.

12. Cfr. II, 14.

13. Persas ἀλφηστῆρας sive ἀλφηστάς vocat, tanquam barbaros, falso etymo, non ut lib. III, 113, « industrios ».

Ἰνδῶν, Ἀρμενίων, Ἀράϐων θ' ἅμα· καὶ περὶ τούτοις
Ῥωμαῖος πελάσει βασιλεὺς πολέμου ἀκόρητος,
Αἰχμητὴς, ἐπάγων καὶ ἐπ' Ἀσσυρίους, νέος Ἄρης,
Ἄχρις ἐπ' Εὐφράτην τε βαθύῤῥοον ἀργυροδίνην
Ἐκτανύσει, πέμψας ὀλίγην πολεμ[ήϊον ἀλκὴν],
. . . . . ἕνεκα· καὶ γὰρ προδοθεὶς ὑφ' ἑταίρου
Καππέσετ' ἐν τάξει, τυφθεὶς αἴθωνι σιδήρῳ.
Αὐτίκα δ' αὖτ' ἄρξει φιλοπόρφυρος αἰχμητής τε,
Ἐκ Συρίης προφανεὶς, Ἄρεος φόϐος, ἔν τε καὶ υἱῷ
Καίσαρι, καὶ πείσει πᾶσαν χθόνα· τοὔνομα δ' αὐτοῖς
[Ἓν πέλετ'] ἀμφοτέροισιν, ἐπὶ πρώτου κ' εἰκοστοῦ
Πένθ' ἑκατοντάδες εἰσὶ τεθειμέναι. Ἡνίκα δ' οὗτοι
Ἐν πολέμοις ἄρξουσι, θεμιστονόμοι δὲ γένωνται,
Ἄμπαυσις πολέμου βαιὸν ἔσσεται, οὐκ ἐπὶ δηρόν.
Ἀλλ' ὁπόταν ποίμνη λύκος ὅρκια πιστώσηται
Πρὸς κύνας ἀργιόδοντας, ἔπειτα δὲ δηλήσηται
Βλάψας εἰροπόκους ὄϊας, περὶ δ' ὅρκια ῥίψει·
Καὶ τότε δῆρις ἄθεσμος ὑπερφιάλων βασιλήων
Ἔσσεται ἐν πολέμοισι· Σύροι δ' ἔκπαγλ' ἀπολοῦνται,
Ἰνδοί τ', Ἀρμένιοί τ', Ἄραϐες, Πέρσαι, Βαϐυλῶνες,
Ἀλλήλους ὀλέσουσι διὰ κρατερὰς ὑσμίνας.
Ἀλλ' ὁπόταν Ῥωμαῖος Ἄρης Γερμανὸν ὀλέσσῃ
Ἄρεα νικήσας θυμοφθόρον ὠκεανοῖο,
Δὴ τότε καὶ Πέρσῃσιν ὑπερφιάλοις ἀνθρώποις
Πουλυετὴς πόλεμος· νίκη δ' οὐκ ἔσσεται αὐτοῖς.
Ὡς γὰρ ἐφ' ὑψηλῆς πολυδειράδος ἠνεμοέσσης
Ἠλιϐάτου πέτρης ἰχθὺς οὐ νήχετ' ἐπ' ἄκρης,
Οὐδὲ χέλυς πέταται, ἀετὸς δ' οὐ νήχετ' ἐς ὕδωρ,

— 15, sqq. Gordianus minimus. — 21, sqq. Philippus cum filio, quorum amborum litera Φ, numerus 500; sed pater Augustus A litera, filius Cæsar K designatur, numeris ergo 1 et 20. — 25, sqq. Sub Philippis pax primum, deinde bella, plu-

18. 'Εκτανύσει absoluto sensu ac, nisi fallimur, novo hic ponitur: suppl. ἑαυτόν vel ὁδόν. In fine codd. πολέμιος ἄρης: nos corr., nempe ut cladis causa ducatur ab impari copiarum numero.

19. Codd. ιδετεως (Friedl. incertum unde, ἴδε τε ὡς), ubi nos lacunam reliquimus, latente sensu. An ἀϊδρίης legendum, si metrum ferat? An potius ἀδικιῶν, tanquam pœnas repetente Deo pro Romanorum sceleribus? Et quidem nescio quo casu, fortasse ex scripturæ compendio male intellecto, jam in ἀδικιῶν peccatum vidimus a librariis, V, 444, ubi vide not. Infra, 144, sensu eodem legetur δυσσεϐίης ἕνεκεν.

20. Codd. κάππεσέ τ'.

24. Codd. ἐκπέλετ': nos corr.

Indique, Armeniique, Arabes simul, aspera bello
Agmina. Romanus sed enim rex, impiger armis,
Mars novus, Assyrios recta petet usque profundas
Amnis ad Euphratis ripas fluctusque recurvos.
Ibit, et attonitos terrorem Martis in hostes
Rejiciet, frustra : falsi nam fraude sodalis
Occidet in castris, ferro percussus acuto.
Purpureæ tum vestis amans vir Marte tremendus
Finibus exsurget Syriis cum Cæsare nato,
Imponetque jugum terris : regnabit uterque,
Nomine quingentos referens; sed litera patrem
Prima notat, natum vicesima. Qui simul ambo
Imperium, bellique et pacis jura tenebunt :
Aurea pax terris, sed non diuturna vigebit.
Ut si forte lupus cum pleno fœdus ovili
Junxerit adversus metuendos dente molossos,
Mox teneras lacerabit oves, atque irrita rumpet
Fœdera : sic reges in prælia sæva superbos
Impellet gravis ira; Syrique immane peribunt;
Indique, Armeniique, Arabes, Persæ, Babylones,
Mutua terribili miscebunt funera bello.
At quum Romano Germania cesserit ensi,
Oceanique tumor domitis subsederit undis,
Bella recrudescent multos agitanda per annos
Cum gravibus Persis : sed non vis Persica vincet.
Namque ut sublimi ferientem vertice nubes
Non poterunt pisces nando conscendere montem;
Utque exsors aquila est nandi, testudo volandi;

rimæque populorum calamitates. Durabit interim Ægypti sub Romanis servitus, donec Roma implerit nominis sui numerum 948 [sicut supra dictum lib. VIII, 151, ubi vide not.]. —

26. Codd. θεμιστόνομοι, hoc accentu.

27. Sibyllinum est ἄμπαυσις πολέμου, ut III, 205, et alibi sæpe. Innuuntur autem induciæ cum Persis pactæ.

29. Codd. in fine δηλήσεται, sed aliter priore versu, et cfr. XII, 276.

30. Codd. οἶς (sic), ubi nos ὄϊας. Deinde παρά scribendum videtur pro περί, dubie tamen, quia περιῤῥήσσομαι alias scriptum in Sibyllinis invenimus pro ἀποῤῥήσσομαι, II, 105.

31. Codd. ἀθέσμων.

33. Βαβυλῶνες pro Βαβυλώνιοι barbarum est : sed jam ita V, 115, et confer Κέκροπες, XIV, 215.

38. Finis versus recurret, XIV, 334.

40. Codd. νήχεται non elidunt.

41. Codd. αἰετός.

Οὕτω καὶ Πέρσαι μακρόθεν νίκης γεγάασιν
Ἤματι τῷ, ἐφ' ὅσον τε φίλη τροφὸς Ἰταλιήων,
Κειμένη ἐν πεδίῳ Νείλου παρὰ θέσφατον ὕδωρ,
Ἑπταλόφῳ Ῥώμῃ μοίρην ἀπόμοιραν ἰάλλοι.
Ταῦτα δέ τ' [ἐκτέταται], ὅσσον δέ τοι οὔνομα Ῥώμης
Εἰναρίθμως ἕξει, ψηφιζομένοιο χρόνοιο,
Τοσσούτους λυκάβαντας, ἑκοῦσά τε σιτομετρήσει
Δῖα πόλις μεγάλη Μακηδονίοιο ἄνακτος.
Ἄλλο δ' ἄχος πολύμοχθον Ἀλεξανδρεῦσιν ἀείσω,
Ὀλλυμένοις διὰ δῆριν ἀεικελίων ἀνθρώπων,
Ἄρσενες οἳ πρότερον δεινοί, [τότ'] ἀνάλκιδες ὄντες,
Εἰρήνην στέρξουσι δι' ἡγεμόνων κακότητα.
Καὶ χόλος Ἀσσυρίοις ἥξει μεγάλοιο Θεοῖο,
Αὐτούς τ' ἐξολέσει ποταμοῦ χείμαρρος, ὃς ἐλθὼν
Καίσαρος ἐς πτολίεθρα [Σεληναίους] ἀδικήσει.
Πύραμος ἀρδεύσει Μόψου πόλιν, ἔνθα πεσοῦνται
[Αἰγαῖοι] διὰ δῆριν ὑπερμενέων ἀνθρώπων.
Τλῆμων Ἀντιόχεια, σὲ δ' οὐ λείψει βαρὺς Ἄρης,
Ἀσσυρίου πολέμοιο ἐπειγομένου περὶ σεῖο.
Σοῖς γὰρ ἐνὶ μελάθροισι κατοικήσει πρόμος ἀνδρῶν,
Ὃς Πέρσας μὲν ἅπαντας ὀϊστοβόλους πολεμήσει,
Αὐτὸς ὁ Ῥωμαίων γεγαὼς βασιληΐδος ἀρχῆς.
Νῦν κοσμεῖσθε, πόλεις Ἀράβων, ναοῖς σταδίοις τε,
Ἠδ' ἀγοραῖς πλατείαις τε, καὶ ἀγλαοφεγγέϊ πλούτῳ,
Καὶ ξοάνοις, χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἠδ' ἐλέφαντι·
Ἐκ πάντων δὲ μάλιστα, μαθηματική περ ἐοῦσα,
Βόστρα Φιλιππόπολίς τε, ἵν' ἔλθῃς εἰς μέγα πένθος.

— 50, sqq. Alexandrinorum fractæ vires propter civiles discordias. — 54, sqq. Tigris fluvii exundatio in Assyriæ campos. — 57, sq. Pyramus item in Ciliciam

42. Codd. γεγαῶσιν.

43. Codd. τρόφος. Intelligenda haud dubie Ægyptus, Romæ nutrix, et conferendus libri V versus 70, ubi τροφός rectius, licet alio sensu, scribitur.

45. Μοίρην ἰάλλειν est « tributum pendere », ut μοίρας δώσουσι, XI, 101. Vacat autem post μοίρην sequens vox ἀπόμοιραν : cfr. III, 245.

46. Codd. ταῦτα δέ τε πέταται, et in fine ῥώμη : nos corr.

47. Codd. εἰναρίθμοις et ψηφιζόμενοι.

49. An potius μεγάλοιο?

50. Codd. ἄλλο ἄλλος, sine δ'. Cfr. III, 349.

51. Cfr. III, 231.

52. Codd. καί, ubi nos τότ' ob sensum.

53. Cfr. V, 17; XII, 21.

54. Codd. ἕξει.

55. Codd. ποταμοῦ.

56. Codd. ἐμπολίεθρα. Iidem deinde

Haud aliter bello imparibus victoria Persis
Longe aberit, longe, donec fidissima nutrix
Italiæ, recubans Nili stagnantis ad undas,
Dives alet solito septenos munere colles.
Hanc rebus dant fata moram : quot nomine partes
Roma capit junctis numeris, tot sponte per annos
Mittet opes arvorum et vectigalia dona
Terrarum dominæ Pellæi urbs inclita regis.
  Sed tibi, Alexandria, canam tibi flebile fatum.
Cives quippe tui dominorum injusta potentum
Probra ferent, olim qui mascula corda gerebant,
Nequitiaque ducum pacem sine laude sequentur.
  Et vos, Assyrii, vos Numinis opprimet ira,
Quos ingens perdet fluvius, torrentibus undis
Cæsaris invadens urbes arcemque Selenes.
  Pyramus in Mopsi ruet oppida, quando cadentes
Opprimet Ægæos hominum vis sæva potentum.
  Nec te Mars trepidus, misera Antiochia, relinquet,
Assyrii belli circumbacchante tumultu.
Quippe tua dux ipse virum considet in aula,
Marte sagittiferos meditans exscindere Persas,
Romani late imperii qui sceptra tenebit.
  Nunc, urbes Arabum, nunc mœnia vestra superbis
Certatim templis, stadiisque ornate forisque,
Et statuis auro, argento atque elephante coruscis;
Tu vero ante alias, docta licet inclita fama,
Bostra, Philippopolisque, diem subitura tremendam.

erumpit. — 59, sqq. Mala prædicuntur Antiochiæ. — 64, sqq. Item Arabiæ urbibus duabus contiguis, Bostris et Philippopoli. —

Σαταναίους sine sensu (plane enim ignotum nomen et ignota urbs), ubi nos e conj. Σεληναίους de Seleucensibus ad Tigrim, tanquam a Σελήνῃ, « dea Luna », cognominatis, falso licet etymo : sed cfr. infra, 96, et vide not.

58. Codd. αἴγιοι, ubi nos Αἰγαῖοι e conj. ab urbe Ægis, in Cilicia, ad ostium Pyrami amnis.

59. Cfr. οὐ λείψει πόλεμος, V, 89.

62. Codd. οἰστροβόλους.

63. Laborat syntaxis, non tamen sensus : sed an λελαχώς reponas?

64. Codd. ναοῖς τε διοίσει : sed cfr. III, 58, ubi aperte ναοῖς καὶ σταδίοις. Cfr. etiam VIII, 123, sq.; XII, 135, sq.; XIV, 210, etc.

68. Codd. βάστρα : corr. Mai. Deinde post Φιλιππ. codd. τε non habent. Urbes fuerunt vicinæ et contiguæ, facileque pro una habendæ, unde mox singularis numerus ἔλθῃς pro plurali ἔλθητε.

Οὐ γὰρ ὀνήσει σε σφαιρώματα καγχαλόωντα
Ζῳδιακοῦ κύκλου, Κριὸς, Ταῦρος, Δίδυμοί τε,
Ἠδ' ὁπόσοι σὺν τοῖσιν ἐν οὐρανῷ ἰνδάλλονται
Ἀστέρες ὡρονόμοι· τλῆμον, πολλοῖσι πέποιθας,
Ὁππότ' ἀνὴρ ἄρ' ἐκεῖνος [ὅσον] μετόπισθε πελάσσῃ.
Νῦν δὲ φιλοπτολέμοισιν Ἀλεξανδρεῦσιν ἀείσω
Δεινοτάτους πολέμους· πουλὺς δ' ἄρα λαὸς ὀλεῖται
Ἀστῶν ὀλλυμένων ὑπὸ ἀντιπάλων τε πολήων,
Μαρναμένων στυγερῆς [ἔριδος] χάριν· ἀμφὶ δὲ τούτοις
Ἀΐξας φοβερωπὸς Ἄρης στήσει πολέμοιο.
Καὶ τότε δ' αὖ μεγάθυμος ἑῷ σὺν παιδὶ κραταιῷ
Καππέσεται δολίως διὰ πρεσβύτερον βασιλείαν.
Τὸν μέτα δ' αὖτ' ἄρξει κρατερᾶς Ῥώμης ἐριθήλου
Ἄλλος ἀνὴρ μεγάθυμος ἐπιστάμενος πολεμίζειν,
Δακῶν ἐξαναδὺς, τριακοσίων ἀριθμοῖο.
Ἔσσεται ἐκ τετράδος [κεραίης,] πολλούς τ' ἀπολέσσει.
Καὶ τότε [δὴ] μάλα πάντας ἀδελφειούς τε φίλους τε
Ἐξολέσει βασιλεὺς καὶ ἀποφθιμένων βασιλήων.
Αὐτίκα δ' αὖ [πόλεμοί] τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε
Ἔσσοντ' ἐξαπίνης γε διὰ πρότερον βασιλῆα.
Ἔνθ' ὁπόταν δολόμητις ἀνὴρ [ἀπὸ εἰκάδος] ἔλθῃ,
Λῃστὴς ἐκ Συρίης προφανεὶς, Ῥωμαῖος ἄδηλος,
Καὶ πελάσει δολίως ἐς Καππαδοκῶν γένος ἀνδρῶν,
Καὶ πολιορκήσας πέσεται, πολέμου ἀκόρητος·
Δὴ τότε σου, Τύανα, καὶ Μάζακα, ἔσσεθ' ἅλωσις·
Λατρεύσεις, τούτῳ δὲ πολύζυγον αὐχένα θήσῃ.

— 74, sqq. Item rursus Alexandriæ ob civiles discordias. — 78, sqq. Regnum desinit Philipporum. — 81, sqq. Decius Trajanus, cujus nomina duo indicantur sub literis Τ et Δ, quorum numeri 300 et 4. — 89, sqq. Cyriades, cujus litera

69. Codd. οὐ γάρ σ' ὀνήσει.

73. Codd. τὸ σόν, ubi nos ὅσον, quod nobis est « tantum, duntaxat » (exempla dabit H. St.), ut intelligatur « si accesserit iste », nempe Antichristus sive Antimessias, nondum adveniens, sed postea (μετόπισθε) venturus : vide not.

77. Codd. ἕδους, ubi nos ἔριδος e conj.

80. Noli πρεσβυτέραν vel πρεσβυτέρου suspicari : voluit enim Noster attice loqui, tanquam magis poetice, et sic alias non semel. Cur tamen Decium ætate tam provectum faceret, causam nullam videtur habuisse.

84. Codd. γενεῆς sine sensu, ubi nos κεραίης, sicut in Sibyllinis sæpe, præsertim libris V et XI.

85. Maiani codd. hoc versu carebant, quem Monacensis dedit, sed sine δή.

87. Codd. πίπτων τ' absque sensu, ubi nos πόλεμοί τ', exemplis multis Si-

Nil tibi zodiaci sphæræque micantia signa
Profuerint, Aries, Taurus, sidusque gemellum,
Et quotcumque poli revolubilis axe rotantur,
Indicia horarum, stellæ. Væ, perdita, multis
Confides frustra, si tantum accesserit iste.
Nunc tibi, Alexandria, graves, urbs bellica, motus,
Prælia nunc tibi sæva canam : pars quippe peribit
Magna hominum, cives quum civibus, urbibus urbes
Concurrent odiis immanibus, impia donec
Irrumpens Mars in medios certamina sistat.
Atque ibi vir fortis forti cum prole peribit
Artibus occultis atque ambitione senili.
Post quem dux alius Romæ florentis adibit
Imperium, vir mente potens bellique peritus,
E Dacis ortus, ter centum nomine signans,
Atque apice insignis quarto, multosque necabit,
Sed regum inprimis, licet atra in morte jacentum,
Cognatos, fratres, socios, discrimine nullo.
Bella tamen surgent, et cædes, atque rapinæ;
Totus ob amissum regem turbabitur orbis.
Quum vero insidias tacita meditatus in umbra,
Romanis ignotus homo, Syria urbe profectus,
Cappadocum fines subitis invaserit armis,
Obsessasque premet, belli non impiger, arces :
Tunc vobis, Tyana, et vobis tunc, Mazaca, victor
Jura dabit, colloque jugum accipietis herile;

græce K, numerus 20 [obscure, sed haud dubie significatus], vir dolosus, Asiæ partem ad tempus occupabit; dein victus in Persidem aufugiet. —

byllinis inducti, neque id tamen ausuri nisi in versu tam familiari.

88. Haud absimiliter desinebat supra versus 80, sed sensu diversissimo. In utroque πρότερον et πρεσβύτερον pseudo-attica sunt, uti jam alias notavimus.

89. Codd. ἦν δ' ὁποίαν (sic) δολιόμητις ἀνὴρ ἐπὶ κλίνης (sic) ἔλθῃ. Versum in fine restituimus audaci conjectura, nec tamen nobis dubia, nempe ut verbis ἀπὸ εἰκάδος Cyriades tyrannus designetur, cujus litera K, numerus 20.

90. Codd. προφανής : sed cfr. 22.

91. Codd. ἐκ καππαδ.

92. Pro πέσεται, an potius πιέσει vel πιάσει, capiendi sensu, neotericorum more? An vero πέρσει pro πορθήσει?

93. Placeret magis δὴ τότε σοι.

94. Codd. in fine θήσει, unde nos θήσῃ, media voce : confer lectum jam versus finem ζυγὸν αὐχένι θήσῃ, III, 448. Sed et alibi aliter, ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσεις, XI, 67, etc. Dubium certe nobis est πολύζυγον.

Καὶ Συρίη κλαύσειεν ἀπολλυμένων ἀνθρώπων,
Οὐδὲ Σεληναίη τότε ῥύσεται ἱερὸν ἄστυ,
Ἡνίκ' ἂν ἐκ Συρίης φθάμενος [περιοῦσαν ἀνάγκην],
Ῥωμαίους προφυγὼν διὰ δ' Εὐφράταο ῥοάων,
Οὐκέτι Ῥωμαίοις ἐναλίγκιος, ἀλλ' ἀγερώχοις
Ἰοβόλοις Πέρσαις, τότε κοίρανος Ἰταλιητῶν
Καππέσεται παταγείς, τυφθεὶς αἴθωνι σιδήρῳ,
[Ὃν] κόσμον ἐάσας· ἐπὶ δ' αὐτῷ παῖδες ὀλοῦνται.
  Ἀλλ' ὁπόταν Γάλλος βασιλεὺς Ῥώμης βασιλεύσῃ,
Καὶ τότε Ῥωμαίοις ἀκατάστατα ἔθνεα ἔλθῃ,
Οὖλος Ἄρης σὺν παιδὶ νόθῳ ἐπὶ τείχεα Ῥώμης.
Καὶ τότε δὴ λιμοί, λοιμοί, μαλεροί τε κεραυνοί,
Καὶ πόλεμοι δεινοί, ἀκαταστασίαι τε πολήων
Ἔσσοντ' ἐξαπίνης· Σύροι δ' ἔκπαγλ' ἀπολοῦνται·
Ἥξει γὰρ τούτοισι μέγας χόλος Ὑψίστοιο.
Αὐτίκα δὴ Περσῶν ἐπανάστασις [ἀλφηστήρων]·
Ῥωμαίους δ' ὀλέσουσι Σύροι Πέρσῃσι μιγέντες·
Ἀλλ' οὐ νικήσουσι νόμους θεοκράντορι βουλῇ.
Αἴ, ὁπόσοι φεύξονται ἀπ' ἀντολίης γεγαῶτες
Σὺν κτεάτεσσιν ἑοῖσιν ἐς ἀλλοθρόους ἀνθρώπους.
Αἴ, ὁπόσων ἀνδρῶν πίεται χθὼν αἷμα κελαινόν.
Ἔσται γὰρ χρόνος οὗτος, ἐν ᾧ ποτε τοῖς τεθνῶσιν
Οἱ ζῶντες μακαρισμὸν ἀπὸ στομάτων ἐνέποντες,
Φθέγξονται καλὸν τὸ θανεῖν, καὶ φεύξετ' ἀπ' αὐτῶν.
  Ἄρτι δέ σε, τλῆμον Συρίη, κατοδύρομαι οἰκτρῶς.
Ἥξει γὰρ πληγή σοι ἀπ' ἰοβόλων ἀνθρώπων
Δεινή, ἥντοι οὔποτ' ἐπήλπισας ἥξουσάν σοι.
Ἥξει καὶ Ῥώμης ὁ φυγάς, μέγα ἔγχος ἀείρας,
Εὐφράτην διαβὰς πολλαῖς ἅμα μυριάδεσσιν,

— 100, sq. Decius cum prole interimitur. — 103, sqq. Gallus imp. cum filio Volusiano. — 119, sqq. Cyriades cum Persis in Syriam redit vastabundus. —

96. Cfr. V, 233.

97. Codd. in fine, περιφυξανασέλγην, unus περιφυσανασέλγην, utrique sic una voce : nos corr.

98. Post διά melius δ' expungas.

100. Codd. in fine, Ἰταλίη χθών.

101. Codd. πατάξει.

102. Codd. οὐ κόσμον, sine sensu : nos corr. Est autem ἐάσας, « morte relinquens, amittens », primis literis male contractis, ut in ἐώμεσθα, VIII, 488.

103. Cfr. IV, 97.

105. Pro Ἄρης an legendum ἀνήρ ? In fine suppl. ex versu priore ἔλθῃ.

106, sq. Versus duo in Sibyllinis tam

Et Syria occisos flebit male perdita natos,
Nec jam Luna sibi sacram tutabitur arcem,
Quum, Syriam linquens fugiensque urgentia fata,
Trans Euphratis aquas latebris se turpibus abdet,
Non jam Romanis, sed Persis fortibus arcu
Consimilis. Tunc Italiæ qui sceptra tenebat,
Pectora transfixus rigido cadet ense, suumque
Destituet mundum : nati cum patre peribunt.
Ast ubi Romulea Gallus dominabitur arce,
Surgent infestæ Romanis undique gentes,
Marte fero cum prole notha Romana petente
Mœnia. Tunc pestisque famesque, et fulmina dira,
Bella cruenta, suis emotæ sedibus urbes,
Cuncta simul funesta : Syrique immane peribunt,
Æterni quoniam superingruet ira Tonantis.
Nec mora, Persarum insurgent fera corda, Syrique
Cum Persis juncto Romanos agmine cædent:
Sed non magna Dei dabitur convellere fata.
Eheu! quam multi fugient orientis ab axe,
Et sibi fortunisque suis longinqua requirent
Hospitia! Heu! quantum tellus bibet atra cruoris!
Namque erit, illud erit tempus, quum luce peremptos
Felices nimium dicent qui luce fruentur,
Et mors auxilium frustra implorata negabit.
Nunc vero, Syria infelix, tua funera plango.
Quippe sagittifera venient a gente dolores
Infandi, quales sperari posse negabas.
Ecce aderit Romæ fugitivus, tela coruscans,
Audax, innumeris trajecto Euphrate catervis,

crebri ut notandi non sint : cfr. tamen supra, 87.

108. Codd. ἐκπάγλ', hoc accentu.

110. Codd. in fine ἀμφίστησι, quod Friedl. in ἀμφιστήσει mutavit : cfr. 13.

112. Codd. θεοκράτορι.

113. Cfr. II, 158.

115. Cfr. XI, 217, 227.

116. Τεθνεῶσιν in fine versus scribendum est vel pronuntiandum τεθνῶσιν, ut I, 378.

118. Ex VIII, 353, vel II, 308.

119. Ex VII, 114, et alibi jam lectus.

120. Ἥξει σοι πληγή lectum est III, 314, et alibi. Deinde codd. ἀμφιβόλων : nos corr. præeunte 100. Infra quoque vocabuntur Persæ ἰοβόλοι, 164 et 168.

121. Ex III, 315, ubi melius ἣν οὐπώποτ'. An hic quoque sic legas?

122. Ex IV, 138, sq.; sed ibi de Nerone; hic de Cyriade tyranno : adeo compilator omnia miscet.

Ὅς σε καταφλέξει, καὶ πάντα κακῶς διαθήσει.
Τλῆμων Ἀντιόχεια, σὲ δὲ πόλιν οὔποτ' ἐροῦσιν,
Ὁππόταν ἀφροσύνῃσι τεῇς ὑπὸ δούρασι πίπτῃς.
Πάντα δὲ συλήσας καὶ γυμνώσας σε προλείψει
Ἄστεγον, ἀοίκητον· ἄφνω δέ σε κλαύσεθ' ὁρῶν τις.
Καὶ σὺ θρίαμβος ἔσῃ, Ἱεράπολι, καὶ σὺ, Βέροια·
Χαλκίδι συγκλαύσεσθε νεοτρώτοις ἐπὶ τέκνοις.
Αἳ ὁπόσοι ναίουσιν [ὑπὸ] Κάσιον ὄρος αἰπὺ,
Ἠδ' ὁπόσοι καὶ Ἄμανον, ὅσους δὲ Λύκος παρακλύζει,
Μαρσύας δὲ ὅσους καὶ Πύραμος ἀργυροδίνης.
Ἄχρι τε γὰρ Ἀσίης περάτων θήσουσι λάφυρα,
Ἄστεα γυμνώσαντες, ὅλα εἴδωλ' ἀφελοῦνται,
Καὶ ναοὺς ῥίψουσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.
Καί ποτε Γαλλίῃ καὶ Παννονίῃ μέγα πῆμα,
Μυσοῖς Βιθυνοῖς θ', ὁπόταν ἥξει πολεμιστής.
Ὦ Λύκιοι, Λύκιοι, λύκος ἔρχεται αἷμα λιχμῆσαι,
Σάννοι ὅταν ἔλθωσι σὺν Ἄρηϊ πολιπόρθῳ,
Καὶ Κάρποι πελάσωσιν ἐπ' Αὐσονίοισι μάχεσθαι.
Καὶ τότε δὴ νόθος υἱὸς ἐῇ ὑπ' ἀναιδέϊ τόλμῃ
Ἐξολέσει βασιλῆα· παραυτίκα δ' αὐτὸς ὀλεῖται,
Δυσσεβίης ἕνεκεν. Μετὰ δ' αὖτ' ἄρξει πάλιν ἄλλος
Ἀρχὴν οὐνόματος προφέρων· ταχὺ δ' αὖτε πεσεῖται
Ἄρηϊ κρατερῷ, βληθεὶς αἴθωνι σιδήρῳ.
Καὶ πάλι κόσμος [ἄκοσμος] ἀπολλυμένων ἀνθρώπων
Λοιμῷ καὶ πολέμῳ· Πέρσαι δ' ἐπὶ μῶλον Ἄρηος
Αὖθις ἐσορμήσουσι μεμηνότες Αὐσονίοισιν.
Καὶ τότε Ῥωμαίων φυγὴ ἔσσεται· αὐτὰρ ἔπειτα
Ἀρητὴρ ἥξει ὁ πανύστατος ἡλιόπεμπτος
Ἐκ Συρίης προφανεὶς, καὶ πάντα δόλῳ διαπράξει.
Καὶ τότε δ' ἡελίου πόλις ἔσσεται· ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῇ

— 142, sqq. Galli et Volusiani exitus. — 144, sqq. Æmilianus, cujus nomen græce Αἰμιλιανός, litera A, numerus 1. — 147, sqq. Persarum incursus in Asiam : Odenatus defensor et ultor. —

125, sq. Ducti sunt ambo versus ex IV, 141, sq. ubi vide not.

127. Codd. in fine, προλήψει. Cfr. VIII, 55, unde aperte versus hic, libera quamvis imitatione, sumptus est. Ipsum συλήσας libro VIII est συλλέξει.

129. Codd. ἱερὰ πόλις. Initium versus est VIII, 130.

130. Codd. συγκλαύσεται : nos corr. Chalcidem vero Syriæ patet intelligendam esse, Berœæ urbi, quæ nunc Halepus est, vicinam.

Consumet qui te flammis, atque omnia perdet.
Jam non urbem te, misera Antiochia, vocabunt,
Stultitiæ pœnas quum solves vindice bello,
Prædaque facta viri furiis, sine cive domoque,
Nuda jacebis humi : flebit, qui viderit, hospes.
Tuque triumphus eris, Hierapoli, tuque, Berœa,
Ambæ cum misera deflentes Chalcide prolem
Amissam ! Væ, qui Casii juga celsa, et Amani
Qui colitis rupes, vel quos Lycus alluit amnis,
Marsya quos ambit, vitreis aut Pyramus undis.
Namque Asiæ extremas ibit grassator ad oras
Hostis atrox, urbes populans, idolaque secum
Abripiens, et templa solo ab radicibus æquans.
Par instat tibi, Pannonia, et tibi, Gallia, clades,
Mysis Bithynisque, ferus quum venerit hostis.
O Lycii, Lycii, lupus en venit, ora cruore
Tincturus, quum Sanni aderunt, gens aspera bellis,
Et Carpi Ausonios illato Marte lacessent.
Tunc notha progenies, immanibus effera cœptis,
Filius interimet patrem ; mox ipse peribit
Impietate sua. Dein alter regna capesset,
Insignis primo numero, periturus et ipse
Ludibrio Martis, ferro confossus acuto.
Inde novum mundo exitium ; multique peribunt
Pestibus et bellis. At Persæ rursus ad arma
Prorumpent, gentem Ausoniæ nomenque perosi.
Et tunc Romulidum fiet fuga; sed novus ipsis
Missus rex de sole aderit, rex atque sacerdos,
Ex Syria veniens, astu qui cuncta patrabit.
Tunc erit urbs Solis, quam circum vana frementes,

131. Codd. ναίουσι sine ὑπό : nos add.

133. Cfr. IV, 97.

134. Codd. ἀσίῃσι τεράτων.

135. Post ὅλα, supple δ'.

138. De bellatore isto confer supra, 73, et ibi not.

139. Ludit Noster in verbis similibus, Λύκιοι et λύκοι, quod latine reddere non potuimus.

141. Codd. καρποί, pravo accentu, ut patet ex Zosimo, I, 29, habente classicum de ista gente locum.

145. Codd. φέρων, ubi nos προφέρων ex XIV, 106.

147. Unus codex ἄκοσμος non habet. Cfr. VII, 123.

152. Ἐκ Συρίης προφανείς modo lectum erat, et bis quidem, 22, de Philippo ; 90, de Cyriade : nunc de Odenato, Palmyræ rege simul et pontifice.

[Πέρσαι] Φοινίκων φοβερὰς τλήσονται ἀπειλάς.
Ἡνίκα δ' αὖτ' ἄρξουσιν ὑπερμενέων Ῥωμαίων
Ἄνδρες ἀρηΐθοοι δύο κοίρανοι· ὃς μὲν ἐφέξει
Ἑβδομάκοντ' ἀριθμὸν, ὁ δὲ τριτάτου ἀριθμοῖο·
Καὶ τότε δ' ὑψαύχην ταῦρος σκάπτων ὀνύχεσσι
Γαῖαν, καὶ κεράεσσι κόνιν δισσοῖσιν ἐγείρων,
Ἑρπυστὴν κυανόχρωον δράσει κακὰ πολλὰ,
Ὁλκὸν σύροντα φολίσιν· ἐπὶ δ' αὐτὸς ὀλεῖται.
Εὐκέραος δ' ἔλαφος μετὰ τόνδ' ἥξει πάλιν ἄλλος
Πεινάων κατ' ὄρη, μεμαὼς ἐν γαστρὶ πάσασθαι
Ἰοβόλους θῆρας. Τότ' ἐλεύσεται ἡλιόπεμπτος
Δεινὸς καὶ φοβερός τε λέων, πνείων φλόγα πολλήν·
Δὴ τότε αὖτ' ὀλέσει πολλῇ καὶ ἀναιδέϊ τόλμῃ
Εὐκεράωτ' ἔλαφόν τε θοὸν, καὶ θῆρα μέγιστον
Ἰοβόλον φοβερὸν, ἀφιέντα συρίγματα πολλὰ,
Τοξοβάτην τε τράγον· ἐπὶ δ' αὐτῷ κῦδος ὀπηδεῖ.
Αὐτὸς δὴ ὁλόκληρος, ἀλώβητος καὶ ἄπληστος,
Ἄρξει Ῥωμαίων· Πέρσαι δ' ἔσσοντ' ἀλαπαδνοί.
Ἀλλὰ, ἄναξ, βασιλεῦ κόσμου, Θεὲ, παῦσον ἀοιδὴν
Ἡμετέρων ἐπέων· δὸς δ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.

— 155, sqq. Valerianus et Gallienus, quorum literæ græce scriptæ O et Γ, numeri 70 et 3. Horum unus [pater scilicet] Saporem Persarum regem, serpenti assimilatum, male multabit. — 162. Macrianus, sub figura cervi, serpentibus, id est, Persis, bellum inferre parat. — 164, sqq. Rursus Odenatus, qui leoni

154. Codd. πᾶσαι, ubi nos Πέρσαι e conj. nec dubie.

155. Ex libro II, 174, sed ibi longe alio sensu : cfr. et XIV, 52, 78.

157. Codd. ἑβδομήκοντα : cf. XII, 96.

159. Codd. κέρασι.

161. Codd. φολίῃσιν· ἐπεὶ δ'.

162. Friedl. ἠύκερως, ex codice Monacensi, non male.

164. Ἰοβόλους Persas supra vocaverat, 100 et 120 (confer etiam XIV, 66), ob sagittandi peritiam : sed nunc meminit ἰοβόλους dici posse serpentes quoque diverso sensu, quod venena fundant,

Impunita ferent Phœnicum opprobria Persæ.
Sed quum Romanis imponet jura superbis
Nobile par regum, bello metuendus uterque,
Hic septemdenas, tres implens nomine partes
Ille suo; tum qui terram pede scalpet adunco
Et gemino cornu disperget taurus arenam,
Contundet longis reptantem tractibus anguem
Cæruleum, squamis rigidum : dein ipse peribit.
Post alius veniet surgens in cornua cervus,
Montibus esuriens altis, qui plena veneno
Monstra petet, prædam horribilem. Tunc missus ab ipso
Sole ferox aderit flammam leo faucibus efflans;
Et celsum cornu, promptum pede, nec mora, cervum
Sternet humi; simul et suffusum colla venenis
Serpentem, trifidis vibrantem sibila linguis,
Flexipedemque caprum, laus unde immensa sequetur.
Ipse autem illæsus, totaque instructus opum vi,
Jura dabit Romæ : Persarum gloria cedet.
Sed tu, rex mundi, Deus, o Deus, adjice nostris
Carminibus finem; da blandos fundere cantus.

comparatur, cervum [id est, Macrianum], et hircum [an Balistam tyrannum?] debellat, cum iisque serpentem magnum [Saporem regem], ipse post tam insignes victorias longum felixque regnum fato sortitus, [ita Noster, falso scilicet adulans vaticinio.] — 172, sqq. Epilogus.

ac revera sic dictos in Sibyllinis I, 64, 371 : ludit igitur in voce ambigua. Statim ἡλιόπεμπον vocat sub figura leonis Odenatum, sicut supra, 151.

169. An potius λοξοβάτην? Etsi τοξοβάτην quoque hoc sensu fingere potuit Noster, arcuata designans hircorum crura. Utique mere poeticum videtur epithetum, nisi obliquam et quasi intortam mentem Balistæ significat.

171. Codd. δ' ἔσονται ἀλαπ.

172. Codd. ἀλλ' ἄναξ, ut sæpe alias.

173. Codd. δὸς δ' ἱμέραν πᾶσιν ἀοιδήν : sed cfr. XI, 324.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

Ἄνθρωποι, τί μάτην, ὡς ἀθάνατοί περ ἐόντες,
Καὶ βραχὺ κοιρανέοντες ἄγαν ὑψηλὰ φρονεῖτε,
Καὶ βασιλεύειν πάντες ὑπὲρ θνητοὺς ἐθέλοντες;
Οὐχὶ νοοῦντες ὅτι φιλοκοιρανίην Θεὸς αὐτὸς
Ἐχθαίρει, τὰ μάλιστα δ' ἀπληστοκόρους βασιλῆας
Δεινοὺς, δυσσεβέας, σκότιον δ' ἐπὶ τοῖσιν ἐγείρει·
Οὕνεκεν ἀντ' ἀγαθῶν ἔργων δικαίων τε λογισμῶν
Φάρεα πορφύρεα, χλαίνας προυκρίνατε πάντες,
Τοὺς πολέμους ποθέοντες, ὀϊζύας τε, φόνους τε·
Ὠκυμόρους θήσει Θεὸς ἄφθιτος, αἰθέρι ναίων,
Τούτους ἐκπέρσας, καὶ ἐπ' ἄλλυδις ἄλλον ὀλέσσει.
  Ἀλλ' ὁπόταν ταύρων ὀλετὴρ, ἢ ἀλκὶ πεποιθὼς,
Ἠΰκομος βλοσυρὸς [θ'] ἥξει, καὶ πάντας ὀλέσσει,
Καὶ νομέας θραύσειε, βίη δ' οὐκ ἔσσεται αὐτοῖς,

Arg. Hic liber cum tribus proxime præcedentibus continuatur. Videtur autem, eorum instar, oraculis persequi Romanorum imperatorum seriem: sed ab Aureolo, futuro imperii, ut tum quidem credebatur, successore, excurrit in vaticinia mere gratuita de principibus fictis et commentitiis, quos numero complures ex suo creat ingenio, vanisque designat literarum indiciis, ita quippe securius ante eventum

Tit. Codd. omnes, Σιβύλλης λόγος ιδ'.
1. Ductum initium ex Sibyllino Procemio, I, 1, sqq.; 59, etc.
4. Cfr. II, 163.
5. Ita codd. ἀπληστοκόρους, « insatiabiles »; sed in aliis Sibyllinis locis, I, 150, 177, 329, ἀπιστοκόρους, « infideles ».

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER QUARTUSDECIMUS.

Cur ita, mortales, ceu semper vivere nati,
Elatique brevi imperio fastuque tumentes,
Certatis frustra populis dare jura caducis?
Vosne fugit, quam Rex corda ambitiosa supremus
Oderit, inprimis avidorum pectora regum
Impia, sæva, quibus noctem injicit ipse profundam,
Neglecta quoniam justi ratione bonique,
Purpureos propter pannos et vestis honorem,
Bella cient, lacrimasque serunt cædesque cruentas;
Quos Deus altipotens brevioris limite fati
Includet, miserosque in mutua funera coget.
   Ast ubi taurorum victor leo, viribus audax,
Crine ferox, oculis torvus, pecus omne simulque
Pastores mandet; nec vis super ulla manebit

vaticinans. Sero tamen, post versum 316, redibit ad res sui temporis, et tanquam domum redux, Alexandriæ turbis cruentis inter Ægyptios Judæosque motis immorabitur. — 1, sqq. Transitio. — 12, sqq. Leo a canibus persequentibus [id est, Odenatus ab inimicis, cfr. XIII, 164, sqq.] interficitur. —

6. Maiani codd. δύσνους, sed cfr. infra, 46. Deinde pro σκότιον præstaret usitatius σκοτίαν legi.

7. Finis versus valde Sibyllinus: cfr. VII, 75; II, 315; XII, 200.

9. Vacat τούς initio.

12, sqq. Cfr. XIII, 164, sqq.

13. Post βλοσυρός, codd. θ' non habent.

14. Codd. θραύσει vel θραύσῃ.

Εἰ μὴ ἄρ' ὠκύτητι ποδῶν σκύλακες διὰ βῆσσας
Εἰς ἔριν ἀντήσουσι διωκέμεναι μεμαῶτες,
Τὸν δὲ λέοντ' ἐδίωξε κύων ὀλέκοντα νομῆας.
Καὶ τότε ἔσσετ' ἄναξ τετρασύλλαϐος, ἀλκὶ πεποιθὼς,
Ἐκ μονάδος προφανείς· ταχὺ δ' αὐτὸν χάλκεος Ἄρης
Ἐξολέσει διὰ δῆριν ἀπληστοκόρων ἀνθρώπων.
Ἄρξουσι μετέπειτ' ἄλλοι δύο φῶτες ἄνακτες,
Ἄμφω τεσσαράκοντ' ἀριθμῶν· μεγάλη δ' ἐπὶ τούτοις
Ἔσσεται εἰρήνη κόσμοιό [τε] παντί τε δήμῳ,
Καὶ θέμις, ἠδὲ δίκη. Τοὺς δ' αὖ κορυθαίολοι ἄνδρες,
Χρυσοῦ δευόμενοι καὶ ἀργύρου, οὕνεκα τούτους
Δυσσεϐέως κτείνουσιν ἐνὶ παλάμῃσι λαϐόντες.
Καὶ τότε δ' [αὖτ'] ἄρξει δεινὸς νέος ἀγχιμαχητὴς,
Κοίρανος ἑϐδομάκοντ' ἀριθμῶν, θυμοφθόρος αἴθων,
Ὃς λαὸν Ῥώμης ἀσεϐῶς στρατιῇ παραδώσει
Κτεινόμενον κακότητι διὰ μῆνιν βασιλήων,
Πρηνίξας πᾶσάν τε πόλιν κλεινῶν τε Λατίνων.
Ῥώμη δ' οὐκέτι ἐστὶν [ἰδεῖν] οὐδ' ἔστιν ἀκοῦσαι,
Οἵαν περ πρώην εἶδεν τοίαν παροδίτης·
Πάντα γὰρ ἐν σποδιῇ τάδε κείσεται, οὐδέ τις ἔργων
Ἔσται φειδωλή· ὀλοὸς γὰρ ἐλεύσεται αὐτὸς
Οὐρανόθεν, πρηστῆρας ἀπ' αἰθέρος ἠδὲ κεραυνοὺς
Ἀνθρώποις πέμψει Θεὸς ἄμϐροτος· οὓς μὲν ὀλέσσει
Σκήπτων αἰθομένους, οὓς δ' αὖ κρυεροῖσι κεραυνοῖς.
Καὶ τότε δὴ κτενέουσιν ἀναιδέα κοίρανον αἰνὸν
Νηπίαχοι Ῥώμης κρατερᾶς Ῥώμης τε Λατῖνοι.
Οὔ τοι τεθνηῶτι κόνις περικείσετ' ἐλαφρὴ,
Ἀλλὰ κυσὶ μέλπηθρα καὶ οἰωνοῖς τε λύκοις τε
Ἔσσεται, οὕνεκα δῆμον ἀρήϊον ἐξενάριζεν.

— 18, sqq. Aureolus imperium Romanum adepturus [sic Nostro visum, sed falso], cujus litera A, numerus 1. — 21, sqq. [Sequitur longa series (21-284) imperatorum, ut diximus, temere confictorum sub literis fortuito obviis, quos ideo sin-

15. An melius διὰ βήσσης? Sed Sibyllistæ in præpositionibus et in hac præsertim haud raro peccant.

17. Codd. νομήσας : cfr. VIII, 158.

23. Post κόσμοιο copula deerat in codd. : addidit Mai. Syntaxim aperte vitiosam nihil moramur.

27. Codd. καὶ τότε δ' ἄρξει, unde Mai. καὶ τότε δ' ἐξάρξει, e conj., nec male; jam enim ἐξάρξει pro ἄρξει in his libris legimus : sed cfr. infra, 52.

31. Codd. κλίνην τε λατ. : sed cfr. V, 1, ubi pariter vacat τε.

32. Codd. ἔτι, ubi nunc ἰδεῖν, sic

Heu! miseris, nisi turba canum pede prompta sequaci
Presserit hunc avido per valles, per juga cursu :
Urgebit catulus populantem armenta leonem.
Tum rex in terris surget tetrasyllabus, audax
Viribus, a monade incipiens, quem ferrea Martis
Mox feriet manus et cupidi furor efferus hostis.
Hunc gemini excipient reges, sortitus uterque
Signa quaterdeni numeri. Fecunda sub illis
Pax aderit mundo, populosque urbesque beabit,
Justitia comitante. Sed ipsos aspera bello
Turba virum, sitiens auri argentique, nefandis
Correptos manibus, rabie discerpet atroci.
Et tunc bellator juvenis nova regna capesset,
Septeno decies numero quem litera signat :
Qui populum Romæ, violentis efferus ausis,
Militibus tradet lacerandum, propter atroces
Regum iras; urbem evertet gentemque Latinam.
Cernere jam nulli Romam aut audire licebit,
Qualis erat, qualem conspexerat ante viator.
Omnia quippe cinis fient, hominumque labores
Hauriet ignis edax; quando indignatus ab alto
Descendet cælo, flammasque et fulmina mittet
Humanam in prolem Deus immortalis, ut illos
Ardentes ignes, hos frigida fulgura perdant.
Ast importunum multabunt morte tyrannum
Invalidi Romæ cives plebisque Latinæ.
Cui nec erit sua terra levis; sed triste jacebit
Ludibrium ventis projectum avibusque lupisque,
Mavortis magnam voluit quia perdere gentem.

gulatim persequi et nomina sub literarum numeris latitantia exquirere, supervacuum quippe, omittemus. —

nempe : Ῥώμη δ'ουκέτ' ἐστὶν ἔτι : corr. Mai., liberiore, primo quidem aspectu, certa tamen conjectura. Ῥώμην autem, ubi Ῥώμη utcumque ferri potest, rescribere, neque ipse ausus est neque nos.

35. Codd. ὅλος γάρ, unde Mai. οὖλος : nos corr.

39. Codd. κτανέουσιν : sed confer infra, 93.

40. Νηπίαχοι hic, ut XIII, 7, non infantes sunt, sed pueri jam grandes qui in magnis urbibus initium turbarum facere solent. In fine Maius, priore sua libri XIV editione, quam Mediolani protulit, λαοί τε Λατῖνοι scripserat non ex codd. sed de suo, quod postea correxit.

41. Codd. οὔτι τεθνηότι : corr. Mai.

Τὸν μέτα τεσσαράκοντ' ἀριθμῶν ἄρξει κλυτὸς ἄλλος,
Παρθολέτης, Γερμανολέτης, θῆρας καταλύσας
Δεινοὺς ἀνδροφόνους, οἳ ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοῇσιν
Ἠδὲ καὶ Εὐφράταο διηνεκέως ἐφέπουσι.
Καὶ τότε δὴ Ῥώμη πάλιν ἔσσεται, ὡς τὸ πρὶν ἦεν.
Αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃσι μέγας λύκος ἐν δαπέδοις σοῖς
Κοίρανος ἐκ δυσμῶν ἐπιβὰς, μετέπειτα θανεῖται
Ἄρηϊ κρατερῷ δεδαϊγμένος ὀξέϊ χαλκῷ.
Καὶ τότε δ' αὖτ' ἄρξει καὶ ὑπερμενέων Ῥωμαίων
Ἄλλος Ἄρης μεγάθυμος ἀπ' Ἀσσυρίης ἀναδειχθεὶς,
Γράμματος ἀρχομένου, πολέμοισί τε πάνθ' ὑποτάξει
Αὐτὸς, καὶ στρατιῇσιν ὁμοῦ ἀρχὴν ἐπιδείξει,
Καὶ θεσμοὺς θήσει. Ταχὺ δ' αὐτὸν χάλκεος Ἄρης
Ἐξολέσει, δολίοισιν ἐνὶ στρατιῇσι πεσόντα.
Τὸν μέτα τρεῖς ἄρξουσιν ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντες,
Ὃς μὲν ἔχων ἀριθμὸν μονάδος, δεκάδων δέ τε τρισσῶν
Εἷς, ἕτερος δὲ ἄναξ τε τριηκοσίοισι μεθέξει·
Σχέτλιοι, [οἳ] χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἐν πυρὶ πολλῷ
Χωνεύ[σ]ουσι, ναῶν ἱδρύματα χειροποιήτων,
Καὶ στρατιαῖς δώσουσιν ὁπλιζόμενοι περὶ νίκης,
Χρήματα δασσ[ά]μενοι κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλὰ,
Αἴσχεά τε μεμαῶτες, ἴσως διαδηλήσονται
Ἰοβόλους Πάρθους τε βαθυῤῥόου Εὐφράταο,
Καὶ Μήδους ἐχθρούς τε, καὶ ἁβροκόμους πολεμιστὰς
Μασσαγέτας, Πέρσας τε φαρετροφόρους ἀνθρώπους.
Ἀλλ' ὁπόταν βασιλεὺς ἰδίῃ μοίρῃ καταλύσει,
Λείψας ὁπλοτέροις σκῆπτρον βασιλήϊον υἱοῖς,
Καὶ θέμιν ἀντιβολῶν· οἱ δ' αὐτίκα πατρὸς ἐφετμῶν
Λησάμενοι, καὶ χεῖρας ἐφοπλίσσαντες Ἄρηϊ,
Εἰς ἔριν ὁρμήσουσιν ὑπὲρ βασιληΐδος ἀρχῆς.
Καὶ τότε μοῦνος ἄναξ ἀπὸ τριτάτων πολὺ [μᾶλλον]
Ἄρξει, καὶ ταχὺ μοῖραν ἐπόψεται δουρὶ βοληθείς.

48. Finis versus jam alibi lectus, III, 294, etc.

49. Sic codex Mon. ἐπὴν ἔλθῃσι vel ἔλθῃσι, et sic videtur Maius in cod. Ambros. reperisse, unde ἐπεέλθῃσι conjecerat : at Vaticani duo ἐπεξέλθῃ σε, quod Mai. in altera ed. vulgavit.

51. Versus in his præsertim ultimis libris frequens, ubi codd. plerumque ἄρει vel ἄρῃ habent pro ἄρηϊ.

52. Versus jam lectus, XIII, 154.

53. An verius ἄλλος ἀνήρ ?

55. Codd. ἀρχῆς, ubi nos ἀρχήν : cfr. I, 292.

Inde quaterdeno numero spectabilis alter
Regnabit, Parthos qui Germanosque domabit,
Horribiles rabidasque feras, impune vagantes
Oceani super atque Euphratis fluminis oras :
Et tunc Roma iterum, qualis fuit ante, resurget.
Ecce autem, lupus ecce tuis, fera bellua, muris
Missus ab occasu assiliet; qui deinde jacebit
Occisus Martis rabie ferroque cruento.
Protinus audacis Latii dominabitur agris
Mars alter, signat numero quem litera princeps,
Ortus ab Assyria, belloque sibi omnia subdet,
Atque ipsas coget tractantes arma catervas
Imperium legesque pati. Sed ferreus illi
Mars vitam eripiet, perjuri militis astu.
Tres posthac surgent, corda imperiosa, tyranni :
Hunc primus designat apex, tricesimus illum,
Ast alium numero nota ter centesima signat :
Illaudati omnes, aurum argentumque, quod usquam est,
Fornace ingenti, templisque avulsa liquabunt
Ornamenta; deosque simul, gazasque deorum
Vincendi stimulos pro se pugnantibus addent,
Hoc pretio nil turpe rati : tamen in sua mittent
Vincla sagittiferos Parthos Euphratis ad oras,
Infensosque animis Medos, longumque comantes
Massagetas, necnon pharetratæ Persidis arma.
Sed quum rex proprii perfunctus munere fati
Majores ævo natos in sceptra vocarit,
Jus fasque obtestans; illi mandata parentis
Nil veriti, mora nulla, graves in prælia Martis
Armabunt dextras, urgente cupidine regni.
Et tunc unus erit princeps, quem tertia signat
Litera; mox idem gladio confossus obibit.

56. Initium versus cfr. V, 19, et paulo ante, XII, 23.

57. Cfr. V, 51, et VIII, 65; sed ibi de Antoninis, hic fortuito de obvio quoque prædictum.

61. Codd. σχέτλιον χρυσόν τε : correxerat Mai. in ed. pr.

62. Codd. χωνεύουσι.

64. Codd. δασσόμενοι. Reliqua versus Homerica sunt, Iliad. ω, 381.

68. Codd. μασαγέτας uno σ.

69. sqq. Cfr. III, 116, sqq.

73. Cfr. supra, 16.

74. Codd. in fine, πολὺ ἄλλῳ.

Τὸν μετὰ πολλοὶ ἔπειτα ἐπ' ἀλλήλοισιν ὀλοῦνται
Ἴφθιμοι μέροπές τε ὑπὲρ βασιληΐδος ἀρχῆς.
Εἷς δ' ἄρξει μεγάθυμος ὑπερμενέων Ῥωμαίων
Πρέσβυς ἄναξ τετράδος, καὶ πάντα καλῶς διαθήσει.
Καὶ τότε Φοινίκῃ πόλεμος καὶ δῆρις ἐσεῖται,
Ἡνίκ' ἂν ἰοβόλων ἔλθῃ πέλας ἔθνεα Περσῶν.
Καὶ πόσα προσπέσεται ὑπό τ' ἀνδρῶν βαρβαροφώνων;
Σιδὼν καὶ Τρίπολις, Βηρυτός θ' ἡ μεγάλαυχος,
Ἀλλήλας ὄψονται ἐν αἵματι καὶ νεκύεσσι.
Τλῆμον Λαοδίκεια, σὺ δ' ἀμφ' αὐτῇ μέγαν αἴρῃ
Ἄπρηκτον πόλεμον διὰ δυσσεβίας ἀνθρώπων.
Αἶ μέλεοι Τύριοι δὲ, κακὸν θέρος ἀμήσεσθε,
Ὁππόταν ἠέλιος φαεσίμβροτος ἤματι λείψῃ,
Δίσκος δ' οὐ φαίνῃ, ψεκάδες δ' ἥξουσ' ἐπὶ γαῖαν
Πυκναὶ καὶ θαμέαι ἐξ οὐρανοῦ αἱματόεσσαι.
Καὶ τότε δὴ θάνεται βασιλεὺς προδοθεὶς ὑφ' ἑταίρων.
Πολλοὶ δ' αὖ μετὰ τοῦτον ἀναιδέες ἡγεμονῆες
Ἀλλήλους κτενέουσι, κακὴν ἐρίδα προφέροντες.
Καὶ τότε δ' αὖ ἔσται γεραρὸς πολύμητις ἀνάκτωρ,
Οὔνομα πέντ' ἀριθμῶν, μεγάλαις στρατιαῖσι πεποιθὼς,
Ὃν μέροπες στέρξουσι χάριν βασιληΐδος ἀρχῆς,
Τοὔνομα δ' ἐσθλὸν ἔχων, ἐσθλοῖς ἔργοις προϊάψει.
Σῆμα δέ τοι ἔσται μέγα τοῦ κρατέοντος ἄνακτος·
Μεσσηγὺς Ταύρου τε νιφοβλήτοιό τ' Ἀμάνου,
Ἐκ Κιλίκων γαίης νέα τις πόλις ἐξαπολεῖται,
Καλή τε βριαρή τε, βαρυσθενέος ποταμοῖο.
Πολλοὶ δ' αὖ σεισμοί τε Προποντίδι καὶ Φρυγίεσσιν
Ἔσσονται· βασιλεὺς κλειτός τ' ἰδίης ὑπὸ μοίρης
[Τηκεδανῷ] θανάτοιο νόσῳ ψυχὴν ἀπολέσσει.
Ἄρξουσι μετὰ τόνδε δύο βασιλῆες ἄνακτες,
Ὃς μὲν τριηκοσίων ἀριθμὸν προφέρων, ὁ δὲ τρισσῶν.
Τούνεκα καὶ πολλοὺς ὑπὲρ ἄστεος ἐξολοθρεύσει

82. Codd. in fine non interrogant.
83. Codd. βηρυτὸς δέ τε ἡ μεγ.
87. Codd. ἀμήσασθε : cfr. I, 387.
89. Post φαίνῃ, codd. ἐπεί addunt. De guttis sanguineis superne lapsis, quæ frequens in Sibyllinis prædictio, cfr. XII, 56, et ibi citata.
97. In fine suppl. ἑαυτόν, quasi ἑαυτὸν προσέξει, « seipsum seu mentem advertet », vel uti Struvio placebat, ὄνομα, quasi « nomen istud (Εὐγένειον puta, seu simile quid) benefactis comprobabit ».
98. Similis versus, XI, 25, et sic passim. Vacat τοῦ, nisi sit pro τούτου.

Post quem concurrent in mutua funera multi,
Regnandi studio, fortes animisque manuque;
Quos inter senior quidam, numerique quaterni,
Jura dabit forti Latio, et reget omnia recte.
Tum vero surgent Phœnicibus horrida bella,
Quando sagittiferæ descendet Persidis agmen.
Quot miseris et quanta dabit mala barbarus hostis!
Sidon et Tripolis, tuque, o Beryte superba,
Flebitis alternas communi in sanguine cædes.
Et tunc, infelix o Laodicea, tuorum
Ob culpas hominum, frustra horrida bella subibis.
Heu! quæ vos, Tyrii, miseros manet improba messis,
Quum sol in medio defecerit axe, decoram
Nocte tegens faciem, nigro quum sanguine guttæ
Stillantes ad humum cælo labentur ab alto.
Tum rex a propriis cadet interfectus amicis.
Post hunc impuri venient fœdique tyranni,
Mutua quos perdet sævis discordia bellis,
Dum regno accedat, senio venerandus, et idem
Insignis quinto numero, vir mille catervis
Fretus et ingenti plebis succinctus amore,
Nomine qui factisque bonus dicetur eritque.
Signa autem terris, illo regnante, dabuntur:
Tauri inter gelidique nivosa cacumina Amani,
In Cilicum tellure, novam tum diruet urbem
Formosam validamque potentior impetus amnis.
At Phrygiam crebri totamque Propontida motus
Quassabunt. Exin propria rex morte solutus
Succumbet morbo lento fatumque moranti.
Protinus excipient gemini moderamina reges,
Insignes numeris hic ternis, ille trecentis;
Multas unde neces intra septemjuga Romæ

99. Cfr. XIII, 132.

100. Νέα τις πόλις, Anazarbus, innuitur, quippe post similem casum, Nerva imperante, restituta, ut est apud Suidam; sed non ideo, nisi poetice et improprie, recens urbs dicenda.

102. Codd. φρυγίεσσι sine ν.

103. Codd. κλυτός cum vel sine τε: corr. Mai.

104. Codd. θηλεδανῷ, barbare, pro quo Lobeckius ad Sophocl. Aj. τηκεδανῷ suasit; nos recepimus.

106. De ingrata synizesi τριηκοσίων, cfr. infra, 126.

Ῥώμης ἑπταλόφοιο, διὰ κρατερὴν βασιλείαν.
Καὶ τότε συγκλήτῳ κακὸν ἔσσεται, οὐδὲ φυγεῖται
Χωομένου βασιλῆος ἐπ' αὐτῇ θυμὸν ἔχοντος.
Σῆμ' ἔσται ἄρα πᾶσιν ἐπιχθονίοις ἀνθρώποις·
Πλειότεροί θ' ὑετοὶ, νιφάδες [τ'] ἔσσονται χάλαζαι·
Ἐξολέσει λῃΐων καρποὺς ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.
Αὐτοὶ δ' αὖτε πεσοῦνται ἐνὶ πτολέμοισι δαμέντες
Ἄρηϊ κρατερῷ, πολέμου χάριν Ἰταλιήων.
Καὶ τότε δ' αὖτ' ἄρξει βασιλεὺς πολυμήχανος ἄλλος,
Συλλέξας πᾶσαν στρατιὴν, καὶ χρήματα νείμας
Χαλκεοθώρηξι πολέμου χάριν. Αὐτὰρ ἔπειτα
Νεῖλος ὑπὲρ Λιβύης πουλύσταχυς ἠπείροιο
Ἀρδεύσει δύ' ἔτη τὸ μέλαν πέδον Αἰγύπτοιο,
Χώρην τ' ἀροσίμην· λιμὸς δὲ τὰ πάντα καθέξει,
Καὶ πόλεμος, λῃσταί τε, φόνοι τ', ἀνδροκτασίαι τε.
Πολλαὶ δ' αὖτε πόλεις ὑπὸ ἀνθρώπων πολεμιστῶν
Πρηνισμοῖς ἀπολοῦνται. Ὑπὸ στρατιῆς παλαμάων
Αὐτὸς δ' αὖ πέσεται προδοθεὶς αἴθωνι σιδήρῳ.
Τὸν μέτα, τριηκοσίων ἀριθμῶν ὅς τ' ἔλλαχεν ἀρχὴν,
Ῥωμαίων ἄρξει καὶ ὑπερμενέων ἀνθρώπων.
Ἐκτανύσει λόγχην θυμοφθόρον Ἀρμενίοισι,
Πάρθοις, Ἀσσυρίοισι, μενεπτολέμοις δέ τε Πέρσαις.
Καὶ τότε δ' αὖ Ῥώμης κτίσις ἔσσεται ἀγλαοτεύκτου
Χρυσῷ ἠλέκτρῳ τε καὶ ἀργύρῳ ἠδ' ἐλέφαντι,
Κόσμῳ ἐπαιρομένης· πουλὺς δέ τε λαὸς ἐν αὐτῇ
Ἀντολίης πάσης ἠδ' ἑσπερίης πολυόλβου
Οἰκήσει· βασιλεύς τε νόμους ἑτέρους ἐπὶ ταύτῃ
Θήσει. Τὸν μετὰ δ' αὖτις ἀπειρεσίῃ ἐνὶ νήσῳ
Δέξεται οὐλόμενος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.
Ἄρξει δ' ἄλλος ἀνὴρ τριάδων δέκα, θηρὶ ἐοικὼς,
Ἐν χαίτῃ βλοσυρωπός· ἀφ' Ἑλλήνων γένος ἔσται.
Καὶ τότε δὴ Φθίης πουλυτρόφου ἄστυ Μολοσσῶν,
Καὶ Λάρισσα κλυτὴ καὶ ἐπ' ὀφρύσι Πηνειοῖο.
Καὶ τότε δ' ἱπποβότου Σκυθίης ἐπανάστασις ἔσται,

108. Codd. ἑπταλόφου δὲ διά.
109. Cfr. III, 265.
112. Codd. τ' post νιφάδες omittunt: in fine Mai. e conj. χάλαζα scripsit, sic in singulari, ut cum ἐξολέσει construeret. Utique metrum laborat et syntaxis.
126. Codd. οἷς ἔλλαχεν vel ἔλαχεν, et in fine omnes ἄρχειν. Cfr. V, 15, etc.

Mœnia sævus amor regni cumulabit iniqui.
Tunc infausta manent periturum fata senatum,
Nec fugiet sævas accensi principis iras.
At signum cunctis dabitur mortalibus illo
Tempore, majores solito pluviæque nivesque,
Delebitque hominum grando repetita labores.
Ipsi autem fracti Martis certamine reges
Italico bello vitam sceptrumque relinquent.
  Ac tum rex alius, solers cui mentis acumen,
Colliget omnigenas magna mercede catervas,
Loricata vocans in sævum pectora bellum.
Tempore quo Nilus Libycas effusus in oras,
Frugifer ille olim, merget sata læta bienni
Diluvio; passimque fames, passimque cruentum
Instabit bellum, cædes simul atque rapinæ.
Multæ autem, junctis bellantum viribus, urbes
Funditus occumbent. Manibus tandem ille suorum
Et conjurati sternetur militis ense.
  Hinc ter centeni numeri quem litera signat,
Incipiet tumidos freno cohibere Latinos.
Ille et in Armenios fatalem diriget hastam,
In Parthos, atque Assyrios, Persasque feroces.
Ac tum magnificæ surget nova fabrica Romæ
Auroque argentoque, ebore electroque coruscans,
Mille superba bonis: ibi cives undique multi,
Quos oriens et quos occasus gignit alumnos,
Component sedes: dabit his nova jura novasque
Rex sapiens leges, quem mox procul insula distans,
Exstinctum fato, tumuli decorabit honore.
  Exin terdeni numeri rex, ore ferino
Hirsutaque coma, Græco de sanguine cretus,
Sub quo Phthia cadet terris urbs clara Molossis,
Et Larissa potens Penei ad fluminis oram.
Tum gens in Scythiæ campis insurget equestris,

131. Sic infra, 211, et alibi passim.

132. Codd. ἐπαιρομένη: an ut ad κτίσις referatur?

138. Codd. βλοσυρωτός. Iidem in fine γενήσεται vel γενέσηται, ubi nos γένος ἔσται: cfr. III, 193.

140. Pro κλυτὴ καί, an πεσεῖται?

141. Codd. ἱπποδότου.

Καὶ πόλεμος δεινὸς Μαιώτιδος ὕδασι λίμνης
Ἔσται ἐπὶ προχοαῖσι παρ' ὑστάτιον πόμα πηγῆς
Φάσιδος ὑγροκόμοιο κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα.
Πολλοὶ δὴ πεσσοῦνται ὑπὸ κρατερῶν πολεμιστῶν.
Αἴ, μαλεροῦ χαλκοῖο πόσους παραλήψεται Ἄρης.
Καὶ τότε δὴ βασιλεὺς Σκυθικὸν γένος ἐξαλαπάξει.
Θνήξεται εἰν ἰδίῃ μοίρῃ βίοτον ἀναλύσας.
Ἄλλος δ' αὖτ' ἄρξει τετράδος μετέπειτ' ἀναδειχθεὶς,
Δεινὸς ἀνὴρ, ὃν πάντες ὅσοι πίνουσι [πάχιστον]
Ἀρμένιοι κρύσταλλον ἄγαν ῥείοντος Ἀράξεω,
Δείσουσι πολέμοις, αὐτὰρ Πέρσαι μεγάθυμοι.
Μεσσηγὺς Κόλχων τε πολυσθενέων τε Πελασγῶν
Ἔσσονται πόλεμοι δεινοὶ ἀνδροκτασίαι τε.
Καὶ Φρυγίῃ γαίῃ τε, Προποντίδος ἄστεα γαίης,
Φάσγανά τ' ἐκ κολεῶν ἀμφήκεα γυμνώσαντες,
Ἀλλήλους κόψουσι διὰ δυσσεβίας ἀλεγεινάς.
Καὶ τότε δὴ μέγα σῆμα Θεὸς μερόπεσσι βροτοῖσιν
Οὐρανόθεν δείξει περιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς
Φάλκην, ἐσσομένην δὲ τέρας πολέμοιο κακοῖο.
Καὶ τότε δὴ βασιλεὺς στρατιῆς οὐ φεύξεται χεῖρας,
Ἀλλὰ θανεῖθ' ὑπὸ χειρὶ ταμεὶς αἴθωνι σιδήρῳ.
Τὸν μέτα πεντήκοντ' ἀριθμῶν ἄρξει πάλιν ἄλλος
Ἐξ Ἀσίης προφανεὶς, δεινὸς φόβος, ἀντιμαχητὴς,
Καὶ θήσει πόλεμον καὶ ἐπ' ἀγλαὰ τείχεα Ῥώμης,
Κόλχοις θ' Ἡνιόχοις τε γαλακτοπόταις Ἀγαθύρσοις,
Εὐξείνῳ πόντῳ, Θρήκης ψαμμώδεϊ κόλπῳ.
Καὶ τότε δὴ βασιλεὺς στρατιῆς οὐ φεύξεται χεῖρας,
Ὃν καὶ τεθνηῶτα νέκυν διαδηλήσονται.
Καὶ τότε δὴ, βασιλῆος ὀλωλότος, ἔσσετ' ἐρήμη
Ῥώμη κυδιάνειρα, πολὺς δέ τε λαὸς ὀλεῖται.
Καὶ τότε δ' αὖτ' ἄρξει ἀπὸ Αἰγύπτοιο μεγίστης
Δεινὸς καὶ φοβερός· Πάρθους δ' ὀλέσει μεγαθύμους,

144. Finis versus apud Homerum frequens. De Phaside, tanquam in Mæotidem incurrente, aliquid errare Nostrum non est quod moneamus.

146. Codd. μαλεοῦ et χάλκοιο (sic) et ὁπόσους.

148. An καταλύσας, ut sæpe?

150. Codd. πάνιστον : nos corr.

152. Codd. unus, πολέμοισιν, ἀτάρ.

154. Versus in Sibyllinis tritus.

157. Codd. ἀλλήλας (corr. Mai.), et in fine ἀλγεινάς. Versus in medio redundans, Sibyllino vitio.

158. Cfr. II, 34.

Et grave fervebit stagna ad Mæotica bellum,
Propter arundiferas ripas extremaque fontis
Pocula Phasiaci, florent ubi mollia prata.
Ergo cadent multi violenta militis ira.
Heu! quam multa virum sternentur corpora ferro!
Tum rex in Scythicum genus implacabile bello
Arma metumque feret : propria dein morte peribit.
  Ast alius surget, quem litera quarta notabit,
Vir gravis, et cunctis metuendus, quive profundam
Armenii glaciem potant currentis Araxis,
Quive gerunt bellis interrita pectora Persæ.
Exsistent Colchos inter validosque Pelasgos
Hostiles furiæ, cædes simul atque tumultus.
Nec minus et Phrygiæ longæque Propontidis urbes
Vagina ferrum eripient, pœnasque priorum
Sponte dabunt scelerum, dum mutua funera miscent.
Tum Deus ex alto signum mortalibus ingens
Ostendet, multis in se vertentibus annis,
Ignotam volucrem Falcam, longi omina belli.
Ac tum rex avidas infensi militis iras
Nequicquam fugiet : sævo cadet ense peremptus.
  Exin quinquaginta suo qui nomine præfert,
Ex Asia veniet, Martis timor, acer in armis,
Mœnia qui bello quatiet pulcherrima Romæ.
Colchos, Assyriosque, et pastos lacte Agathyrsos,
Litus arenosum Thraces et inhospita Ponti
Æquora subjiciet. Tamen hic quoque militis iras
Nequaquam effugiet; manibus sed membra cruentis
Dilaniata trahentur. Eo tunc orba perempto
Roma jacebit inops, et gens bene multa peribit.
  Alter ab Ægypti magna regione sequetur,
Vir gravis et metuendus : hic obruet impete Parthos,

160. Ignotum avis nomen φάλκη, de quo vide not.

161. Recurret hic versus infra, 168, post quem legitur additus in uno codice alienus iste ὃν καὶ τεθνηῶτα, κ. τ. λ., melius infra post 168 locum habiturus.

164. An potius ἀγχιμαχητής, ut supra, 27.

166. Post γαλακτ. an τ' addendum?

168. Versus ex 161 male iteratus, nimis certe propinquus.

169. Versus alias quoque non semel in his ultimis libris recursurus.

Μήδους, Γερμανούς τε, Βοοσπορίδας τ' Ἀγαθύρσους,
Βρεττανοὺς, [Πέρνους] τε, φαρετροφόρους τ' Ἴβηρας,
Μασσαγέτας σκολιοὺς, Πέρσας δ' ὑπερηνορέοντας.
Καὶ τότε Ἑλλάδα πᾶσαν ἐσόψεται ἀγλαὸς ἀνὴρ,
Ἐχθαίρων Σκυθίῃ καὶ Καυκάσῳ ἠνεμόεντι.
Σῆμα δέ τοι ἔσται κρατερὸν τούτου κρατέοντος·
Οὐρανόθεν στέφανοι μεσσημβρίης τε καὶ ἄρκτου
Ἀστράσι φαινομένοις πανομοίϊοι ἀντείλωσιν.
Καὶ τότε παιδὶ ἑῷ λείψει βασιλήϊον ἀρχὴν,
Στοιχείου ἀρχομένοιο, ἐπὴν ἰδίῃ ἐνὶ μοίρῃ
Βήσεται εἰν Ἀΐδαο δόμοις βασιλεὺς ἀγαπήνωρ.
Ἀλλ' ὁπόταν ἀρχῇ τούτου παῖς ἐν χθονὶ Ῥώμης,
Ἐκ μονάδος προφανεὶς, ἔσται κατὰ γαῖαν ἅπασαν
Εἰρήνη μεγάλη πολυήρατος, ὅντε Λατῖνοι
Στέρξουσι βασιλῆα, ἑοῦ πατρὸς εἵνεκα τιμῆς.
Ὃν σπεύδοντα μολεῖν καὶ ἐπ' ἀντολίην [τε] δύσιν τε
Ῥωμαῖοι σχήσουσι καὶ οὐκ ἐθέλοντα πρὸς οἴκους,
Ῥώμης κοιρανέονθ', ὅτι δὴ φίλος ἔπλετο πᾶσι
Θυμὸς ὑπὲρ βασιλῆος ἀγακλειτοῖο ἄνακτος.
Ἀλλὰ μινυνθάδιόν μιν ἀφαρπάξει βιότοιο
Οὐλόμενος θάνατος, προδοθέντ' ἰδίῃ ἐνὶ μοίρῃ.
Ἄλλοι δ' αὖ μετέπειτα πάλιν κρατεροὶ πολεμισταὶ
Ἀλλήλους κόψουσι, κακὴν ἔριδα προφέροντες,
Οὐ βασίλειον ἔχοντες ἀνάκτων, ἀλλὰ τυράννων.
Πολλὰ δὲ δὴ τελέσουσι κακὰ κόσμῳ ἐνὶ παντὶ,
Ῥωμαίοις δὲ μάλιστα, μέχρι τριτάτου Διονύσου,
Ἄχρις ἀπ' Αἰγύπτου κεκορυθμένος ἵξεται Ἄρης,
Ὃν Διόνυσον ἄνακτα μετωνυμίην καλέουσιν.
Ἀλλ' ὁπόταν φόνιός τε λέων φονίη τε λέαινα
Πορφύρεον ῥήξουσι κλυτὸν βασιλήϊον εἷμα,
Πνεύμονι συμμάρψουσιν, ἐπειγομένης βασιλείης·

175. Codd. περμανίους τε, pro quo Mai. Περνούς in textu (nam in commentario Πέρνους), id est, Hibernos, recte ob sensum : sed an forte Ἰερνούς legendum, cum synizesi in prima syllaba, ut nonnunquam apud Sibyllam, præsertim in Ἰουδαῖοι? Iberos in fine intelligimus Hispanos, ob Britanniæ et Hiberniæ propinquum situm, de quo Tacitus, Agricol. § 24.

176. Codd. μασαγετάς (sic) : cfr. supra, 68.

180. Codd. στεφάνοιο et μεσημβρίης. De corona his consimili in cælo fulgere visa, cf. II, 35, sqq.

181. Codd. πανόμοιοι. In fine vole-

Medos, Germanosque, et Bosporidas Agathyrsos;
Britonas, Hibernos, pharetratos sternet Iberos,
Massagetasque dolo assuetos, Persasque feroces.
Idem tunc urbes Græcorum inviset et agros,
Vir magnus, portans Scythiæ et tibi, Caucase, bellum.
Signa autem regnante ipso manifesta dabuntur :
Cælitus ad mediumque diem septemque triones
Lucida cernetur stellis ardere corona.
Regnabit, natoque suo, quem prima notabit,
Litera, vim tradet patriam, quum, munere vitæ
Defunctus, stygias descendet clarus ad umbras.
Hinc ubi Romanas arces puer ille tenebit
Quem nota designat princeps, pax aurea mundo
Fundet opes : erit hic Latiæ spes maxima gentis,
Ornatus propriis virtutibus atque paternis.
Hunc et ad occasus properantem et solis ad ortus
Romani retinere volent, intraque penates
Servabunt regno incolumem : concordia tanta
Civibus et sancti tanta est reverentia regis.
Ast ipsum sensim obrepens crescentibus annis
Mors rapiet, brevis heu ! defunctum munere vitæ.
Post alii venient metuendi fortibus armis,
Mutua qui vertent validas in funera dextras.
Non illi reges, sed erunt sine more tyranni,
Qui mala subjectis infligent plurima terris,
Romanæ inprimis genti, dum tertius adsit
Missus ab Ægypto Dionysus, Martis in armis,
Omnes quem ficto Dionysum nomine dicent.
Ast ubi crudelis leo crudelisque leæna
Scindent regali fulgentem murice vestem,
Cumque ipsa discerpta trahent præcordia pelle,

bat Mai. πανομοίου ἀντείλαντος : sed est hic subjunctivus pro futuro.

182. Codd. καί ποτε.

183. Codd. ἀρχομένου γάρ · ἐπήν.

185. Codd. ἄχρι pro ἄρχῃ, quod et olim librario acciderat in Proœmio, 7.

188. Codd. βασιλεῖς καὶ ἐς πατρός, ubi Mai. ἑοῦ πατρός reposuit.

189. Codd. τε non habent.

192. Codd. ἀγακλύτοιο.

194. Codd. προδοθείς : nos corr.

196. Cfr. supra, 157.

197. Cod. unus βασίλεια. Deinde omnes ἀνακτόρων : corr. Mai. Cfr. XI, 262.

204. Videtur supplendum initio καί, vel legendum συμμάρψαντες.

Καὶ τότε δ' ἁγνὸς ἄναξ, ὅστ' ἔλλαχε γράμματος ἀρχὴν,
Ἐχθροὺς ἡγεμονῆας ἀμειψάμενος περὶ νίκης,
Φέρβεσθαι σκυλάκεσσι καὶ οἰωνοῖσι μεθήσει.
Αἶ αἴ σοι, πυρίκαυστε πόλις, μεγαλόσθενε Ῥώμη,
Ὁππόσα δεῖ σε παθεῖν, ὁπόταν τάδε πάντα γένηται.
Ἀλλὰ μέγας βασιλεὺς ὁ περίκλυτος ἀμφὶς ἔπειτα
Χρυσῷ τ' ἠλέκτρῳ τε καὶ ἀργύρῳ ἠδ' ἐλέφαντι
Ἐξεγερεῖ πᾶσάν σε, καὶ ἐν κόσμῳ προτερήσεις
Κτήμασι, καὶ ναοῖς, ἀγοραῖς, πλούτοις, σταδίοις τε,
Καὶ τότε δ' αὖθις ἔσῃ πᾶσι φῶς, ὡς τὸ πρὶν ἦσθα.
Αἶ μέλεοι Κέκροπες, καὶ [Ἀργεῖοι], ἠδὲ Λάκωνες,
Οἳ περὶ Πηνειόν τε, βαθύσχοινόν τε Μολοσσὸν,
Τρίκκην, Δωδώνην τε, καὶ ὑψίτμητον Ἰθώμην,
Αὐχένα τε [Πιέρου] τε, μέγαν περὶ ῥίον Ὀλύμπου,
Ὄσσαν, Λάρισσάν τε, καὶ ὑψίπυλον Καλυδῶνα.
Ἀλλ' ὁπόταν μέγα σῆμα Θεὸς μερόπεσσι ποιήσῃ,
Ἠμερίην σκοτόεσσαν ἀμολγαίην περὶ κόσμου,
Καὶ τότε σοι, βασιλεῦ, τέλος ἔσσεται, οὐδὲ φύγοις ἂν
Ὀξὺ κασιγνήτοιο βιὸν βεβολημένον εἰς σέ.
Καὶ τότε δ' αὖτ' ἄρξει θυμοφθόρος ἄσπετος αἴθων,
Ἐκ γενετῆς βασιλῆος ὃς Αἰγύπτου γένος ἕξει,
Ὁπλότερος μὲν πολλῷ, ἀρειότερος δὲ συναίμου,
Ὀγδώκοντ' ἀριθμῶν ὅστ' ἔλλαχεν ἔντυπον ἀρχήν.
Καὶ τότε δ' ἀθανάτοιο Θεοῦ θυμαλγέα μῆνιν
Κόσμος ἅπας κόλποις ὑποδέξεται εἵνεκα τιμῆς.
Ἔσται γὰρ μερόπεσσιν ἐφημερίοις ἀνθρώποις
Λιμοὶ καὶ λοιμοὶ, πόλεμοί τ' ἀνδροκτασίαι τε,
Καὶ σκότος ἀκάματον καὶ ἐπὶ χθόνα μητέρα λαῶν,
Ἠδ' ἀκαταστασίη καιρῶν, καὶ ἀμείλιχος ὀργὴ
Οὐρανόθεν, σεισμοί τε, κεραυνοί [τε] φλεγέθοντες,

205. Ἁγνὸς ἄναξ sæpe alibi de Messia : hic autem de bono quovis principe.

208. Codd. αἶ αἶ σύ, contra usum Sibyllinum.

212. Codd. προτερήσει.

213. Cfr. VIII, 123, sqq.; III, 58, sqq., et in his ipsis ultimis libris, XIII, 64, etc.

214. Cfr. III, 294, et supra, 48.

215. Κέκροπες, inusitatum omnino pro Κεκροπίδαι : sed vide supra Βαβυλῶνας, V, 115, et XIII, 32. Deinde codd. omnes, δαρεῖοι, sine sensu, ubi Mai. e conj. Δαύλιοι: nos Ἀργεῖοι, dubitanter : nec tamen multum nos moratur in Ἀργεῖοι media male correpta, Sibylla in diphthongis sæpe peccante.

216. Μολοσσός ignotus est amnis, qui ob circumstantia locorum nomina videtur in Thessalia quærendus. Nobis

Regnandi studio; tum, cujus litera prima,
Rex castus cæsos armis victricibus hostes
Opprimet, atque avibus prædam canibusque relinquet.
Væ tibi, Roma potens, urbs flammis debita, quantum
Heu! patiere mali, quum fato hæc omnia fient!
Sed te de mediis rex inclitus eruet umbris:
Auroque argentoque, ebore electroque corusca
Rursus eris; rursus toto celebraberis orbe,
Ædibus et templis, stadiis ornata forisque;
Lumen eris rursus populis, velut ante fuisti.
Ah! miseri Cecropes, vos Argivi atque Lacones,
Et qui Penei ripas, qui stagna Molossi,
Triccam Dodonamque et celsam habitatis Ithomen,
Pieriumque jugum magni prope culmen Olympi,
Ossam Larissamque et turrigeram Calydona!
Sed Deus ostendet signum mortalibus ingens,
Offusas luci tenebras, noctemque diurnam.
Et jam finis adest, o rex, tibi, nec grave fratris
Effugies telum rabie irrumpentis atroci.
Huic alter, gestans animos in corde ferinos,
Succedet, satus Ægypti de sanguine regis,
Fratre minor natu, sed dextra fortior, et quem
Litera fatali notat octogesima signo.
Quo regnante graves æterni Numinis iras
Excipiet gremio, scelerum pro munere, tellus.
Nam simul incumbent mortalibus undique cæcis
Pestes atque fames, bellum cædesque virorum,
Et nox perpetua, et terris, quacumque patescunt,
Tempora vi convulsa, Deique immane furentis
Arbitrio, motus terrarum ac fulmina dira,

certe magis placeret βαθύσχοινον τ' Ἀχελῷον, ut intelligatur Achelous, non ille in Epiro et in Sicilia omnibus notus, sed alter in Thessalia.

217. Cfr. Iliad. β, 729.

218. Codd. πτερικοῦ, ubi nos e conj. Πιέρου, etsi prima male corripitur. Finis versus ex Homero, Il. θ, 25, ubi tamen prior in ῥίον corripitur.

220. Sic supra III, et alibi.

221. An περὶ κόσμον? Cfr. IV, 56.

225. Cfr. III, 213.

226. Codd. πολλῶν ἀριστερός (sic).

227. Codd. ὀγδοήκοντα, et ὃς ἔλλαχεν.

228, sq. Cfr. I, ult.

229. Idem finis alio sensu, V, 157.

232. Vacat καί in medio versu.

233. Καιρούς intellige de tempestatibus anni, et cf. II, 157. Infra quoque, 299.

234. Sub finem, τε additum e conj.

[Καὶ λάϊνοί] θ' ὑετοὶ καὶ αὐχμηραὶ ψεκάδες [τε].
Σείετο δ' αὖ Φρυγίης γαίης αἰπεινὰ κάρηνα,
Σείοντο Σκυθικῶν ὀρέων πόδες, ἔτρεμεν ἄστυ,
Ἔτρεμε δὲ χθὼν πᾶσα μετὰ σφίσιν Ἑλλάδος αἴης.
Πολλαὶ δ' αὖτε πόλεις τε Θεοῦ μέγα θυμήναντος
Πρηνισμοῖς πεσέονται ὑπ' αἰθαλόεσσι κεραυνοῖς
Καὶ κοπετοῖς· κοὐκ ἔστι φυγεῖν χόλον, οὐδ' ὑπαλύξαι.
Καὶ τότε δ' αὖ πέσεται βασιλεὺς στρατιῆς ἀπὸ χειρὸς,
Βληθεὶς, οἷά περ οὔτις, ὑπὸ σφετέρων ἀνθρώπων.
Τὸν μέτα Λατίνων πολλοὶ πάλιν ἐξεγεροῦνται
Ἄνδρες πορφυρέην λώπην ἀμφειμένοι ὤμοις,
Οἳ κλήρῳ στέρξουσι λαβεῖν βασιλήϊον ἀρχήν.
Καὶ τότε τρεῖς βασιλῆες ἐπ' ἀγλαὰ τείχεα Ῥώμης
Ἔσσονται, δύο μὲν πρῶτον ἀριθμὸν κατέχοντες,
Εἷς δὲ φέρων νῖκος τὸ μετώνυμον, οἷά περ οὐδείς.
Στέρξουσι Ῥώμην αὐτοὶ καὶ κόσμον ἅπαντα,
Κηδόμενοι μερόπων, ἄνεσις δ' οὐκ ἔσσεται αὐτοῖς.
Οὐ γὰρ ἔφυ κόσμῳ Θεὸς ἵλαος, οὐδὲ μὲν ἔσται
Ἤμερος ἀνθρώποις, ὅτι δὴ κακὰ πολλὰ ἔοργαν.
Τούνεκεν αὖ βασιλεῦσιν ἀεικέα θυμὸν ἐποίσει,
Παρδαλίων τε λύκων πολὺ χείρονα· τοὺς γὰρ ἀφειδῶς
Χαλκεοθώρηκες παλάμαις ἰδίαισι λαβόντες,
Ἀπρήκτως τμηθέντας, ἀνάλκιδας οἷα γυναῖκας,
Ἐξολέσουσιν ἄνακτας ἐπὶ σκήπτροισιν ἑοῖσιν.
Αἲ μέλεοι, Ῥώμης ἐρικυδέος ἔξοχοι ἄνδρες,
Ψευδαπάταις ὅρκοισι πεπεισμένοι ἐξαπόλησθε.
Καὶ τότε δὴ πολλοὶ δορυκοίρανοι, οὐ κατὰ κόσμον,
Φῶτες ἐφορμηθέντες ἀφαιρήσουσι γενέθλην
Αἵματι πρωτογόνων ἀνδρῶν . . . .
Δὶς τοίην δ' οὐ πρῶτον [ἄγοι μοίρην ποτὲ] δαίμων·
Πάντας δ' ἀνθρώπους ἰδίοις ἔργοισιν ὀλέσσει.

235. Codd. κελαινοί (cfr. XII, 75), et in fine, ψεκάδες sine τε : nos utrumque corr.

237. Ἄστυ non patet quam civitatem intelligat poeta, nisi Athenas.

241. Codd. κουκέτι, ubi nos κοὐκ ἔστι.

243. Sic infra, 249, οἷά περ οὐδείς, « ut nemo, præ ceteris » : cfr. XI, 194.

245. Codd. λώβην : sed cfr. III, 380, et ibi not.; item XI, 216, etc.

247. Codd. βασιλεῖς.

249. Codd. νεῖκος : sed aperte nomen aliquod intelligendum victoriæ affine, ut Nicias, Nicetas, Nicephorus, etc.

252. Codd. sub finem, οὐδέ μιν.

Queis addas lapidumque imbres roresque cruentos.
Hinc Phrygiæ nutant excelsa cacumina terræ,
Nutant et Scythici montes radicibus imis.
Urbs tremit, immenso tremit omnis Græcia motu.
Multæ autem, quatiente Deo, de sedibus urbes
Exsilient subito impulsu, tam crebra tonabunt
Fulmina, fas nec erit sonitum vitare nec ictum.
Tum cadet infanda rex proditione suorum,
Castrensem passus, qualem nemo ante, furorem.
 Post hunc certabunt multi dare jura Latinis,
Purpureas regni exuvias sibi quisque trahentes,
Quas tandem sortis partiri lege placebit.
Atque ibi tres reges super ardua mœnia Romæ
Imperium accipient, quorum tibi litera monstrat
Prima duos, alium victoria nomine signat.
Hi Romam atque suis orbem relevare ruinis
Contendent, nec finis erit requiesve laborum.
Nam neque jam parcet Deus aut ignoscet ab alto
Terrarum populis, quoniam mala multa patrarunt.
Ergo terribilem conflabit regibus iram,
Pardis atque lupis graviorem, ipsosque cruentis
Correptos manibus vis loricata virorum,
Femineam veluti prædam, discerpet inermes,
Sceptra simul calcans, simul ipsa cadavera regum.
Ah! miseri proceres Romæ omnipotentis, iniquæ
Perfidiam linguæ et perjuria fœda luetis.
 Tunc aderunt multi cunctis e partibus orbis
Pugnaces, bello intrepidi, stirpemque priorum
Funditus evertent hominum . . . .
Huic similem non ulli unquam bis ferre laborem
Fata dabunt; factisque suis genus omne peribit.

255. Codd. παρδαλίῳ (sic) et χεῖρον et αὐτούς pro τούς. Cfr. II, 268.

259. Codd. αἶ μέλεα: corr. Mai.

260. An ἐξαπολεῖσθε? Cfr. II, 267.

261. Codd. οἳ κατὰ κόσμον: sed cfr. III, 358.

262. Codd. in fine γενέσθαι, unus γενέθλαι, unde nos γενέθλην.

263. Lacuna eadem in omnibus.

264. Codd. ἄγειν οἰκτρὴν τότε, ubi nos ἄγοι μοίρην ποτέ, sensu ita saltem utcumque stante; nec prorsus male, si πρῶτον accipiatur tanquam πρότερον, quod sensus magis quam grammatica postulat. Utique cfr. VIII, 171, unde manifesto ductus hic versus, et infra, 303.

Ἀλλὰ Θεὸς πάλιν [ἄξει] ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντας
Εἰς κρίσιν ἐλθέμεναι, ὁπόσοι κατατεκμήραντο,
Αὐτοὶ ἐπιφράσσονται ἐν ἀλλήλοισι βαλόντες,
Αὐτὴν εἰς [κατά]κρισιν ἐφιέμενοι κακότητος.
Πολλὰ μὲν ἑξῆς ἄστρα καὶ ἀκτινόεντα κομήτην,
Πολλοῦ ἐπερχομένου πολέμου καὶ δηϊοτῆτος...
Ἡνίκα δ' αὖ χρησμοὺς συνάγῃ πολλοὺς περὶ νήσων,
Φραζόμε[νος] ξείνοισι μάχην καὶ δηϊότητα
Ἀργαλέην τε ἄτην ἱερῶν, λέξει δὲ τάχιστα
Πυροὺς καὶ κριθὰς συνάγειν ἐν δώμασι Ῥώμης,
Εἰς ἄφενον σπεύδοντι, ἐπὶ δυοκαίδεκα μῆνας,
Καί τε ταλαίπωρος πόλις ἔσσεται ἤμασι κείνοις.
Εὐθὺς δ' εὐδαίμων πάλιν ἔσσεται οὐ κατὰ μικρόν·
Ἡσυχίη δ' ἔσται, ὁπόταν τὸ κρατοῦν ἀπόληται.
Καὶ τότε Λατίνων γενεὴ πύματος βασιλήων
Ἔσται, καὶ βασιλεία μετ' αὐτὴν ἐξαναφύσει,
Παῖδες καὶ παίδων γενεὴ ἀσάλευτος ὑπάρξει·
Ἔσται γὰρ γνωστή οἱ, ἐπεὶ Θεὸς αὐτὸς ἀνάσσει.
Ἔστι δέ τις γαίη, φίλη τροφὸς ἀνθρώποισι,
Κειμένη ἐν πεδίῳ· περὶ δ' αὐτὴν Νεῖλος ὁρίζει
Πᾶσαν ἐπουρίζων Λιβύην ἠδ' Αἰθιοπίαν.
Καὶ Σύροι ἁρπάξουσιν ἐφήμεροι ἄλλοθεν ἄλλος
Πᾶσαν ἀπαρτίην τῆσδ' ἐκ γῆς· [ἦ] μέγας ἔσται
Κεδνὸς ἄναξ βασιλεύς, παίδων [ἕνα] φῶτ' [ἐπι]πέμπων,

— 284, sqq. [Hinc a reliqui imperii fatis peculiarius ad res Ægyptias transit poeta.] Ægyptus a Syris [id est, a Persis] vastata auxilium et vindicias flagita-

266. Codd. αὔξει, ubi nos ἄξει.

267. Codd. ὅσοι pro ὁπόσοι.

268. Deesse videtur aliquid initio; sensus enim est ἃ αὐτοὶ ἐπιφράσονται: cfr. IV, 38, sq.

269. Codd. Maiani, αὐτὴν ἰσόκρισιν, barbare. Monacensis, αὐτὴν εἰς κρίσιν. Nos utcumque corr. nec fortasse sine veri specie: nam in fabulosa voce ἰσόκρισιν potuit ο nasci ex compendio præpositionis κατά librariis non intellecto.

270, sq. Ex VIII, 191, 193. Verbo caret syntaxis; sed ellipsis potius est quam lacuna.

272. An potius ἡνίκα δ' ἄν? Pro περὶ νήσων rectius esset περὶ νήσους. De oraculis etiamtum exstantibus, vide not.

273. Codd. φραζόμενοι, pro quo Friedl. φραζομένους, e conj.: nos φραζόμενος, id est « consulens, responsum ab oraculis ferens », magis profecto græce quam infra, 301, φράζουσι pro φραζομένοις, « consulentibus, interrogantibus ». Sed solet Sibylla duas verborum voces, activam et mediam, quasi promiscuas confundere.

274. Codd. ἱερόν, nisi unus ἱεράν, utrumque male: corr. Friedl. et favet ἱεροσυλία ναῶν, II, 14. Statim codd. omnes λέξει, pro quo mallemus λέξῃ,

Nam Deus ipse homines, mala corda, pudore carentes,
Supplicio addicet, verbis quicumque malignis
Contendent sua probra alienæ infundere vitæ,
Ipsum ad judicii finem peccare tenaces.
Astra quidem multa et radiantem luce cometen,
Instantis belli signum horrendique tumultus...
Ast ubi fatidicas, quas insula plurima mittet,
Contulerit sortes, bellumque et prælia norit
Externo a populo, templisque instare ruinam,
Hordea tunc edicet et annua farra parari,
Si quis amat lucrum, magnæ intra mœnia Romæ,
Bis sex ut valeat durando vincere menses
Urbs nimis infelix : felix tamen illa vocanda,
Quum pax rursus erit, quum vis inimica fatiscet.
Sed fato soboles erit hæc extrema Latinis
Regibus. Inde novi surget dominatio regni,
Natos atque diu seros rectura nepotes,
Præsens quippe Deo, quoniam Deus imperat ipse.
Est vero tellus, hominum gratissima nutrix,
Pinguibus arvorum spatiis, ubi Nilus abundans
Æthiopas Libyasque vago discriminat amne.
Hanc Syriæ gentes crebris incursibus olim
Diripient, prædasque abigent impune per agros,
Donec rex aliquis mittet bene providus unum

bit ab illo, qui tum regnabit, imperatore, isque ad opem ferendam suum ipse mittet filium [gratuita et fortuita hæc omnia]. —

sicut infra, 301, scribi, construendum nempe cum ἡνίκα seu plenius ἡνίκα ἄν, quod præcessit.

276. Ex Hesiodo, Oper. 24, ubi pariter ἄφενον legitur, quamvis minus usitate pro ἄφενος. Hic vero videtur hæc vox mercedem indicare iis promissam qui plurimos commeatus, urgente obsidionis metu, importaverint.

280. Πύματος in fem. pseudo-atticum est, ut alia bene multa in Sibyllinis : cfr. Exc. nostr. Ceterum notabilis maxime hic locus, quia magna ex parte videtur hinc esse sumpta prophetia quam legimus interpolatam lib. VIII, 131, sqq., ubi vide not.

282. Codd. ὑπάρχει.

283. Lectio certa, sensus obscurus.

284. Cfr. III, 218, et XIII, 43. Prior autem in φίλη producitur Homerica licentia.

285. Cfr. XIII, 44.

287. Codd. ἀπάρξουσιν.

288. Codd. ἀπαρτίην (unus pessime ἁμαρτίαν) τῆς δεκτῆς (sic), ac deinde σοί ubi nos ἧ, e conj. quidem, satis tamen certa, et tribus proxime secuturis versibus, omnino laborantibus, opem ferente non dubiam.

289. Codd. παίδων καὶ φώτεσι πέμπων, sine sensu : nos corr. Sensus autem totius loci ex Argumento petendus.

Καὶ δεινὸν φρονέων περὶ δεινοτάτοις ἐπὶ πᾶσιν,
Ἰταλίης πάσης μεγαλόφρονος [οἴσει] ἀρωγὸν
Καρτερόν. Ἡνίκα δ' Ἀσσυρίης ἐπὶ οἴνοπα πόντον
Ἔλθῃ, καὶ Φοίνικας ἑοῖς οἴκοις δ' ἀλαπάξει,
Λυσόμενος πόλεμόν τε κακὸν καὶ φύλοπιν αἰνήν,
Τῶν δύο κοιρανιῶν ἐπὶ γῆς εἷς κοίρανος ἔσται.
Νῦν δὲ τέλος πολύμοχθον Ἀλεξανδρεῦσιν ἀείσω.
Οἱ δ' ἱερὴν Αἴγυπτον ἀπήμονα τὴν ἀσάλευτον
Βάρβαροι οἰκήσουσιν, ὅταν φθόνος ἔκποθεν ἔλθῃ.
Χεῖμα θέρος ποιεῖ· τότε θέσφατα πάντα τελεῖται.
Ἀλλ' ὁπόταν τρεῖς παῖδες Ὀλύμπια νικήσωσι,
Κἂν μὲν δὴ φράζουσι θεόκλυτα θέσφατα λέξῃ
Αἵματι τετράποδος γαλαθηνοῦ πρῶτα καθῆραι,
Τρὶς τοίνυν Ὕψιστος ἄγοι δειρὴν τότε δεινήν,
[Εὖτ' ἂν] πενθαλέον δόρυ μακρὸν πᾶσι τανύσσῃ·
Αἷμα πολὺ ῥεύσει τότε βάρβαρον ἐν κονίῃσι,
[Ξείνοις] ἀξείνοισιν ὅταν πόλις ἐξαλαπαχθῇ.
Ὄλβιος ὃς τέθνηκε, καὶ ὄλβιος ὅστις ἄτεκνος.
Τὸν γὰρ δὴ δούλειον ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει
Ὁ πρὶν ἐλευθερίῃσιν ἐπώνυμος ἡγεμονήσας,
Βουλὰς ἔμπροσθεν μὲν ἀοίδιμος οὗτος ἑλίσσων·
Τοίην δουλοσύνην θήσει πολύεδρον ἀνάκτων.
Καὶ τότε δὴ Σικελῶν στρατὸς αὐτίκα δύσμορος ἥξει,
Δεῖμα φέρων, ὁπόταν [πολυβάρβαρον ἔθνος] ἐπέλθῃ.
Καρπὸν ἐπὰν φύσῃσι, διατμήξουσιν ἀρούρης.
Τοῖς κακὸν [ἀντὶ κακοῦ] δώσει Θεὸς ὑψικεραυνός·

— 296, sqq. Postea vero [gratis id quoque] Alexandria in barbarorum delapsa manus, non sine magno utrinque sanguinis effluvio, servile jugum subibit. — 312, sqq. Siculorum [an potius Scytharum?] in Ægyptum incursio. —

291. Codd. οἶσιν, ubi nos οἴσει. Deinde Maius e conj. ἀρωγός scripserat et καρτερός (sic), nomin. pro acc., videlicet ut ad κεδνὸς ἄναξ referretur : sed repugnant codices. Totum locum nos utcumque refecimus.

297. Οἱ δ' obscurum est, et sane vacat, nisi barbaros Ægyptiis opponit.

298. Codd. βάρβαρον. Certum est βάρβαροι : sed quinam isti? An Scythæ, ut infra, 311, sqq.?

299. Ex VIII, 215.

301. Codd. φράζωσι : nos φράζουσι pro φραζομένοις, « oraculum consulentibus », activa nempe voce pro media, licenter magis quam græce, sed ex usu Sibyllino : cfr. supra, 273.

303. Ductus partim versus ex Homero, Iliad. α, 528, quique ideo magis quam hic deceat, profanus videri possit; ceterum conferendus cum Sibyllinis VIII, 171, et supra, 264.

De natis, et mente pericula cuncta volutans,
Ire volet miseris Italo de litore magnum
Ultorem. Hic postquam Syriæ maria alta superbæ
Venerit, inque sua Phœnices vicerit ora,
Imponens bello finem et discordibus armis,
Tum geminum in terris regnum rex unus habebit.
Sed tibi, Alexandria, malum prædicere finem
Tempus adest. Longum Ægyptus pacata per ævum,
Externas furias et barbara vincla subibit.
Fiet hiems æstas, nec erunt oracula vana.
Hinc ad Olympiacæ venient quum præmia palmæ
Tres pueri, quamvis moneant oracula divum
Sanguine quadrupedis teneri commissa piare,
Ter dabit Altipotens concusso vertice nutum :
Qui simul horrificam cunctis intenderit hastam,
Barbaricus large fluet atro in pulvere sanguis,
Quando urbem miseram vastabit inhospita turba.
Felix qui vita tunc et qui prole carebit!
Ipse etenim tum colla jugo servilia subdet,
Qui libertatis specie gaudebat honesta,
Multa olim præclara, nihil nunc tale volutans :
Tantum servitii crebris sub regibus instat!
Protinus infaustum [Scythicis] venit agmen ab oris :
Barbara terrorem gens inferet illa, novasque
Arvorum segetes tenera depascet in herba.
Sed Deus his malefacta mala mercede rependet :

304. Codd. οὗ γ' ἄν, ubi nos εὖτ' ἄν, probabili fortasse conjectura, quæ tamen nec omnibus doctis nec nobis omnino satisfacit : vide not.

308. Cfr. III, 448; XI, 67.

309. Codd. ὃς πρίν, et in fine, εἲς ἐμονάσεις vel ἐμονώσεις, nullo sensu; corr. Mai. Quis autem ille nunc servire jubetur, olim libertatis impotens, nisi populus ipse Alexandrinus?

310. Codd. ἀοίδιμον : corr. Mai. : sed vellemus pro οὗτος rescribi οὐκέθ', unde transitus fiat ad versum sq.

311. Δουλοσύνην πολύεδρον ἀνάκτων, servitutem intellige sub multis non simul, sed vicissim regnantibus [Romanis videlicet imperatoribus] patiendam. Cfr. V, 111.

312. Pro Σικελῶν quidni Σκυθέων?

313. Codd. πάλιν βάρβαρος ἐπέλθῃ, versu sic mutilo. Et post βάρβαρος facile suppleri potest ὄχλος : sed πολυβάρβαρον ἔθνος scripsit alibi Sibylla, III, 520.

314. Codd. ἐπὰν φύσωσι : nos corr. ut idem valeat φύσησι quod φυῇ, « creverit », minus licet grammatice. In fine, codd. ἀρούρας, pro quo nos ἀρούρης, clariore seusu.

315. Codd. ἀντ' ἀγαθοῦ : nos corr. ex libro VIII, 280.

Ξεῖνος ξεῖνον ἀεὶ προνομεύσας χρυσὸν [ἀπέλθῃ].
Αὐτὰρ ἐπὰν δὴ πάντες ἐπόψονθ' αἷμα λέοντος
Θυμοβόρου, φονία θ' ἥξει ἐπὶ σῶμα λέαινα
Αὐτοῦ κακκεφαλῆς, σκῆπτρον δ' ἀπορίψει ἀπ' αὐτοῦ·
Ὡς δ' ὁπόταν ἐν δαιτὶ φίλῃ γεύσονται ἅπαντες
Λαοὶ ἐν Αἰγύπτῳ, τελέουσι δὲ καρτερὰ ἔργα,
Ἄλλος δ' ἄλλον ἔρυκε, πολὺς δ' ἀλαλητὸς ἐν αὐτοῖς·
Ὡσαύτως [καὶ] τάρβος ἐπέσσεται ἀνθρώποισι
Μαινομένης ἔριδος, πολλοὶ δ' ἀπόλοιντο καὶ ἄλλοι
Ἀλλήλους κτείνοντες ὑπὸ κρατερῆς ὑσμίνης.
Καὶ τότε κυανέαις φολίσι πεπυκασμένος ἥξει·
Ἥξουσι δύο ἄλλοι [ἀπρόσφιλοι] ἀλλήλοισι,
Καὶ τρίτατος αὐτοῖσι κριὸς μέγας ἐκ Κυρήνης,
Ὃν πρὶν ἔλεξα φυγόντα μάχῃ παρὰ χεύμασι Νείλου.
Ἀλλ' οὐδ' ὡς ἄπρηκτον ὁδὸν τελέουσιν ἅπαντες.
Καὶ τότε μὲν μεγάλων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν
Ἔσσονται μήκη πολυήσυχα. Αὐτὰρ ἔπειτα
Θήσετ' ἐν Αἰγύπτῳ πόλεμος πάλι δεύτερος αὐτοῖς.
Καυχίη δ' ἔσται, νῖκος δ' οὐκ ἔσσεται αὐτοῖς.
Ὦ μέλεοι [χειρώνακτες] πόλεως ἐπισήμου.
Καὶ πολέμοις σκύλευμα γενήσεται οὐκ ἐπὶ δηρόν.
Καὶ τότε δὴ χώρης πολλῆς ὁμοτέρμονες ἄνδρες
Φεύξονται δειλοί, [δειλοὺς] δ' ἄξουσι τοκῆας.
Καὶ πάλιν ἐγκύρσουσι [πόλει], μέγα νῖκος ἔχοντες·

— 317, sqq. [Ab hoc versu redimus jam ad veriora, quippe vatis ipsius temporibus propiora.] Exstincto leone [Odenato, certissime : nam vide XIII, 165, sqq.; XIV, 12, sqq.], leæna [Zenobia nempe] regnum capesset, unde surgent in Ægypto civiles tumultus. — 326, sqq. Serpens [nempe Persarum rex, uti supra, XIII, 164, 168], tresque alii minus noti, unus tamen aries dictus atque ex Cyre-

316. Codd. in fine ἀπεχθῆ.

318. Codd. φονία τ' ἐπὶ σώματι ἥξει λέαινα, Zenobia nempe: cfr. Arg. ad h. l. et vide not.

322. Codd. εὔρυκε vel νεύρυκε, unde Mai. εὕρηκε : nos corr.

323. Codd. ὡσαύτως ἐπεὶ καὶ τάρβ.

325. Quinam isti sint quatuor hostes, non satis patet; an, ut in Argumento conjecimus, tres præfecti de imperio contendentes? vide not.

326, sqq. Cfr. XIII, 160, sqq.

327. Vulg. μωρόθεοι, ubi nos ἀπρόσφιλοι ex Monacensi codice, nisi nos schedæ nostræ fallunt : Friedliebius enim, fide dignissimus, μωρόθεοι videtur ibi quoque legisse.

329. Codd. μάχης, pro quo nos græce magis μάχῃ. Deinde ὃν πρὶν ἔλεξα accedit ad imitationem libri V, 150 : sed quod ad rem attinet, nihil tale videmus antea dixisse Nostrum.

330. An potius, ἀλλὰ καὶ ὥς? Ita certe postulat sensus.

Advena quod tulerit, novus auferet advena lucrum.
Quum vero occumbet vis impacata leonis
Sanguineam eructans animam, capitique leæna
Insultabit ovans, et sceptrum avellet inulto;
Tum, velut ad festæ currunt ubi gaudia mensæ
Ægypti cives, manibus certare parati,
Impelluntque alios alii, ferit æthera clamor,
Talis erit turbæ properantis ad arma tumultus,
Is rixæ furor, is fremitus, multique peribunt
Mutua miscentes immani funera bello.
Hinc unus squamis immane micantibus horrens,
Infensique sibi venient duo, tertius inde
Cyrenes aries ingens, quem diximus olim
Devictum bello fugisse ad litora Nili;
Et tamen ille viæ fallet labor irritus omnes.
Tum vero, magnis in se vertentibus annis,
Tempora decurrent placidissima, donec atrocis
Rursus in Ægypto jacientur semina belli.
Fastus erit linguæ : sed non certamine vincent.
Ah! miseri artifices urbis super omnia claræ!
Fiet enim, fiet belli teterrima præda,
Nec diuturna tamen. Fugient e finibus illis
Indigenæ bello trepidi, trepidosque parentes
In longinqua trahent. Sed mox ad prælia versi,

naïde profectus [tres istos suspicamur totidem præfectos esse Romanos vacuum imperium ad se trahentes], Ægyptum sibi subdere meditabuntur. — 331, sqq. Bella Alexandriæ intestina Ægyptios inter et Judæos : ac primum Alexandrini, lingua licet prætumidi, vincuntur; mox iidem rursus Judæos vincunt, pellunt usque ad maris litus. —

333. Pro θήσετ', an potius ἔσσετ' aut στήσετ', utrumque magis græce?

334. Maiani codd. καυχίη, id est « superbia et jactatio » præsumptæ ab Alexandrinis victoriæ : Monacensis autem, ναυμαχίη, nisi aut Friedliebium oculi fefellerunt, aut nos schedæ nostræ : certe hoc loco de navali prælio vix agi potest, sicut alibi dicemus : vide not. Deinde codd. male, νεῖκος (unus melius νῖκος) δ' αὐτοῖσιν οὐκ ἔσται : nos corr.

335. Codd. ὦ μέλεοι, ut nos, pro quo magis Sibyllinum esset ἆ μέλεοι, ut IV, 161, vel αἲ μέλεοι, ut supra, 259. Deinde codd. χείρων ἔσται : nos corr. satis, etsi quis aliter sentiat, feliciter.

337. Intellige non, ut alicui placuit, vicinas gentes, sed suburbanos late circum habitantes.

338. Codd. δολίους, ubi nos δειλούς.

339. Codd. παῖδα, Mai. e conj. ποδί, ubi nos πόλει itidem e conj. Deinde vide an malis, πάλιν δ' αὖ νῖκος ἔχοντες, sensu ita suadente.

Ἰουδαίους ὀλέσουσι μενεπτολέμους ἀνθρώπους,
Ἄχρις ἁλὸς πολιῆς κεραΐζοντες πολέμοισι,
Ποιμένες ἀμφότεροι περὶ πατρίδος ἠδὲ τοκήων·
Θήσει δὲ φθιμένοισι τροπαιοφόρων γένος ἀνδρῶν.
Αἲ, ὁπόσοι φῶτες περὶ κύματα νηχήσονται.
Πολλοὶ γὰρ κείσονται ἐπὶ ψαμαθώδεας ἀκτάς·
Ξανθὰ κάρηνα πέσονται ὑπ' Αἰγυπτίων πετεηνῶν·
Δὴ τότε τῶν Ἀράβων μετελεύσεται αἷμα βρότειον.
   Ἀλλ' ὅταν αὖτε λύκοι κυσὶν ὅρκια πιστώσονται,
Νήσῳ ἀμφιρύτῃ, τότε πύργων ἄνστασις ἔσται,
Ἀνέρες οἰκήσουσι πόλιν τὴν πολλὰ παθοῦσαν.
Οὐκέτι γὰρ δόλιος χρυσὸς οὐδ' ἄργυρος ἔσται,
Οὐ κτῆσις γαίης, οὐ δουλείη πολύμοχθος·
Ἀλλὰ μίη φιλότης τε καὶ εἷς τρόπος εὔφρονι δήμῳ·
Κοινὰ δὲ πάντ' ἔσται, καὶ φῶς ἶσον βιότοιο·
Ἐκ γαίης κακίη καταδύσεται εἰς ἅλα δῖαν.
Καὶ τότε δ' ἐγγὺς ἔην τὸ θέρος μερόπων ἀνθρώπων.
Ταῦτα τελεσθῆναι κρατερὴ ἐπικείσετ' ἀνάγκη.
Οὐ λέξει τότε τις μεμνημένος ἄλλος ὁδίτης,
Ὥς ῥά ποτ' ἀμπαύσει μερόπων γένος ὀλλυμένων περ.
Καὶ τότε δ' ἁγνὸν ἔθνος πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσει
Εἰς αἰῶνας ἅπαντας ἅμ' ἰφθίμοισι τοκεῦσιν.

— 348, sqq. Pax denique in insula [Pharo videlicet] inter utrosque componitur. — 351, sqq. Quam pacem aurea quædam sequetur ætas, cum sanctæ gentis [id est, Judæorum] per orbem universum perque omnes ætates dominatione.

341. Ἄχρις ἁλὸς πολιῆς, « usque ad mare », id est, usque in Pharon insulam sive quis malit, pæninsulam.

342. Ποιμένες non est sollicitanda vox : sonat enim « rectores, curatores, defensores », non raris etiam apud classicos exemplis; et sic apud Sibyllistas ποιμαίνειν, VIII, 348, « regere, gubernare »; III, 648, « procurare ».

344. Codd. αἶ αἶ ὁπόσοι. Syntaxis intricata; sensus tamen haud dubius, quasi scriptum esset : γένος τροπαιοφόρον, « gens victrix » (Alexandrina nempe), τρόπαια θήσει φθιμένοισι, id est, ἀπὸ φθιμένων, « de mortuis », nempe de Judæis in hoc prælio interfectis. Cfr. τροπαιοφοροῦσα, XII, 299.

347. Suppl. γένος ἐκεῖνο, « gens illa victrix », Ægyptia nempe, sanguinem persequetur, avide Arabum, id est, Ju-

Judæos rursus, mavortia corda, lacessent,
Et bello fractos maris usque ad litora pellent.
Ante oculos utrisque salus patriæ atque parentum,
Dum gens eversa statuat de gente tropæum.
Eheu! quam multi nabunt in gurgite vasto!
Litore arenoso quot corpora nuda jacebunt!
Flava cadent capita, Ægypti fartura volucres.
Tunc Arabum fuso se sanguine proluet hostis.
  Sed quum pacta lupos canibus socialia jungent
Insula in æquorea, tunc instaurata resurgent
Mœnia, et urbs iterum post aspera fata coletur.
Nam neque jam fallax auri argentive cupido;
Non cuiquam privatus ager; non vincula duri
Servitii: mos unus erit mensque omnibus una;
In medio cuncta, et cunctis æquabile lumen;
Ejectumque malum terris cadet in mare præceps,
Humanæ quum genti aderit jam proxima messis.
Hæc sunt quæ fieri suprema lege necesse est;
Nec jam aliquis dicet, memorans ante acta, viator
Terrigenis demum pereuntibus affore finem.
Ex illo pia gens terrarum sceptra tenebit
Claris cum patribus, producto in sæcula regno.

dæorum, communem cum Arabibus originem rufo crine (ξανθοῖς καρήνοις) prodentium. Cfr. lib. VIII, 157, unde profectus hic versus, alia tamen syntaxi.

349. An potius νήσῳ ἐν ἀμφιρ.? Pharos insula videtur intelligenda, in quam Judæi confugerant, supra, 341, sqq. Deinde codd. πύργων ἀνάστασις, pro quo Mai. metri causa, πύργου ἀνάστασις: sed nostra lectio commodior et lenior: vide not.

350, sqq. Aurea quasi ætas describitur Alexandriæ reconciliata pace quiescentis, sed hyperbolice, nec sine respectu ad futurum Messiæ regnum: vide not.

354. Codd. φῶς ἴσον ἐν βιότοιο.

356. Codd. ἦεν pro ἔην. Ductus versus ex II, 164.

357. Ex III, 572.

358. Codd. ἀλός pro ἄλλος. Cfr. II, 326.

360. sq. Codd. ἁπάσης γῆς, pro ἅπαντας, quod restituit Friedl. Ductus est autem hic cum sq. versus ex VIII, 169, sq., aliisque passim Sibyllinis locis: ita nostri vates invicem compilare solent.

NOTÆ

SIVE EDITORIS CURÆ POSTREMÆ

AD LIBROS OMNES SIBYLLINOS.

AD PROOEMIUM SIBYLLINUM.

1. Procœmium hoc, ita vulgo, sed sine auctore dici solitum, non tale semper exstitit quale nunc in edd. (nam e mstis abest) circumfertur. Quomodo liber olim integer in hanc Procemii speciem transierit, primum a compilatore Sibyllinæ collectionis mutilatus et in frusta dissectus; deinde neglectus atque amissus; sero denique nec ante hæc tria sæcula ex repertis feliciter fragmentis in hanc quam habemus formam restitutus, diximus in editionis prioris Excursu V, cap. 3, et in hujus voluminis Introductione ad Sibyllina. Confer Argumenta ipsius Procemii, et libri III, § 1.

5, sqq. Quod diximus et adversus doctiores contendimus, Procemii hujus initia omnino christianum sapere, adeo verum est, ut qui nonnullos ex his versibus, præsertim 5, 6, 25, 26, 27, 28, 30, legat, relegere putet evangelii Joannei primum caput, nisi quod ad Spiritum Sanctum, γλυκὺ Πνεῦμα, improprie hic referri videntur quæ sanctus Apostolus de Filio seu Verbo tradit. Verum hanc duarum personarum, saltem sermone tenus, confusionem primis Ecclesiæ temporibus vulgatam fuisse certum est. Quam apud quosdam ad hæresim usque processisse monstrabimus in notis ad libros VI et VII. Apud plerosque autem videtur intra verba nondum satis definita constitisse : sin minus, non reperirentur per duo et amplius sæcula affecti plus minusve vitio isto viri ceterum orthodoxia præstantes, nonnulli etiam Sancti Patres, quorum omnium catalogum protulit Witassius de Sancta Trinitate, Quæst. IX, art. 1, pag. 929.

6. Notabilis omnino Lactantiana lectio, Div. Inst. IV, cap. 6, Θεόν pro βροτῶν, de qua, tanquam incuriæ librarii aliud agentis imputanda, ambigi liceret, nisi apud Lactantium unanimi manuscriptorum consensu et veteri latina interpretatione firmaretur. Duarum igitur lectionum alterutra manifesto falsa est; at Lactantiana potius interpolata, ut Filii, quem hoc loco cum Spiritu confundi notavimus, divinitas astrueretur. Nec tamen videtur unquam prævaluisse ea scriptura, alioqui facile Arianis opponenda, quod a nemine factum occurrit.

21. Solet objici christianæ carminis hujus origini hecatombarum mentio : nec pauci ante Ewaldum, virum doctissimum, hoc argumento usi erant. Notandum tamen non commendari istud sacrificiorum genus, sed queri tantum poetam quod falsis simulacris potius quam vero Deo offerantur. Præterea multum hallucinetur de primævorum Christianorum sensibus, qui illos putet eodem quo nos odio aversatos esse cruenta sacra, quæ alii videre, alii fando audire potuerant in Hierosolymitano templo Dei ipsius jussu celebrata, eos dico qui primo sæculo exeunte vel secundo incipiente vivebant. Tamque diu man-

sit status iste animorum apud Christianos præsertim judaïzantes, ut, vel quarto et quinto sæculo, multi, Millenarii vulgo dicti, sub Messiæ regno mille annos duraturo novam terrestrem somniantes civitatem, templum in ea sibi fingerent, et altare prisco simile, et solemnitates antiquas, et primitiva sacrificia : quos homines non laudat sane divus Hieronymus, Comm. in Isaï. prolog., sed nec audet hæreseos damnare nempe ob veterum quorumdam Patrum et ipsius sanctæ Apocalypseos venerationem, verbis ibi consulendis.

28. Quodnam illud novum lumen repente mundo exortum, nisi lux ipsa Evangelii? vel nisi Filius ipse Dei, sicut in Joannis evangelio dicitur, lux ipse præclara hominibus affulgens? Et nota, nisi omnino grammaticam dedigneris, lumen illud masculino genere in hoc versu efferri, οὗτος ἰδοὺ πάντεσσι σαφής, tanquam habente poeta in animo Christum ipsum, veram lucem veramque vitam hominum.

36, sqq. Εἰ δὲ γενητὸν ὅλως μὴ φθείρεται, idem est ac pæne iisdem verbis positum ab Aristotele principium, de Cælo, I, 9, sqq. Audire te credas unam ex præmissis syllogismi alicujus peripatetici. Non igitur sine causa notavimus in Introductione ad Sibyllina Proœmium hoc, prorsus ut cognatum ipsi librum VIII, § 2, aliquid philosophicum et dialecticum redolere.

81, sqq. Non minus quam exordium hujus carminis, hic quoque epilogus christianæ ac mere orthodoxæ doctrinæ nobis manifestus est. Purior certe multis tunc e judaïco fonte manantibus et in ipsa catholica ecclesia vel receptis vel toleratis opinionibus. Nam hic quidem nullum apparet millenarismi proprie dicti vestigium; nullum terreni per mille annos regni ante judicium supremum seu Judæis sive omnibus justis promissi; nullum prioris judicii in gratiam ipsorum excogitati. Sed continuo post judicium unum atque supremum, impiis in supplicium æternum ablegatis, justi in vitam æternam recipiuntur : æternam, inquam, neque ullo annorum limite definitam, quamvis terrestrem illam quoque; sed hoc necesse erat ob sacrosanctum dogma de resurrectione carnis. Itaque sedes illorum in Paradiso ponitur (verbum hoc, e synagoga fortasse recentiore ortum, Novo Testamento proprium ac peculiare est) : ibi pane cælesti vescuntur, id est, manna, juxta ipsius Christi apud Joannem in Apocalypsi promissionem, vincenti se daturum manna absconditum : Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου : Apocal. cap. 2, v. 17. Confer omnino hunc epilogum cum alio simillimo libri IV, 183, sqq., ubi eamdem doctrinam pariterque nostræ theologiæ concordem reperies.

AD PRÆFATIONEM ANONYMAM.

Multa de hac Præfatione jam diximus quum in Excursu V, cap. 15, tum in Introductione ad Sibyllina, ubi certissimis argumentis demonstravimus :

1° Scriptam fuisse ab eo qui Sibyllinos libros antea dispersos collegit et in hodiernum corpus redegit;

2° Scriptam sexto fere sæculo atque, ut videtur, sub Justiniano imp.;

3° Quæ ibi de Sibyllis earumque libris afferuntur, pleraque ex Lactantio, non aliunde, esse desumpta;

4° Non ipsam, ut plerique credunt, ex Suida, sed Suidam ex ejus fonte suo hausisse, sicut Scholiastam Platonis ad Phædr., et Photium, et alios, qui se invicem de eo argumento exscripserunt;

5° Propriam huic Præfationi esse sedem non ut hactenus ante Proœmium Sibyllinum, sed, uti nos curavimus, ante libros I et II, quibus olim præfixa fuit, tum quum ex variorum librorum laciniis vellet supra dictus compilator historiæ sacræ corpus integrum conficere.

AD LIBRUM I.

1. Generationum computationem nullam stabilem definitamque ex Sibyllinis educi posse, quippe de ea re minime inter se concordibus, sæpe in horum carminum discussione observaturi sumus. Unum iis commune, ultimam semper haberi decimam, excepto, immo ne

excepto quidem loco uno, IV, 20, ubi fiebat olim undecimæ mentio; nunc id facillime, mutato uno apice, correctum est: confer ipsum locum et varias ibi lectiones. Confer vero, si plura quæris, editionis nostræ prioris Excursum VI, part. I, cap. 1.

81. Absurdissima etymologia nominis Ἅδης, « inferni, » de qua confer Fabricium, Bibl. Gr. tom. I, pag. 262, ed. Harl., et auctores ibi citatos. Sed alia non sanior afferetur nominis Ἀδάμ libro III, 24, sqq., ubi vide not.: ac de etymis veterum etiam doctissimorum non est hodie qui multum curet, quanto minus Sibyllistarum!

98. De Egregoris, mediæ inter angelos et homines naturæ, quia non plura vacat hic disserere, conferendi, præter Scaligerum ad Euseb. pag. 104, et Fabricium Bibl. Gr. pag. 262, ed. Harles., eumdemque ad Josephi Hypomnesticum, cap. 29, recentiores etiam critici quotquot commentati sunt in Enochi librum apocryphum, inter Armeniacos pluteos recéns repertum et a doctore Lawrence anglice versum: consulendus vero præ ceteris doctus inter doctos Sylv. de Sacy, *Magas. encyclop.* tom. I, pag. 385, et *Journ. des Sav.* 1821.

141, sqq. Nemo est ignoti paulo cupidior, quo vitio, si vitium est, totum plus minusve laborat humanum genus, qui non hæc legens ænigma divinum solvere conatus sit, id licet frustra expertis per tria sæcula jam a prima Sibyllinorum editione ingeniosissimis sagacissimisque viris. Obstitit præcipue quod ne numeri quidem, in quibus tota res vertitur, satis certi sint, duæ saltem ultimæ voces, quibus maxime summa conficitur. Nam quum ex vulgata, σύν γ' ἑπτά, numerus exsistat 1697, fragmenta quædam Sibyllina passim in mscriptis obvia, a nobis autem inter varias lectiones citata, καὶ τέσσαρες habent vel σὺν τετράσιν, unde fit numerus 1694; unum etiam, καὶ δὶς ἑπτά, unde 1704. Vulgatus numerus, cui plurimum allaboraverunt interpretes, quoquo modo tractatus, non satisfacit, neque satisfacere potest, si ad arithmeticas literarum rationes inter se collatas bonus computator attendat. Una tamen conjectura proxime videtur ad verum accedere, Guillelmi nempe Canteri, Nov. Lect. I, cap. 3 (falso plerique hunc honorem Aurato tribuerunt), legendum proponens ΘΕΟΣ ΣΩΤΗΡ, haud male, quia ΣΩΤΗΡ epitheton Dei nomini tam sæpe solet apud veteres conjungi, ut duæ voces interdum pro una haberi possint (confer vel in ipsis Sibyllinis II, 28; III, 35; VIII, 250), haud male, inquam, nisi pro 1697 numerum efficerent 1692, ita ut hoc quidem loco pro σύν γ' ἑπτά necessario legendum sit in textu σὺν δισσοῖς vel σὺν τοῖς δυσί, vel aliud quidvis audendum quod non licet. Venient fortasse codices novi qui rem dirimant. Ceterum prorsus similis griphus occurret infra, 326, sqq., de nomine redemptoris Jesu, et utrumque putamus Sibyllino nostro libro antiquiorem, male huc invectum sive a primario libri auctore sive a Sibyllinæ collectionis compilatore. In summa non miraremur esse hos quoque ingenii lusus ex officina Therapeutarum. Nam judaïzantes quilibet aut ex judaïsmo orti non debuerunt a talibus abhorrere, quum semper ad hebraïcæ literaturæ ingenium mos pertinuerit circa verborum elementa ludendi. Habemus simile exemplum in ipsa Apocalypsi de nomine Λατῖνος, Romanam ibi gentem innuente. Sed et profani scriptores in suis designandis numinibus tales aliquando griphos adhibuerunt, ut Marcianus Capella, pag. 43, sq. vet. ed., hymnum ad Solem ita concludens:

Salve, vera Deum facies vultusque paterne
Octo et sexcentis numeris, cui litera prima
Conformat sacrum nomen, cognomen et omen.

Ubi numerus 608 referendus haud dubie est, recte monente Kopp in sua Marciani editione, ad ægyptium Solis nomen ΦΡΗ, quod simul et nomen astri fuit, et cognomen ob sensus mysticos huic vocabulo tributos, et omen ob triadem literarum. Quæ nobis videntur ne ab ipso quidem Koppio satis esse perspecta, quia vir doctus et sagax, ultimo versu, mala secutus exemplaria, *nomen* in

mentis infelicissime mutavit. Ut vero ad Sibyllina redeamus, consulendus de nostro gripho præsertim Fabricius in Biblioth. Græc. tom. I, pag. 200, vet. ed., conjecturas diligenter enumerans multorum ante se doctorum : recentiores, ut par erat, istud problema neglexerunt.

150, sqq. De prædicatione Noëmi nihil in Genesi. Certum est tamen fuisse apud Judæos antiquam de ea re traditionem, quam obiter tangit divus Petrus, epist. II, cap. 2, v. 5, Noëmum vocans δικαιοσύνης κήρυκα, « justitiæ præconem ». Eodem respicit Josephus historicus, Antiq. I, cap. 3. Respicit etiam Theophilus ad Autolyc. III, pag. 129, nomen Deucalionis inde fingens deductum, tanquam : Δεῦτε καλεῖ ὑμᾶς ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν, « Venite, invitat vos Deus ad pœnitentiam ». Addit Friedliebius, vir doctus, in editione sua Sibyllinorum, introd. pag. XV, ejus traditionis vestigia apud Talmudistas reperiri et in ipso Mahumeti Corano. Nobis quidem minime dubium est exstitisse olim apocryphum aliquem librum sic inscriptum, « Noëmi prædicationem », hodie vero ita deperditum ut Fabricius ipse, non solitus quidquam aut ignorare aut omittere, nihil de isto libro memoret, neque aliud huc afferat quam fragmenta poetica ex his nostris oraculis decerpta.

261. In etymo falsissimo urbis Apameæ Ciboti, manifesto sic olim dictæ ob emporium mercibus frequens, ad biblicas autem origines incertum quando vel quomodo traductæ (a Judæis, uti videtur, mercatoribus), non est cur immoremur : multo minus in etymo græco montis Ararat, quem Noster deducit ab ἀραρέναι, « placere », tanquam ibi nactis hominibus, Noemo videlicet ejusque sociis, quietem gratissimam. Notabimus tantum de idolorum cultu, velut ex Phrygia oriundo, constare secum hunc nostrum librum, supra, 196, simulque cum eo libros VII, 13 ; III, 140, etc.

323. Post hunc versum lacunam rerum ingentem quivis statim agnoscit, quam nos in textu edendo primi notavimus. Miramur autem non huc appositam esse transitionem prosa oratione scriptam, quales aliquas infra legemus, post versum 360 et alibi. Hic quidem vellemus sic fere scriptam : Εἶτα καταλέγεται ἡ Σίβυλλα τὰς μελλούσας ἐν τῷ κόσμῳ γενήσεσθαι βασιλείας ταῖς μεταξὺ γενεαῖς ἕως τῆς δεκάτης, ἥν φησιν Ἑλλήνων ἔσεσθαι καὶ Ῥωμαίων, ἐν ᾗ καὶ φανήσεσθαι τὸν Σωτῆρα ἡμῶν Χριστὸν προμηνύει λέγουσα τάδε, Δὴ τότε καὶ μεγάλοιο Θεοῦ παῖς, κ. τ. λ. Quod latine verteremus : « Inde recenset [Sibylla] futuras in mundo regnorum successiones usque ad decimam generationem, quam prædicit Græcorum fore et Romanorum, in qua significat oriturum Servatorem nostrum Jesum Christum, ita loquens : Tum demum veniet magno Patre natus, etc. »

326, sqq. De Jesu nomine, numerum 888 more græco continente, Beda Venerabilis, comment. I in Luc., eamdem quam Noster instituit supputationem, atque inde miras infert allegorias. Vide supra not. ad 137.

359. Olim in hoc versu mentio sanctissimæ Virginis non occurrebat, teste Lactantio hunc locum citante, Div. Inst. IV, cap. 15, non ex hoc tamen libro, sed ex octavo, VIII, 278, ubi necdum apparet ista mentio, et pro puerili satis sententia, εἰς Παρθένον ἁγνήν, alia profertur egregia in codicibus Sibyllinis ita legenda, εἰς ἐλπίδα λαῶν, vel apud Lact. eodem sensu, εἰς ἐλπίδα πολλῶν. Intervenit igitur falsus aliquis emendator ut sanctissimæ Virginis nomen huc inferret. Quis vero ille, nisi compilator ipse Sibyllinæ collectionis hodiernæ? Quanquam potuit etiam scriptas jam ante se in suo libri VIII exemplari has voces invenire, sicut, nisi fallimur, illud distichum, VIII, 357, sq., II, 312, sqq., de septem sæculis humano generi concessis ejusdem Virginis intercessione, de qua plura nos ad VIII, loc. cit.

399, sq. Subobscuri sunt ultimi versus hi duo, quia pœna ista gentibus universis irrogata, ingentis, ut auctor ait facinoris causa, ἐπεὶ κακὸν ἤλιτον ἔργον, quæri potest quo crimine humano generi subeunda sit, utrum ob Judææ nationis eversionem, de qua proxime actum est, an ob Christi passionem et necem, de

qua supra, ubi certe Judæis magis quam gentilibus imputari videbatur mors Redemptoris, sic quidem sonante toto illo adversus Hebræos loco, 360, sqq. Sed litem dirimit transitio numeris solutis in metricum inserta textum post versum 360, ita habens : Τὰ περὶ τῆς ἐκμανοῦς καὶ ἀσυγγνώστου τῶν κυριοκτόνων τόλμης, καὶ τῆς διὰ τοῦτο γενομένης κινήσεως τοῦδε τοῦ παντός, ubi aperte dicitur, deicidii causa, διὰ τοῦτο, plectendus orbis universus : idque consentit cum doctrina libri VIII, 321, sqq., declarantis quatuor mundi partes cum suis omnibus regnis tanti sceleris esse conscias :

Τόσσαι γὰρ κόσμου βασιληΐδες ἐκτελέσουσι
Πρᾶξιν τὴν ἀθέμιστον, κ. τ. λ.

AD LIBRUM II.

39, sqq. De certaminibus Iselasticis nihil fere addendum iis quæ in priore editione annotata sunt, præsertim ex Plinii Jun. epist. 119, sq., variisque ad eam commentationibus : proprium nempe fuisse hoc cognomen magnis Græciæ ludis, ex quibus victor solebat in suam urbem ovans ingredi per discissam mœnium partem; auctum esse postea ludorum illorum numerum auctaque privilegia, in Asia præsertim, beneficio Trajani imp., ad quem de ea re Plinius scribit. Inde fortasse divinari potest quod aliquando quærebamus, hujus secundi libri quænam ætas primaria fuerit : ætas nempe Trajani vel huic imp. proxima, quum maxime florerent ii ludi, quia tantopere iis insistit Sibyllista, 39, sqq., et 149, sqq., ut ob oculos habuisse videatur talem victoris alicujus in patriam remeantis triumphum. Verum hæc divinatio est, neque nobis ipsis omnino probabilis ob alias in Argumento propositas causas, quibus inducimur ut potius de sæculo III cogitemus.

52, sqq. Non, ut Ewaldo placuit, viro sagacissimo, hic autem præoccupato religiosis suorum opinionibus (Dissert. pag. 84, not.), ita capiendus hic est versus ut matrimonium virginitati præferatur : quo sensu nec secum satis constaret Noster (nam vide supra, 48), nec cum Phocylide, infra, 65. Sed ii laudantur qui matrimonii leges observant, uno fœdere contenti, οἳ ἀγαπῶσι γάμον, propria ac vere classica significatione verbi ἀγαπῶ, « contentum esse ».

56, sqq. Multa de his versibus ac de toto Phocylideo carmine, cujus hic fragmentum habemus, disserui olim in Exc. meo V, cap. 11. Ibi ostendi Phocylidem, ut morum doctorem apud gentiles gravissimum, electum fuisse qui in Judæorum Alexandrinis scholis puerorum manibus et memoriæ committeretur : idque non aliquo recentiore Alexandrinæ synagogæ judicio, sed primis, nisi fallor, Ptolemæorum temporibus, ut puta sub Philadelpho, judaïcarum vix minus quam græcarum literarum fautore egregio. Certe jam Philometoris ævo Phocylideos aliquot versus aut Phocylideis simillimos usurpari vel significari videmus a Sibyllista libri III, 630, 642, 662, 762, deceptos nempe non ex ipsis poetæ operibus, sed ex memoria τοῦ νουθετικοῦ ποιήματος, « carminis suasorii », quod carmen nunc solum habemus sub ejus nomine, consarcinatum, uti modo diximus, in usum judaïcæ juventutis. Hujus in codd. quibusdam manuscriptis veterem habemus inscriptionem :

Ταῦτα δίκης ὁσίοισι Θεοῦ βουλεύματα φαίνει
Φωκυλίδης ἀνδρῶν ὁ σοφώτατος ὄλβιαδῶρα,

ejusdemque epilogum sive coronidem in hunc modum :

Ταῦτα δικαιοσύνης μυστήρια· ταῦτα βιεῦντες
Ζωὴν ἐκτελέοιτ' ἀγαθὴν μέχρι γήραος οὐδοῦ,

quo ultimo versu vel solo, si tam certus esset quam videtur, didactici poematis origo juventuti destinata proderetur : nolimus tamen ob unum versiculum, nec fortasse satis authenticum, de totius carminis ætate cavillari. Ipsum carmen temporis decursu nonnullas adulterationes esse passum, non est quod quisquam negare possit. Accepit etiam variis temporibus additamenta, præcipue quum e judaïcis scholis in christianas transisset, quod aliquando factum pro certo haberi

potest. Tamque vulgatus tamque assiduus fuit quum apud Judæos tum apud Christianos istius suasorii poematis usus, ut etiam primarii operis Phocylidei, unde excerptum fuerat, memoriam demum obscuraverit, dubiumque reliquerit utrum Phocylidæ genuina carmina sui revera essent auctoris, an ab alio subrepta ex antiquioribus Sibyllinis, quod Suidas non dubitat asserere his verbis : Εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν Σιβυλλιακῶν κεκλεμμένα. Pariter, nisi etiam impudentius, Sibylla ipsa, Homericam sibi vindicat poesim, III, 443, ubi vide not. Hinc aliqua passim Phocylidea versibus suis inseruisse Sibyllistas minime singulare ac vix annotatione dignum esset; sed totam hanc versuum plus XC pericopen, 56-148, uno tenore, eodem ordine versuum eodemque fere initio, in Sibyllinum textum introductam esse, cuivis profecto nimis audax plagiarii facinus videbitur. Itaque interpolatus totus hic locus multis recentiorum creditus est hodieque creditur. In codicibus tamen antiquioribus suo loco legitur, nulla alia nota, nisi quod margini ascriptum est nomen Φωκυλιδέω : in aliis, paucioribus minorisque auctoritatis, suppressus est ut alienus, et in finem voluminis rejectus. Utique si interpolatus habendus est, profecto non a conditore Sibyllinæ collectionis, qui ipsos et in exemplari suo repererat et genuinos credidit. Nam in transitione ad hunc librum, quam apud nos vide, pag. 50 : Εἶτα, inquit, παροιμιάζει τὴν ἄθλησιν τῶν ἁγίων, alludens videlicet ad illam cum certaminibus iselasticis comparationem, 39, sqq. Et quonam istud παροιμιάζει, nisi ad gnomicos Phocylidæ versus, παροιμίας, referendum? Quos si e textu velis recidere, jam versus 149, sqq., οὗτος ἀγὼν, κ. τ. λ., propius accedent ad priores, 39, sqq. καὶ τότε γὰρ μέγας ἀγὼν, κ. τ. λ., idemque fere sonantes, metaphoram nimis prolixam nimisque fastidiosam efficient. His omnibus inter se collatis adducimur ut hos Phocylideos versus interpolatos quidem, antiquius vero quam a Sibyllinæ collectionis ordinatore et fortasse ab auctore hujus libri primario credamus : quare ipsos e textu recidere ausi non sumus ut falsos, quamvis, ut dubios, uncis incluserimus.

253, sqq. In Excursu nostro VI, cap. 24, late satis exspatiati sumus de *ignis probatorii* doctrina, quem sic vocandum censuimus ne cum *igne purgatorio* confunderetur. Nempe in judicio supremo, secundum antiquiorem theologiam, cunctos homines, ne sanctissimis quidem exceptis, per igneum flumen traductum iri putabatur, ut qui inde maculis omnibus purgati exissent, in justorum cœtum reciperentur. Quam doctrinam interpretes extundere conati sunt e divi Pauli epist. I ad Corinth. cap. 3. Eamdem Lactantius plene exponit, Div. Inst. VII, cap. 21; agnoscit ipse nec damnat divus Augustinus, de Civ. Dei, capp. 18 et 25; XXI, cap. 26; theologi plerique antiquiores vel admiserunt vel patienter tulerunt saltem usque ad sæculum XII, sive ad Vincentii Bellovacensis tempora, sententiam hanc ex divi Augustini fide probantis, Spec. Nat. XXXII, cap. 104. Eamdem pariter in oriente viguisse demonstrant complura Origenis testimonia, quin et ipsius Mahumeti in Corano. In Sibyllino nostro libro II ignis ille idem videtur qui supra, 196, sqq., « ardens fluvius » dictus est, locos omnes terræ marisque consumpturus, nisi hoc malis intelligere de mundi totius ἐκπυρώσει, sæpe in Sibyllinis prædicta, IV, 157, 171; VIII, 225, etc., et sic accepisse videtur Augustinus, loc. cit.

331, sqq. Inter Origenianos errores nullus fere est sanæ theologiæ ipsisque sacrarum literarum definitionibus magis adversus quam ille quo pœnæ inferorum aliquando desituræ damnatique in vitam beatam rursus traducendi declarantur. Itaque non sane miramur librarium aut etiam lectorem aliquem qui libri secundi versus 331, sqq., iratus atque indignans vel transcripsisset vel tantum attigisset, scholii instar notam hanc sive, ut ipse vocat, ἀντίῤῥησιν, multis in codicibus servatam, textui Sibyllino hujus libri subjecisse :

Ἀντίῤῥησις εἰς τὸ Τοῖς καὶ ὁ Παντοκράτωρ.

Ψευδῆ προφανῶς· οὐδὲ γὰρ λήξει ποτὲ
Τὸ πῦρ κολάζον τοὺς κατακεκριμένους.

Κἀγὼ γὰρ ἂν εὔξαιμι τοῦθ' οὕτως ἔχειν,
Οὐλαῖς μεγίσταις σφαλμάτων ἐστιγμένος,
Αἳ μείζονος χρῄζουσι φιλανθρωπίας.
Ἀλλ' αἰσχυνέσθω φληναφῶν Ὠριγένης,
Πέρας γενέσθαι τῶν κολάσεων λέγων.

In his versiculis nonnulla metro adversantur, ut προφανῶς, κατακεκριμένους, φιλανθρωπίας, αἰσχυνέσθω, κολάσεων, sed hæc in iambis quos vocant liberis, medio ævo recepta. Unum gravissime peccat εὔξαιμι pro εὐξαίμην, vix dignum vel corruptissimis degeneris linguæ temporibus. Cetera paulo meliora sunt: quæ ideo latine vertere dignatus est Fabricius, Bibl. gr. tom. I, p. 264, ed. Harles, in hunc modum:

« Refutatio Sibyllini loci, II, 331, sqq.
Hæc falsa perspicue : nec unquam desinet
Ille impiorum tortor ignis fervidus.
Optarem et ipse equidem ista sic contingerent,
Qui maximis maculis inustus criminum
Deformor ipse, queis plus gratia est opus.
Verum erubesce, nugigerule Origenes,
Qui desituras esse pœnas dictitas. »

Hæc latine Fabricius, non optima, sed meliora tamen quam græca. Quis græca scripserit, parvi interest scire, dignumque est otiosa tantum curiositate. Et sane potuit ἀντίῤῥησις ista orthodoxi cujuslibet calamo erumpere, ut diximus. Vero tamen propius est Sibyllini compilatoris hunc esse fetum, ejus nempe qui corpus Sibyllinum hodiernum in unam compagem redegit, hominis haud dubie theologi, viventis autem, ut alibi monstravimus, sæculo VI sub Justiniano imp. Quidquid enim ipse de hac controversia senserit, prudentiæ certe duxit palam infitiari quæ transcripserat de opinione tunc hæreseos damnata et severissimis proscripta legibus. De edictis quippe in Origenistas promulgatis ac de synodo Cpolitana (quinta generali) præcipue adversus ipsos convocata anne 553, nemo est qui non aliquid ex historiis ecclesiasticis cognoverit. Ne vero magni viri, errantis licet, memoriæ iniquiores simus (quod ille vix defunctus a coævis et usque ad nos a posteris passus est), recordemur oportet, Origeni quædam imputari quæ conjecturæ licentia, non doctrinæ auctoritate a se tradi monet ipse; quædam ejus sectatoribus potius tribuenda quam ipsi; quædam autem non ex disertis ipsius verbis, sed e variis sententiis per ejus opera sparsis interpretando conjectandoque deducta. Sicut error iste de damnatis aliquando liberandis non expresse apud ipsum reperitur, quanquam ei sæpe exprobratus et anathematibus concilii perculsus : sed hanc sententiam ex diversis ejus locis, ne antiquitati obstreperet, a se laboriose collatis, diligens extudit interpres Huetius in Origenianis, lib. II, quæst. 15, § 16. Esto : prima fuerit erroris causa Origenes. Quod autem a Sibyllista additur, fore ut venia ista sanctorum precibus concedatur, incertum unde, certe non ab Origene profectum est.

332. Lenit, non excusat Origenianum errorem ista declaratio, non omnes nec qualescumque damnatos pœnis suis exemptum iri, sed eos tantum qui venia minus indigni visi fuerint. Nam id veritati unum id consentaneum erat quod supra dictum est, v. 310, sqq., damnatis nec pœnitentiæ nec misericordiæ nec spei locum superesse :

Πολλὰ δ' ἐρωτήσουσι μάτην Θεὸν ὑψιμέδοντα,
Καὶ τότ' ἀποστρέψει φανερῶς τὸ πρόσωπον ἀπ' αὐτῶν.

340, sqq. Restat ut de hoc libri II epilogo aliquid dicamus : quæri enim potest quis ipsum scripserit, et quoniam res inter duos tantum agi videtur, auctorne primarius libri hujus an compilator totius Sibyllini corporis. Stant quidem ab auctore primario versus, etsi mediocriter, tamen non male confecti : sed et compilator, homo non plane illiteratus, potuit versus aliquot tolerabiles excudere, præsertim adjutus aliorum librorum auxiliis. Palam certe usus est epilogo libri septimi, vel certe similitudo tanta est inter ambos epilogos ut necessario alterum ab altero desumptum esse oporteat. Hunc potius quam alterum, quia ex altero videtur emendatus. Minora enim Sibyllæ affingit flagitia, suppressis iis quæ maxime indignationem movissent. Supprimit etiam Sibyllæ fatum extremum, ipsi parum decorum; neque aliter facere poterat, ultra quippe

cum vate sua progressurus ad libri III initia. Est enim hic epilogus nihil aliud quam transitio ad sequentem librum, a quo præsertim separari minime possunt ultimi duo versus, sive sententiarum tenorem spectes, sive eadem utrinque verba, sive communia metri vitia.

AD LIBRUM III.

26. Libro I, 81, ineptam notavimus etymologiam vocabuli Ἅδης ab Adamo deductam. Nunc ipsius nominis Adam etymus profertur, quatuor mundi partes in eo nomine monstrans, absurdus hic quoque, tamen, si ita dicere fas est, ingeniose absurdus. Qui quidem jam antiquitus Christianis placuit : affertur enim a Cypriano libro de Sina et Sion, et Augustino, in Joann. tract. IX, et ex Augustini fide a venerabili Beda in Comm. super Joann. Nec profanis ignotus fuit, quos inter unus e Geoponicorum auctoribus, lib. XIV, cap. 5, columbariorum formam præscribens, singulis eorum parietibus nomen ΑΔΑΜ inscribi jubet, id est quatuor ventorum nomina, initiis suis designata, sicut fere apud nos in laminis versatilibus quæ tectorum fastigiis imponi solent.

63, sqq. In ceteris Sibyllinis constans ubique reperitur de Antichristo Nerone traditio : quam vulgo receptam fuisse non apud Christianos modo, sed etiam apud Judæos cognoscimus quum ex aliis libris, præsertim V et VIII, § 1, tum ex omnium antiquissimo IV, 137, sqq., ubi vide not. Hic semel atque hic tantum (nam libri II versus 167 hinc manifesto desumptus est), novus quasi Antichristus producitur sub hebraïco nomine Belial : hellenistæ plerumque ex ingenio græcæ linguæ Βελίαρ aut Βελίας scribunt; divus tamen Paulus hebraïco more Βελίαλ. Quod nomen quum olim interpretaremur, superstitiosa quadam veneratione erga divi Hieronymi summam in talibus rebus auctoritatem eo sumus adducti ut illud a duabus hebraïcis vocibus *beli* et *ol* derivaremus, tanquam « expertem jugi » ; nunc minime dubitamus sic eum dici a *beli*, « sine, absque », et *iHl*, « usus sive fructus », nempe ut homo designetur « sine usu, » quod est Græcis οὐτιδανός, Latinis « vir nequam » : eoque sensu capitur in Veteri Testamento non semel « filius Belial », id est filius impii, sive ad morem loquendi orientalem, impius ipse. Inde, postquam ex prophetiarum interpretatione rabbinica Antimessiæ exspectatio in scholis Judaïcis vulgata fuit, cœpit sceleratus iste vir κατ' ἐξοχὴν Belial nominari, qui usus etiam in Novum Testamentum penetravit, scribente divo Paulo, ad Cor. II, cap. 6, v. 15 : « Quæ « autem conventio Christi ad Belial? » id est, inter Christum ejusque adversarium. Quamdiu igitur vulgo consuevit unus Antichristus exspectari Nero, ejus quoque unius mentionem in Sibyllinis habemus obviam : serius vero, deficiente videlicet redituri tyranni metu, circa sæculum III, uti credimus, videmus pro latino Antichristo Nerone rursus hebræum proferri Belial cum eoque hebraïcam de Antimessia traditionem mixtam utcumque Apocalypticis revelationibus. Ita Belial ἐκ Σεβαστηνῶν, « e Samaria, » oriturus prædicitur, nempe ob locum Geneseos, cap. 49, v. 19 : « Fiat Dan « coluber in via, cerastes in semita, « mordens ungulas equi », quam prophetiam rabbini ad Antimessiam suum referre non dubitaverunt, æmulæ Samariæ odio, licet Samaria, ad tribum pertinens Ephraïm, tribui Dan non annexa, sed vicina esset. Quod ad istius nefarii viri futura spectat miracula, ea vulgo admittebantur, partim ex Danielis prophetiis (ubi tamen videntur ad Antiochum Epiphanem respicere), partim ex Apocalypsi, cap. 13, v. 13, sq. Ut ad nostra redeamus, hic, qui nobis præsto est, totus de Belia locus non semper hac inclusus fuit tertii libri parte, § 1. Fuit olim in libro secundo post 167, unde brevitatis causa detractus a Sibyllino compilatore translatus huc fuit, simul cum viduæ regnaturæ mentione, infra, 75, sqq., et aliis quibusdam de fine mundi prædictionibus, quæ neglectæ primum a compilatore, deinde huc congestæ sunt implendi voluminis causa, sicut alias diximus. Plura seu potius omnia de Antichristo digna cognitu scire qui voluerit,

adeat Excursum nostrum V, part. II, cap. 16.

75, sqq. Mulierem illam viduam orbi universo imperaturam vult Ewaldus (Dissert. pag. 75, sq.) Juliam esse Domnam, Septimii Severi viduam, Caracallæ et Getæ matrem, propria ipsi opinione singularique magis quam ut a nobis omitti potuerit, etsi non admitti. Certe videtur oblitus esse doctus vir locum libri VIII, 194, sqq.; 199, sqq., de eadem mystica persona notabilem et ita clarum ut pro commentario haberi possit. Traditionis istius origo non ex profanis historiis, sed ex Apocalypsi, cap. 17, v. 3, quærenda est, quanquam quæ ibi leguntur metaphorice potius ad Romam urbem videntur esse referenda. Nihil amplius de hac muliere rescire neque nos potuimus, neque Malvenda de Antichristo, lib. XI, vir licet in Patrum ac theologorum lectione versatissimus : cfr. Exc. nostr. VI, cap. 18.

97. sqq. Hinc pars incipit, ut diximus, non modo hujus libri, sed et omnium Sibyllinorum antiquissima, quam censet Ewaldus (Dissert. pag. 30, sq.) non semper, ut nunc, capite truncam fuisse. Vult autem præfixum ipsi quondam fuisse exordium aliquod, neque aliud quam quod nunc vocatur Procemium Sibyllinum, hujus vol. pag. 2, sqq., interjectis tantum versibus aliquot nunc absentibus de origine mundi ac de antediluvianis historiis usque ad turrim Babel. Ita ille : nos vero putamus sic absque principio relictum esse hoc carmen ad imitationem Sibyllæ profanæ antiquioris. Et quidem inceptum semper esse iisdem quibus hodie versibus, argumento est, quod qui Sibyllina hæc tanquam Erythræa citare voluerunt sive Judæi sive etiam gentiles (vide varias lectiones ad h. l.), plerique hunc potissimum de turris eversione locum attulerunt, ita testantes hunc sibi præ ceteris notum esse, nec mirum : quippe juxta vulgarem parœmiam, initia cujusque rei facillime discuntur optimeque retinentur.

162, sqq. Ab hoc loco Sibylla, quæ prius res tanquam præteritas narraverat, prædicere tanquam futuras incipit; idque convenit cum vulgata et jam antiquitus diffusa traditione de remotissima ejus mulieris ætate : vixisse nempe illam vel ipsis diluvii temporibus vel proximis. Quam quidem sententiam ipsa firmare videretur in epilogo libri III, nisi constaret spurium istum esse locum, in quo docet inclusam se fuisse in arca cum socero Noëmo, ab eoque didicisse res in omne ævum futuras. Eadem libro I, 287, recentiorem aliquanto se faciebat, sextæ quippe post diluvium generationi supparem. Sed de generationibus Sibyllinis nihil omnino statui posse præmonuimus ad libri I versum 1.

190. Illa Macedoniæ direptio et illa post rapinam imposita servitus in bellum cadunt cum Perseo rege, quod Macedonicum fuit ultimum, auspicante in Ægypto regnum Ptolemæo Philometore, biennio circiter aut triennio antequam Antiochus Ægyptum invaderet : quæ mala quum hic deplorentur ut recentia, necesse est Sibyllina hæc, uti diximus, Philometoris initiis potius esse scripta quam, ut Ewaldo placuit, post dimidium fere sæculum, extremis Physconis annis.

286, sqq. Non ad Messiam, quamvis Castalio multique alii ita senserint, sed ad Cyrum referendus est hic locus, sanguine et igne, id est, belli jure populos dijudicantem, quem ideo Sibylla cælitus missum vocat, annuente Isaïa, cap. 44, v. 28, et cap. 45, v, 1, sqq.

295, sqq. Partem hanc § 3 libri tertii proximis duabus ejusdem libri sectionibus § 2 et 4, Ptolemæorum tempore scriptis, interpolatam fuisse sub Antoninis, primi nos animadvertimus demonstravimusque; et juvat de hac re faventem invenisse Volkmannum, virum doctissimum et in Sibyllinis exercitatissimum, cujus hæc sunt verba, Lect. Sibyll. Stettin, 1861, pag. 14 : « Sane hæc pars « [antiquior nempe, § 2] scripta videtur « a Judæo Alexandrino : verum is qui « ejus oracula continuavit a versu 295, « Christianus judaïzans circa Antonino- « rum tempora, etc. »

301, sqq. Necesse erat, ne fraus statim proderetur, interpolatorem hujus partis, III, § 3, sub Romanis imperatoribus, uti nos certissime conjecimus, hæc scribentem, non continuo ad res Romanas tran-

silire. Itaque primum in Babylona Assyriæ, dudum illam exstinctam abolitamque, specie tenus invehitur, ita tamen ut alteram Babylona, illam nempe novam Italiæ, in mente habere non cesset, quippe qui præcipue de templi excidio queratur hoc hemistichio, 303 :

Ὅτι οἱ ναὸν μέγαν ἐξαλάπαξεν.

Templi enim a Nabuchodonosore diruti obliterata jamdiu memoria parum afficere poterat Judæorum mentes post aliquot sæcula viventium : ergo sub antiquitatis specie Noster recentem celat dolorem. Adde quod de veræ Babylonis clade, de Cyro Assyriorum victore, de Euphrate detorto, nihil habet; sed unum aliquid ad Romanos pertinens, illud nempe de persecutionibus adversus justos, id est Christianos, plerosque ortu Judæos, sub Nerone motis, infra, 311 :

Ὧν ἔτι καὶ νῦν αἷμα βοᾷ, κ. τ. λ.

Quod ipsis pæne literis ex Apocalypseos loco desumpsit, talem sanguinis fusi clamorem exhalante, cap. 16, v. 6.

318. De hac versus clausula, καὶ τότε παύσῃ, confer quæ dicta sunt in prioris editionis nostræ Exc. V, cap. 8, et in hujus voluminis Præfatione, et in Introd. ad Sibyllina.

319. Gog et Magog, universo interpretum consensu ab extremo septemtrione, ἀπ' ἐσχάτου τοῦ βόῤῥᾶ, Ezech. cap. 39, v. 2, tanquam Scythicæ gentes adducuntur. Et Gog fortasse Getæ sunt; Magog autem Massagetæ seu Getis proximæ nationes, sicut indica lingua recentiore *Shin* vocari Sinenses, *Mashin* autem Sinensium finitimos, docet in ephemeride sive epimenide quadam orientali collega et amicus noster doctissimus Garcin de Tassy. Utique dum gentes istas collocat noster hic Sibyllista in Æthiopia Nilum inter et Astaboram, magis Ægyptium se quam geographum prodit, plane ut Sibyllista libri quinti, pariter Ægyptius (nisi potius idem homo, uti remur), Triballos aliquando ex Æthiopia adducturus est, V, 503. At in hujus ipsius libri parte proxima, III, § 4, Gog et Magog recurrent inter barbarorum septemtrionalium nomina proprio sibi loco : quod nostræ sententiæ favet magis quam Ewaldi, contendentis partes hasce ambas § 3 et 4, ab uno scriptas esse poeta, tam parvo igitur intervallo sibi contradicente ! De istarum gentium origine, quæ interdum *Got* et *Magot* medio ævo vocatæ sunt, habet speciosa omnino et pro suo tempore notabilia, tanquam per eorum legatos in Asia comperta, narrator eximius Joinville, inter rerum Gallicarum scriptores, pag. 333, ed. Petitot, quæ, ut lectu digna, referre juvat : « Venisse illos [Tartaros nempe seu Tataros, de quibus modo locutus erat] ex immensa nudaque planitie [centralis videlicet Asiæ], cujus initium sit a rupe altissima et hominibus insuperabili [an Himalaya ?] : pone autem hanc rupem, orientem versus, habitare gentes ignotas *Got* et *Magot*, quæ sub ultima mundi tempora venturæ sint cum Antichristo extremamque rebus humanis perniciem allaturæ. » Hoc nos ad Sibyllina vaticinia sponte reducit.

324, sqq. Θυγατέρες δυσμῶν, ut Noster ait, velimus eruditissimum virum Ewaldum aperte nos docere, vel quæ sint intelligendæ occidentis nationes, sævissimis diris exagitatæ ob eversum templum, vel quodnam illud sit nisi Hierosolymitanum et quorumnam eversum facinore nisi Romanorum ? Neque hoc vero omittendum, defleri nunc tanquam excisam ædem illam quam in extrema hujus libri parte, § 4, 665, sqq., 688, sqq., stantem adhuc reperiemus, adhuc Judæorum sacra accipientem ulteriusque sub Messiæ regno accepturam. Rursus ergo vatem utriusque sectionis, § 3 et 4, si unus idemque, jubente Ewaldo, censeatur, minime sibi constantem deprehendemus. Qua quidem inconstantia motus vir doctus Hilgenfeld, in dissertatione sua de Apocalyptica judaïca, pag. 65, sq., eo adductus est ut interpolationem quam nos in hac libri III parte § 3 demonstrare conati sumus, pæne agnosceret : idemque non aliter infra judicabit ad 464, sqq., ubi de Romanorum civilibus bellis agentem Sibyllam nobiscum obstupescet.

350, sqq. Hanc de Asiæ divitiis, quæ olim a Romanis raptæ fuissent, in Asiam reportandis prædictionem huc illatam esse certum est e libro IV, 145, sqq.; quem in librum haud dubie manavit ex

communi tunc temporis traditione quæ etiam apud gentes percrebuerat, « Orienem aliquando prævaliturum », teste Suetonio in Vespas. § 4, et Tacito, Hist. V, § 13. Eoque respexit Lactantius, VII, cap. 15, ita scribens : « Romanum no« men quo nunc regitur orbis..., tol« letur de terra, et imperium in Asiam « revertetur, ac rursus Oriens domina« bitur. » Hanc opinionem in Asia prognatam esse vel ipsa res demonstrat ; a Judæis autem vel confictam vel propagatam, facile credi potest, Messiæ sui regnum exspectantibus. Nam aperte fecit hos versus ultionis a Romanis repetendæ cupido, non igitur, quod vult Ewaldus (Dissert. pag. 19), Ptolemæorum temporibus, antequam scilicet Judæi quidquam mali a Romanis experti essent ; immo antequam spoliata ab iis fuisset Asia, nisi semel imposito Syris vectigali post victoriam de Antiocho Magno. Itaque scribi hæc potuisse non putamus nisi vel ultimis reipublicæ Romanæ diebus vel sub primis imperatoribus, quum adversus dominos impotentes crevisset Judæorum et Asianorum invidia. Nostra hæc est sententia, quam inviti contra clarissimum virum, supervacue quippe, tuemur.

359. Negat clarissimus Ewaldus (Dissert. pag. 18, not.) heram illam imperiosam, δέσποιναν, quæ Romam vicissim in altum tollere gaudeat aut ex alto dejicere, Fortunam esse, quia numen istud latinum sit, non græcum. Quod ut facile de Homero et Hesiodo concedimus, tamen non possumus ultro ad Pindarum cæcutire, Olymp. XII, 1, sqq. tractantem hoc de Fortunæ ludibriis argumentum, neque ad auctores Anthologiæ, maxime Palladam, epigramm. 39, ubi vide Jacobsii not. Agnoscit id doctissimus nobisque sæpe cum laude citandus Volkmann, Sibyll. lect. pag. 15. At Ewaldus, ne Græcam admittat Fortunam, spes huc affert, ut quidam loquuntur, Messianicas, de Judææ fatis, futuræ olim reginæ terrarum et Romæ ipsi imperaturæ.

364. Ῥώμη ῥύμη, hemistichium istud celebratissimum bisque in Sibyllinis recursurum, hic et VIII, 165, prodit utrobique cum duobus antiquioribus oraculis de Delo et Samo, de quibus plura nos ad IV, 91 ; utroque etiam loco cum similis paronymiæ lusu. Porro satis patet additam esse hanc de Roma prophetiam florentibus jam ejus urbis rebus et in modum magnæ civitatis aucta ejus magnificentia. Quod non videtur satis animadvertisse doctissimus Ewaldus, nobiscum de ætate certans hujus carminis eamque multo faciens antiquiorem, tum nempe quum adhuc modestior esset Romæ species, qualis potuit esse secundo ante Christum sæculo. Hinc sane vel ex libro VIII, loc. cit., transiit hoc versus initium ad Lactantium, Div. Inst. cap. 25, hæc habentem : « Quum caput illud « orbis occiderit, et ῥύμη esse cœperit, « quod Sibyllæ fore aiunt. » Item Palladius, Lausiac. § 119, in vita Melaniæ : Ὡς γενέσθαι τὴν Ῥώμην, ... κατὰ τὴν τῆς Σιβύλλης ῥῆσιν, ῥύμην.

366. De Smyrna vitio ducum suorum peritura videtur antiquum fuisse oraculum, fortasse iis editum temporibus, quibus narrat Herodotus, lib. I, § 149, Smyrnæos, imprudenter receptis intra muros Colophoniis, urbem suam amisisse. Postea vero istud oraculum quasi in proverbium abierit, unde toties repetitum in Sibyllinis, nec semper de eadem civitate, sed de diversis urbibus gentibusque, δι' ἡγεμόνων κακότητος, V, 17 ; VIII, 162, etc.

376, sqq. Hanc aureæ cujusdam ætatis descriptionem palam est ad nullum historiis definitum pertinere tempus ; sed mere poeticam esse transitionem ad ea quæ sequentur : nisi quis respicere mavult ad tempora Judææ pacatissima felicissimaque sub leni Persarum imperio, qualem interpretationem quibusdam Prophetarum locis affictam scimus a doctis viris, ubi satius erat præsumptas de Messia spes agnoscere.

381, sqq. Totam hanc pericopen versuum septem, 381-387, consentaneum est de solis Macedonibus ab eo capi qui sequentia, 388-400, de Syris Macedonum successoribus interpretari velit, ut vir clarissimus Ewaldus ; non, ut nos, de Romanis. Nos vero jam a versu 382 de Romanis omnia. Quod si quis ægre fert plura de his cani, sex nempe versus,

quam de Macedonibus uno versu contentis, meminerit id alibi quoque in Sibyllinis observari : sicut supra, 172, sqq., tres tantum versus Macedonibus tribuuntur, viginti deinde Romanis; immo, VII, 109, Macedonicum imperium uno verbo designatur, tanquam satis ei sit decori Romanam civitatem præcessisse, quæ deinde sex compellatur versibus. Quid inde colligas, nisi lapsorum et miserorum precariam esse memoriam? At fatemur graviorem oriri controversiam ex versu 384, quo Babylon submittenda prædicitur Macedonibus, si Ewaldo fides; Romanis, juxta nos. Nec de hoc possumus Ewaldo litem movere, qui solas Alexandri Magni res in animo habet; sed nec ille nobis, qui hæc scripta putamus post Trajani victorias. Etiam, quod quis forsan obstupescat, nemo tamen neget, sub Tiberio domitam a Romanis Babylona Sibyllistæ non uno loco affirmant, qua de re vide not. ad V, 23.

388, sqq. Hinc incipit celeberrimus obscurissimusque locus, quonam de viro scriptus aut de quibus ejus factis, ambigitur : de Antiocho Epiphane ac de Seleucidis, juxta clar. Ewaldum ; de Hadriano ac de Antoninis, juxta nos ; de Alexandro ac de Ptolemæis, juxta auctorem libri XI, 224, sqq. ; 243, sqq. ; 250, sqq. Hic enim quasi tertius interpres in medium procedit, sed vix serio, quippe qui de verbis in suum usum divertendis magis curat quam de rebus ad verum redigendis. Opiniones igitur duæ solæ supersunt nostro judicio graves, Ewaldi et nostra (nam virorum doctorum Reuss et Hilgenfeld omittendæ, magnam partem ex Ewaldo desumptæ) : quas ambas sententias diligenter, ut potuimus, inter se collatas, suisque auctas argumentis, viderit lector sive in nostro Exc. V, sive in hujus vol. Præfatione.

388. Si, quod vult clarissimus Ewaldus, adventus ille nefarii hominis ad Antiochum Epiphanem referendus est clam e Romano hospitio, sive quis malit exsilio, in Asiam, id est, in Syriam, regnum suum, redeuntem anno 174, mirari nobis fortasse licet quomodo tam gravis tamque solemnis mentio ejus rei fiat apud Nostrum, nihil fere dicturum de rebus ab eodem postea rege quum in Ægypto, tum in Judæa gestis. Magis id foret incredibile, si, suadente Ewaldo, scripta hæc putarentur anno 124, dimidio post Epiphanis reditum sæculo, quum nemo jam fere recordaretur num iste Romæ obses unquam fuisset vel quomodo ex illa custodia evasisset.

389. Πορφυρέη λώπη, si vulgato apud poetas sensu de quavis purpurea veste sumatur, omnibus convenit regibus aut regium cultum affectantibus. In Sibyllinis autem carminibus videtur speciali usu laticlavium designare Romanorum imperatorum, neque alio significatu redit in ultimis præsertim libris, ut XI, 216, et XII, 38, et XIII, 245, ubique de Cæsarea veste usurpatus, sive cum purpuræ mentione, sive omisso interdum adjectivo absolute λώπη. Quod clarius expressum reperias libro VIII, 73, sq. :

Καὶ τότε πενθήσεις πλατυπόρφυρον ἡγεμονήων
Φῶς ἐκδυσαμένη, κ. τ. λ.

Nam id aperte ad latum clavum refertur. Ea cultus simplicitas ex antiquis moribus remanserat ; nec nisi serius chlamydem totam ex purpura contextam gerere cœperunt imperatores, cui gemmas et margaritas primus addidit Diocletianus, teste Cassiod. in Chron.

391. Hanc cum fulmine comparationem poetice esse sumendam, neque ullo modo ad unum ex Antiochi majoribus, Seleucum nempe Ceraunum, jubente licet Ewaldo (Dissert. pag. 13) referendam, in nostra Præfatione observatum est.

393 Pro πανάϊστον, quæ semper vulgata fuit scriptura, aliam doctissimus vir amplectitur (Dissert. p. 13, not.), codicis nempe unius barbaram lectionem πανεύϊστον, de sensu, quem novum novæ voci affingit, magis quam de lingua aut de metro sollicitus.

397. Decem cornua in hoc versu memorata sperares aliquid afferre posse ad hujus loci interpretationem : nihil vero, quia diversis omnino modis accipiuntnr, quamvis ex eodem derivata fonte, sive apud Danielem prophetam, cap. 7, v. 7, sqq. et 23, sq., de decem Syriæ regibus ; sive in Apocalypsi, cap. 17, v. 7, sqq., de decem post Neronem imperatoribus Ro-

manis, ipso se interpretante sancto scriptore, ibid. v. 12. Auctor libri XI Sibyllini, quum totum fere hunc locum e libro III suffuraretur, non modo istud de decem cornibus hemistichium prorsus omisit; sed etiam in ultimo versu, ubi erat, III, 400, τότε δὴ παραφυόμενον κέρας ἄρξει, vocem κέρας, sibi videlicet minus intellectam, in γένος male convertit hoc modo, XI, 253, τοῦ δὴ παραφυόμενον γένος ἐστίν.

398. Quem illum vocet poeta πορφυρέης γενεῆς γενετῆρα μαχητήν, non satis videmus a Syrorum fautore exponi, nisi hoc iterum ad Epiphanis mortem pertinere vult.

399. Ewaldus (Dissert. pag. 14) vulgatam recte tuetur ἀφ' υἱῶν : verti autem jubet, tanquam ἀπὸ νέων, « a sociis bellicosis » : esse enim υἱούς idem poetice quod νέους, et νέους idem quod πολεμιστάς, « *junge Krieger* », sic ille. Putat quippe Alexandrum hic innui Balam in Syriæ regnum a sociis concordibus, i. e. fœderatis, intrusum. Quos quidem socios ipse, præter unum Physconem, non definit, hunc tamen, ut nobis quidem videtur, inter juvenes bellatores ægre numerandum, qui tum fere quadragenarius erat. Deinde Balam, si interpreti fides, in solium intrudi quidem videmus, e solio autem dejici infra non audiemus, nec amplius quidquam de illo. Finem versus nobis hactenus insanabilem, vellemus melius quam nos expedisset vir sagacissimus, quod tamen frustra speravimus. Sed hæc omnia plenius e Præfatione nostra, si cui vacat, cognoscentur.

401, sqq. Diximus olim, nec dubium videtur, oraculum istud de terræ motu in Phrygia circa Dorylæum, improprie huc translatum esse a poeta plagiario. Fuit autem haud dubie origine profanum, unde vestigia mythologiæ retinuit, ut Ῥείης et Ἐννοσιγαίου : sicut etiam δῖα epitheton in fine versus 402, mere illud poeticum, nec cum librariis in κῦμα vel ῥεῦμα inepte vertendum, nec cum viro quodam docto (absit ut innuam quem maxime veneror) ita defendendum, tanquam δῖα χθών Palæstina sit, non Phrygia, mira profecto hallucinatione. Aliter, nec minus falso, auctor seu compilator libri I, 184, sqq., qui totius loci hujus sensum, textu misere depravato, prorsus ad aliena transtulit.

414, sqq. Lactantius, Div. Inst. I, cap. 6, docet Sibyllarum quintam a Varrone censeri Erythræam, « quam « Apollodorus Erythræus affirmat suam « fuisse civem, eamque Graiis Ilium « petentibus vaticinatam et perituram « esse Trojam et Homerum mendacia « scripturum. » Quæ Lactantii verba attigit etiam auctor Præfationis anonymæ sub voluminis hujus initium, pag. 16. Eumdem Erythrææ Sibyllæ locum, quanquam sub Delphicæ nomine (sed utramque eamdem esse demonstravimus in Excursu nostro I, cap. 5), citat Pausanias Phocic. cap. 12 : Καὶ Ἑλένην τε προεδήλωσεν ἐν τοῖς χρησμοῖς ὡς ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης τραφήσοιτο ἐν Σπάρτῃ (nota valde similia verba oraculi nostri Sibyllini), καὶ ὡς Ἴλιον ἁλώσεται δι' αὐτὴν ὑπὸ Ἑλλήνων. Neque alio respexit Virgilius, Æn. II, v. 578, ubi vocatur Helena (nota et hanc rursus cum Nostro similitudinem) « Trojæ et patriæ communis Erinnys. » Satis hæc de Helena ac de Troja : de Homero infra agetur, notis sqq.

419, sqq. Conferendus omnino locus hic de Homero cum antiquissimi poetæ Euclu Cyprii vaticinio apud Pausaniam, Phoc. cap. 24 :

Καὶ τότ' ἐν εἰναλίῃ Κύπρῳ μέγας ἔσσετ' ἀοιδός,
Ὅν τε Θεμιστὼ τέξει ἐπ' ἀγροῦ δῖα γυναικῶν,
Νόσφι πολυκτεάνοιο πολυκλείτου Σαλαμῖνος.
Κύπρον δὲ προλιπών, διερὸς δ' ὑπὸ [an ἐπὶ?] κύμασιν ἀρθείς,
Ἑλλάδος εὐρυχόρου μοῦνος κακὰ πρῶτος ἀείσας,
Ἔσσεται ἀθάνατος, καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.

Quæ sic verte, si libet :

Et tunc, æquoreis qua surgit Cyprus ab undis,
Magnus erit vates, pariet quem dia Themisto
Sola in agris, urbem propter Salamina beatam
Egressus Cypro, ventis super æquora vectus,

Dura canet primus Græcæ infortunia gentis :
Immortalis erit, nec sæclis fama senescet.

424, sqq. De Sibylla Trojæ excidium vaticinante supra diximus ad v. 414 : nunc ipsa, Sibyllista interprete, de Homero queritur tanquam sua carmina suffurato. Vetus istud crimen; nec dubie in Erythræis gentium carminibus tale aliquid legebatur. Utique Diodorus vulgi hanc fuisse traditionem docet, loc. prius cit., ubi de Erythræa seu Delphica Sibylla ait : Παρ' ἧς φασι καὶ τὸν ποιητὴν Ὅμηρον πολλὰ τῶν ἐπῶν σφετερισάμενον κοσμῆσαι τὴν ἰδίαν ποίησιν. Pariter Solinus, cap. 2, ex Bocchi fide (Cornelii nempe Bocchi, non contemnendi, ut ipse ait, auctoris, et a Plinio passim citati, ignoti tamen) : « Delphicam, inquit, « Sibyllam ante Trojana bella vaticinatam Bocchus autumat, cujus versus plurimos operi suo Homerum inseruisse « manifestat. » Credendum igitur et illam Diodori et alteram Solini sive Bocchi et hanc ipsam quam nunc legimus Sibyllinam criminationem auctori nostro non esse propriam, sed ab Erythræa mutuo sumptam. Facile istam calumniam admiserunt homines ob versus quosdam Homero cum Sibyllæ communes, quod idem de Phocylide quoque similem ob causam increbuisse constat : adi nos ad lib. II, 56, et in Exc. V, cap, 11. At Gregorius Naz. ad Nemesium, pag. 144, retorsit in Sibyllam plagii crimen, professus ipsam et Hermetem ceterosque falsos gentilium prophetas, ubi forte veridici reperiuntur, non divinitus afflatos loqui, sed e sacris libris sua mutuantes :

Οὐ θεόθεν, βίβλους δὲ παραβλέψαντας ἐμεῖο,

vere, si ad loca respicias quæ multa sacris e Bibliis sumpta in nostris Sibyllinis reperiuntur, diligenter a nobis inter varias distributa lectiones.

433, sq. Difficilis locus, quia non satis apparet quis iste Locrorum genere ortus (an Ajax Oïlei?) Lyciam diripuerit, aut quis Ætolus Chalcedona, Trojanis hanc quidem temporibus nondum fortasse conditam. Sed tamen videtur cum iis quæ modo de Homero canebantur utcumque hæc posse conjungi, neque ea de suo excogitasse Nostrum, sed ex antehomericis suo tempore exstantibus sumpsisse.

437. Byzantium, ob nimias videlicet opes, invidiam Asiæ moturum atque inde perniciei causas habiturum prædicitur, quo refer et illud infra, 474 :

Θρῆκες ἀπὸ Βύζαντος ἀναστήσονται ἀν' Αἷμον,

utrumque ex mero vaticinantis ingenio, nisi quis ad Mithridatica tempora, Byzantio exitiosa, respiciat, quod nobis non videtur. Utique, si ad Mithridatem pertinerent, recentiora ista essent oracula quam pro ætate quæ a viro docto Ewaldo huic carmini tribuitur.

442. Cyziceni tremoris mentio fit libro IV, 99. Eadem urbs ob eumdem videlicet tremorem ortamque inde maris exundationem multum mali passura prædicebatur supra, 436, et vere, si ista ad cladem referantur quam Xiphilinus narrat velut ex Dionis libro LXX, § 4. Hic vero ea urbs Rhyndaci fluvii aquis pessum itura canitur : ubi fatemur nos mente turbari, quia Rhyndacus, præcipuus ille Bithyniæ amnis, non Cyzicum alluit, sed procul ab ea urbe, duodecim, quas vulgo vocant, leucarum intervallo, in Propontidem influit. Necesse est igitur in fluvii nomine memoria lapsum esse vatem. Superfuit utique suis malis urbs divitiis et commerciis præclara. Templum ejus inter mundi miracula celebratum, supradicto motu corruisse tradit Xiphilinus loc. cit.; falso tamen : nam pulcherrimum illud ædificium, quod a Xiphilino ibidem probe describitur, etiam paganæ religioni superfuit, christianis postea sacris dedicatum, mansitque ad sæculum XI et tempora Constantini Ducæ imp., teste Attaliota, pag. 90, ed. Bonn : conferendus etiam Zonaras, lib. XVIII, § 9.

441. De Pataris Lyciæ urbe, ubi oraculum fuit Apollinis Patarei, mentio rursus fiet infra, lib. IV, 112. Nunc de ipso oraculo agitur, tanquam etiamtum exstante, minimeque consultoribus carente. De hoc atque universe de oraculis secundo et tertio sæculo permanentibus, vide not. ad XIV, 272.

444, sqq. Rhodus insula non incolumis modo, sed etiam libera perstitit usque ad

Vespasiani tempora, a quo demum in provinciæ formam redacta est. Eo nunc respicit aperte Noster, quo minus de ætate ambigi licet hujus libri III, § 3, supparis quippe, ut diximus, Romanis imperatoribus. Ceterum ejus insulæ fatum non semel in Sibyllinis deploratur, VII, 1; IV, 101; VIII, 160.

457. De Cypri motu alia prædicta confer IV, 128, sq.; 143, sq. Ibi notabimus accidisse illam cladem sub Augusto, maximeque hominum mentes commovisse : unde sæpe memoratur in Sibyllinis, Cæsarum igitur, non, quod vellet cl. Ewaldus, temporibus prædicta Ptolemæorum.

459. Trallis non eodem quo Cyprus tempore convulsa fertur, sed antea sub Augusto; restitutaque publicis impensis fuit ex civis cujusdam sui Chæremonis spontanea ad imperatorem legatione, sicut Agathias narrat, Hist. II, § 17. Eusebius quoque, ex Armeniaco latine versus, ad Augusti annum 19 : « Trallii terræ motu conciderunt. »

463. De Sami, post inauditam sub Polycrate tyranno prosperitatem, miserabili exitio cecinerat aliquid Noster supra, 145, sqq. Quod nunc de regiis in illa insula ædibus, haud dubie de ejusdem Polycratis aula, innuit, firmatur auctoritate Suetonii, tacite laudantis earum ædium reliquias, etsi suo tempore semirutas, dum ait in Caligulæ vita, § 21 : « Destinaverat et Sami Polycratis regiam « restituere. »

464. Versus hic de Romæ statu, tam florentis tamque potentis ut nullis exterioribus bellis inquietari possit, recte cadit in Antoninorum felicia tempora. Contra, civilia bella, qualia hic et quam cruenta describuntur, non posse ad septimi Ptolemæi ætatem, quisquis ille sit, Philometor an Physco, pertinere, satis monstravimus in hujus voluminis Præfatione. Ita vel hoc uno Sibyllino loco de carminis ætate sententia nostra comprobatur, Ewaldi refellitur; idque tam clare ut vel ipse vir doctus Hilgenfeld, in sua de Sibyllinis dissertatione, pag. 72 et 86, not., fateatur vix se capere posse quomodo hæc oracula potuerint ante Neronem pronuntiari. Hoc idem, sed aliis de causis, conjectantem eumdem reperimus ad versum supra 328.

468. Legi suadet Ewaldus ἀπροϊδῆ, « ex improviso », rara quidem et a se creata voce, ferenda tamen, nisi oblivisceretur vir doctus adjectiva hujus terminationis in plurali neutro adverbialiter usurpari non solere.

470. In hoc versu de Antichristo agi nobis certum est, nempe de Nerone redituro, cujus in Sibyllinis mentionem satis superque fieri videbimus, et jam lib. IV, 117 : Καὶ τότ' ἀπ' Ἰταλίης, κ. τ. λ. Hic vero Antichristus iste elliptice ἄλλος ἀνὴρ dicitur, et ἄλλος haud dubie sumendum velut ἕτερος, id est, alter post Hadrianum, de quo supra, 388, sqq. : neque enim alium in his carminibus videmus ex Italia venientem sævum virum. Subobscurus hic versus, quia nimis præcisus. Raptim autem hic indicatur Antichristus uno versu, quia totum librum quintum, ab eadem, ut alibi dictum est, manu profectum, unus pæne occupaturus est, quasi nolente Nostro istam sibi materiam præripere. Et ab hoc statim versu, velut properante ad finem plagiario, magis etiam quam antea confusa reperientur omnia, de rebus agentia vel præteritis vulgoque cognitis, vel falsis neque eventum unquam habituris, quas ideo singulas obiter attingere sat erit.

471, sqq. Laodicea, urbs inter Cares et Phryges ambigua (hic Cariæ potius tribuitur), eversa terræ motu sub Nerone fuerat, docente Tacito, Annal. XIV, § 27, eumdemque Sibylla deplorante casum libro IV, 106, sq. : tum vero publicis curis et impensis restituta novum ævum inchoaverat. Rursus nunc simili clade peritura canitur, quando autem? Τῆμος, id est, Antichristi redituri temporibus, non bene definitis illis quidem, ad omnium tamen Sibyllistarum mentem valde propinquis, neque Antoninorum ætatem excessuris.

473. Hunc versum seu potius alterum ejus hemistichium cfr. non solum cum simillimo ac proximo, 476, sed etiam cum lib. V, 405, novum videlicet inter ambo carmina cognationis indicium.

483. Mysiam minime dubitamus Pergamenum hic esse regnum, cujus finis accidit

anno ante Christum 132, testamento Attali III regis translata in Romanos hereditate. Sed in textu Sibyllino corrupta lectio sensum nobis olim fecerat incertum. Ibi enim antea legebatur :

Μυθῶν γαῖα μάκαιρα γένος βασιλήϊον ἄφνω
Τεύξεται,

quod de Pergameni regni exortu, ab Eumene creati circa annum 263, recte quidem cum historia, minime vero cum grammatica constabat, isto quippe verbo τεύξεται activum non ferente sensum. Itaque τέξεται olim conjeceramus eodem sensu magis græce, quamvis jam tum nos offenderet inter tot sinistra et infausta vaticinia faustum hoc unum felixque. Quare diversam longe lectionem præferendam nunc ducimus, παύσεται, eamque in textum confidenter accipimus, ut sensu optimam, ita syntaxi, si γαῖα μάκαιρα in vocativo ponatur.

484. Non frustra additum in hujusce versus fine ἀληθῶς : indicat enim post secundum bellum Punicum, male composita pace, non diu nec vere prorogata in aliquot annos devictæ urbis fata.

485, 487. Notat Ewaldus (Dissert. pag. 19, sq.) duas maximas olimque potentissimas civitates, Carthaginem et Corinthum, uno eodemque anno 146 captas et subactas fuisse. Miratur illam casuum duorum in historiis notissimorum concordiam inter se et cum Sibyllino carmine, ubi ambas civitates quatuor intra versus memoratas observat. Sed omittit inter Carthaginis et Corinthi nomina citari alia diversarum gentium urbiumque, Galatarum scilicet, et Rhodi sub falso Tenedi nomine, et Sicyonis. Hujus quidem postremæ urbis casus videtur illi maxime cum Corinthi clade conjungendum : falso tamen, quia tunc Romanorum socia et amica fuit Sicyon, nec modo vicinæ civitati superfuit, sed etiam ejus spoliis aucta est. Verisimile est igitur hæc omnia sumpsisse Nostrum ex aliquo veterum historiarum compendio et de temporum rationibus parum curasse. Utique etiamsi verum esset quod viro docto placere diximus, nulla inde causa duci posset cur potius sub Ægyptiis regibus quam sub Romanis imperatoribus scripta hæc esse crederentur.

489. Hoc est initium partis quartæ, III, § 4, ipsis prope verbis repetitum ex initio tertiæ partis, sicut et illud repetitum fuerat ex ejusdem libri parte secunda, 162, sqq. Plenam hanc quartam reperies, ut cetera pæne omnia Sibyllina, vaticiniis adversus gentes infideles : non tamen, ut § 3, adversus Romanos pæne solos, sed maxime adversus florentes antiquius populos, præcipueque Ægyptios, quibus infausta omnia portenduntur, nisi ad Judæorum sacra convolaverint; contra Judæis fausta omnia promittuntur sub rege Messia, 652, sqq. Confer Introd. ad Sib. et hujus carminis Arg.

512, sq. De Gog et Magog vide not. ad versum supra, 319, ubi a plagiario male in Æthiopia ponebantur. Hic rectius videntur, uti diximus, ad septemtrionales referri gentes. Inter quas poetæ arbitrio collocata Marsorum et Dacorum nomina (si modo textus sanus est) lectorem morari non debent : quippe quæ neminem offendere poterant in Ægypto Ptolemæorum temporibus. Solebant enim tunc barbaris, immo potius silvestribus ferisque hominibus assimilari eæ gentes. Etiam Augusti tempore Marsorum in Italia vultus ferox ac terribilis ab Horatio diffingitur; Daci seu Daæ inter Scythas maxime formidabiles semper habiti sunt, seroque, si unquam, penitus subacti.

701. Sine causa Gfrörero visus est hic versus christianum magis quam judaïcum sapere : nam Hebræi vel antiquissimi pæne ad christianam mentem de Spiritu Dei passim loquuntur, quamvis nondum a Filii neque ab ipsius Patris persona satis hunc distinguentes, sæpius vero liberiore sensu intelligentes hanc vocem seu de consilio divino, seu de misso divinitus instinctu.

734. Seditiosos in Judæa motus primos adversus Antiochum excitaverat anno 170 contentio miserabilis de summo pontificatu inter Jasonem et Menelaüm. Qui motus, compressi licet eodem anno ab hostium ducibus, tamen superstitem post se reliquerant hinc oppressæ gentis dolorem, illinc Syri regis iram. Reversus ex Ægypto Epiphanes post majorem expeditionem suam annorum 170-169, exæstuante feri victoris superbia, mul-

toque magis postquam nova expeditio interventu Romanorum frustrata est anno 168, in illas, quas omnes sciunt, furias exarsit, violato profanatoque templo, intrusis in sanctæ legis vicem gentilibus sacris, quæ Machabæis aperte rebellandi causa fuit. Nam antea Syrorum metu continebatur Judæorum indignatio : minime autem dubium est jam ab anno 170 seditionum semina in Judæa intumuisse; secureque addi potest Alexandriæ multos Judæorum (pars erat hæc immensæ civitatis fere tertia), juvenes præcipue, auxilii suis ferendi causa, pronos in armatam emigrationem fuisse. Hos, ægre licet, compescebat, propter fœdera cum Antiocho discedente pacta, Ptolemæorum prudens consilium. Quæ omnia, quanquam verbis involutis, aperte satis exponere nobis videtur Sibyllinus hic locus. Hanc vero sententiam nostram Ewaldus nec totam repudiavit nec integram voluit admittere : sed finxit (Dissert. pag. 21) Physconem sub extremos regni sui annos ad bellum Hyrcano inferendum voluisse solis ex Judæis, videlicet Hyrcano adversantibus, exercitum conflare (hoc quidem vir doctus nullo alio quam se auctore) : a quo consilio, si eidem docto fides, Ægyptios eorumve regem conatur avertere Sibyllista, vetans talem exercitum in Judæam mitti : ideoque, ubi textus στεῖλον δή habet, legit ipse στεῖλον μή, videlicet pro μή στέλλε vel μή στείλης, nec græce nec vere.

775. Certissimam medelam νηόν pro υἱόν non ausi sumus admittere, quia exemplaria omnia manuscripta vulgatam lectionem præferunt. Nec vero nostrorum modo, quales nunc exstant, codicum, sed etiam eorum quibus Lactantius utebatur, fuisse scripturam hanc υἱόν, satis constat ipsius Lactantii commentario in præcedentem versum 774, quem aperte de secunda Trinitatis persona intellexit. Ait enim, Div. Inst. IV, cap. 6 : « Videlicet ipse est Dei Filius, etc. » Et divus Augustinus, Sibyllina solitus e Lactantii fide citare, plane in eadem verba conspirat, contra Hær. V, cap. 3. Male tamen uterque, et vana prorsus sententia. Legatur vero contra omnium fidem νηόν, « templum », et sic de totius loci hujus sensu nefas erit ambigere. Atqui νηόν illum observabimus eumdem esse qui post captivitatem Babylonicam restitutus canebatur supra, 290, sqq.; idem qui οἶκος μεγάλοιο Θεοῦ, 771, sqq. Qui, dum hæc scribebantur, ab Antiocho violatus profanatusque, postea vero purgatus a Machabæis, perstaturus erat incolumis ad Vespasiani tempora, quemque mansurum Judæi diu speraverant usque ad Messiæ adventum, quo regnante ad idem illud sacrarium venturas sibi fingebant omnes gentes et dona sacraque allaturas, loc. supra cit. De nullo enim alio templo legitime agi poterat, quamdiu hoc non fuit a Romanis eversum.

787, sqq. Has ætatis cujusdam aureæ descriptiones, feris ipsis mansuefactis, agnis inter lupos salientibus, etc., apertum est e sacris prophetiis desumptas esse, Isaï. cap. 11, v. sqq. E Sibyllinis autem nostris, qualia primo post Christum sæculo legebantur, transisse has descriptiones in quartam Virgilii eclogam, v. 21, sqq. multi putaverunt hodieque putant. Ita certe existimavit Lactantius, VII, 24, ipsos græcos versus cum latinis comparans; et idem arbitratus est, quisquis in Constantini imp. Oratione ad Sanct., quæ græce versa inter Eusebiana legitur, totam pæne quartam eclogam græcis numeris extulit, tanquam de Christo nascente scriptam, cum inepta satis commentatione. Ceterum, ut ejus interpretamenta minime probamus, neque putamus aureas Virgiliani carminis imagines ex nostris fontibus haustas esse (quidni enim potius ex poetæ cerebro?), ita nolimus absolute negare ullum potuisse Virgilio commercium cum nostris libris interesse, quorum bona pars, facile potuit ex Asia vel Ægypto Romam afferri a legatis conquirendorum Sibyllinorum causa missis (teste post Fenestellam Lactantio, I, cap. 6, et multa nos de hac re in Excursu nostro III, cap. 6). Quo tempore ex versibus per legatos allatis, pluribus haud dubie quam quot a Lactantio numerantur, electi sunt eodem teste pauciores, mille tantum aut circa mille, qui in arcano sacrario deponerentur, ceteris in publicum emissis. Ceteri igitur isti, quacumque ex origine

prognati, plerique ortu Judaïci, apud gentiles ac præcipue Romanos pro Sibyllinis venditari lectitarique consueverunt; et ad hos potuit respicere Virgilius, quod modo ambigebatur, Cumanos pro Sibyllinis vulgi more vocans, Eccl. IV, 4 :

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.

804, sqq. Epiphanis in Judæa persecutionum tempore, quo antiquissimas hujus libri partes, § 2 et 4, scriptas esse diximus, memorat Machabæorum liber II, cap. 5, v. 2. sqq., tanquam omen imminentium malorum, visa in cælo prodigia : « Contigit autem per universam « Hierosolymorum civitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes et hastis quasi cohortes armatos, et cursus equorum per ordines digestos, et congressiones fieri cominus, et scutorum motus, et galeatorum multitudinem gladiis districtis, et telorum jactus, et aureorum armorum splendorem, omnisque generis loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra converti. » Quibus ostentis erunt fortasse qui innui putent meteora, quas vulgo boreales vocamus auroras, per aliquot fortasse noctes, etsi non continuo, visas, hominumque terrore auctas : quales aliquas præ ceteris conspicuas ex historiis veteribus recentibusque cognovimus, quasdam etiam cum crepitu, ut in illo Virgilii versu, Georg. I, 474 :

Armorum sonitum toto Germania cælo
Audiit.

Quanquam de Sacræ Scripturæ loco nihil velimus, nisi legitimis conjecturis et salva fide, commentari.

818, sqq. De hoc epilogo, seu potius de hac epilogi parte, 818, sqq., Lactantio et Ecclesiæ Patribus ignota, gravissimo autem cuique recentiorum spuria interpolataque visa, pauca disseremus (quorsum enim multa in argumento manifesto?), licet hanc carminis ultimam partem vir clarus (Dissert. pag. 26, not.) adversus plerorumque sententiam defendere conatus sit. Fatemur tamen, ut non de Sibyllæ cum Noëmo cognatione, ita de ejus antiquitate diluvio proxima traditionem pervetustam esse atque ex ipsis Sibyllinis oriundam. Auctor enim primarius libri III, § 2, coævus ille Ptolemæis, quo majorem, ut videtur, auctoritatem oraculis suis adderet, talem ipse fabulam jam ab initio commentus erat, non palam, sed oblique et subobscure, ita tamen ut neminem attentum latere posset. Attende quippe. Primarius ille Sibyllista principia libri sui usque ad finem Saturniæ generationis non tanquam vates, sed pæne tanquam historicus, per tempora verborum præterita, ut grammatici loquuntur, extulerat, ἐπηπείλησεν, ἔτευξαν, κ. τ. λ. sequentia statim a Saturnidis per futurum tempus, ἄρξει, ἥξουσιν, κ. τ. λ. : ita ut Sibylla post Saturnidas quidem, non vero multo post, cecinisse videatur. Hinc facili promptaque omnibus interpretatione orta est de vatis ætate traditio, cui se accommodans auctor libri I, 287, sqq., statuit inter diluvii universi et Sibyllæ tempora sex tantum generationes his verbis :

Ὦ γενεῆς ἕκτης πρῶτον γένος, ὦ μέγα χάρμα,
Ἧς ἔλαχον, κ. τ. λ.,

Ad quem profecto versum respexit is qui pro Constantino imp. Orationem scripsit ad Sanctos, supra laudatam, ubi ait : Ἡ τοίνυν Ἐρυθραία Σίβυλλα φάσκουσα ἑαυτὴν ἕκτῃ γενεᾷ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν γενέσθαι. Audacter sane auctor hujus commenti, quisquis fuit : sed audacior multo qui in epilogo libri III Sibyllam arca cum Noëmo inclusit. Quis ille? nisi compilator Sibyllinæ collectionis, in hoc saltem sibi constans. Nonne enim eamdem istam fabulam ausus est ipse districta fronte asserere in Anonyma sua Præfatione, supra, pag. 16? Quam deinde fabulam accepit ab eo Suidas, v. Σίβυλλα Χαλδαία, alios secum tracturus incautos.

Ad librum IV.

1. sqq. De hoc libro, Sibyllinorum omnium christianorum antiquissimo, vide quæ olim a nobis disputata sunt in Exc. V, cap. 2 et supra in hujus voluminis Introd. ad Sib.

20. Hoc in versu necesse fuit aliquid de textu mutare nempe εἰς δεκάτην pro ἐνδεκάτης, sensus causa, quia uno consensu Sibyllinorum omnium librorum cujuslibet vel originis vel ætatis, decima ge-

neratio ultima habetur; undecimæ nusquam mentio fit. Adde quod in hoc ipso libro, nec longe infra, v. 47, generationes a prima ad decimam numerabuntur, quod nobis omnem dubitationem, si qua potuisset esse, tolleret. Aliter tamen Ewaldus sensit (Dissert. pag. 50, not.), in hoc non sequendus.

40, sqq. Nota neque hic neque in hujus libri epilogo, ubi pariter ac pæne iisdem verbis de fine mundi agetur, ullam vel prioris resurrectionis ante judicium supremum vel prioris judicii mentionem fieri, quod tamen utrumque necessario definiendum fuisset si Noster in animo habuisset illam mille annorum judaïcam felicitatem æternæ vitæ præviam, quæ sola veros millenarios efficere potuit. Hinc patet primævis Christianis, ex quibus fuere Therapeutæ primique Sibyllistæ, doctrinam de ultimis mundi temporibus, non, ut plerique putant (et nos olim cum plerisque credidimus impressumque typis reliquimus), communem omnibus aut vulgo saltem credentium fuisse millenariam proprie dictam, sed talem apud fideles et certe apud nostros Sibyllistas viguisse, qualis hodie in Ecclesia catholica. Unum enim judicium exspectant nostri poetæ, et statim ab illo examine justorum omnium felicitatem, terrestrem quidem illam et corpoream, sed qualem probabilem ipsis faciebat sacrosanctum dogma de resurrectione carnis; ceterum æternam neque ullo annorum limite circumscriptam. Hoc quantum a millenarismo differat, nemo non videt.

43. Sibyllæ nomen, ut jam alicubi notavimus, bis tantum in Sibyllinis profertur, hic et III, 814, nempe in duobus nostrorum carminum antiquissimis, uno judaïco, altero christiano. Verum illud nomen, etiam ubi non ipsum profertur, subaudiendum esse satis probat femininum genus ubique de se usitatum nostræ vati, ut I, 1; II, 2; V, 3, etc.

49, sqq. De generationum ratione, quam Noster sibi propriam diversamque ab aliis libris sequitur, calumniari cum Sibyllista vanum ac prope ridiculum foret, sicut notavimus ad libri I initium. Hic utique juxta mentem suam generationes sic ordinat: sex Assyriorum a diluvii tempore (quippe antiquissimum illud imperium etiam in sacris scripturis designatur); inde Medorum duas, videlicet ab imperii Chaldæi fine usque ad Cyri initia; Persarum unam, usque ad Græcorum (id est, Macedonum) et Romanorum generationem, quam unam facit, eamque decimam et ultimam. De decima, varium quidem initium pro variis auctoribus habente, finem vero omnibus communem (non alium quam ipsum rerum finem), vide supra not. ad v. 20, et Excursum nostrum VI, part. I, cap. 1.

60. Insulas mari enatas ordine temporum primas citare solebant Græci Delum et Rhodum : id vero ductis ex sola mythologia rationibus, planeque vanis, quum eæ terræ minime igniti sint generis. Certior Theræ vulcanius ortus, sed is quoque temporibus male definitus, licet in ævum certe conjiciendus antiquissimum, nostrisque prius historiis, sicut apparet non modo ex Pindari aliorumque poetarum carminibus, sed etiam e reliquiis privatarum domuum, fortasse ne ipsarum quidem primævarum, quæ in illa insula sub vulcanii soli stratis per hos novissimos annos repertæ sunt. Aliæ temporibus antiquis sane, sed jam historicis natæ insulæ recensentur a Seneca in Epistolis, maximeque a Plinio, Hist. Nat. II, 89: recentiores et nobis propinquas enarrare longum esset, augescente in dies numero.

61. Falso plane ad Euphratem designatur a Nostro pugna ista, quam docet Herodotus haud procul ab Ecbatanis esse commissam. Quæ, decretoria licet, non tamen imperium statim ad Persas transtulit, sed post Astyagis demum et Cyaxaris mortem, quibus videtur interea rerum summam vel regium certe nomen reliquisse Cyrus, affinibus parcens. Inde Medorum et Persarum diu apud Græcos confusa mansere nomina, præsertim post adventum Darii Medi, Medicorum, ut tum vocabant, bellorum auctoris.

80, sqq. Antiquissimas Ætnæ montis eruptiones difficile est definire, quippe quæ historiarum originem et hominum, saltem Græcorum, memoriam præcedunt. Multas illas fuisse, sed temporum intervallis divisas, tuto asseri potest. Notan-

dus vero hic locus, quia videtur unum ex istis montani ignis effluviis ad tempora referre Medicis bellis propinqua, illud videlicet quod anno ante Christum 477 vel 475 accidisse ferunt, cujus meminit præ ceteris Pindarus; ad quod etiam alludit, licet uno verbo, Thucydides, lib. III, sub finem. Idem historicus, ibid., alteram notat eruptionem, sibi coævam, quippe sub belli Peloponnesiaci tempora, anno 425; quæ nobis quidem videtur minus huic loco convenire ob proximam Xerxis mentionem.

82. Crotonem tremore terræ concussam esse eodem tempore eodemque videlicet motu quo Ætna mons in vicina insula erumpebat, recte putes e Sibyllinis verbis colligi posse, nulla tamen exstante hujus rei memoria. Certe in mare dejectam esse illam urbem, ex solo poetæ ingenio manavit, nisi illum motum, ut fit, inundatio maris comitata est.

91, sq. Melius hi duo versus reportarentur infra post 96 : hic enim inter Alexandri res gestas ab eoque jussas populorum migrationes, videntur alieno loco positi. Recurrent libro VIII, 165, sq. iidemque supra legebantur in unum contracti versum, addita Romæ perituræ mentione, III, 364. Ambo cogniti Tertulliano, scribenti de Pallio, § 2 : « Quum inter in« sulas nulla jam Delos, arenæ Samus, « et Sibylla non mendax. » Sunt autem haud dubie ex antiquiore oraculo, cujus originem, saltem de Delo insula, videmur nobis divinare. Nam quum initio belli Peloponnesiaci, anno ante Christum 431, docente Thucydide, lib. II, § 8, valde commotæ fuissent vulgi mentes prodigiis quæ tum in publicum nuntiabantur, magnus effloruit oraculorum vatumque proventus, de quo sic agit gravissimus historicus : Πολλὰ δὲ χρησμολόγοι ᾖδον ἔν τε ταῖς μέλλουσι πολεμήσειν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν. Quum vero Delus, quæ antea credebatur immota et immobilis (testantur id Pindarus et Virgilius et Seneca, Quæst. Nat. VI, § 16), tunc primum terræ tremore concussa fuisset, magni hoc portenti instar visum est, juxta eumdem auctorem, ibid. : Ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη ὀλίγῳ πρὸ τούτων (id est, nisi fallimur, paulo ante belli initium), πρότερον οὔπω σεισθεῖσα ἀφ' οὗ Ἕλληνες μέμνηνται· ἐλέγετο δὲ καὶ ἐδόκει ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γενήσεσθαι. Vides anxiarum mentium credulam fidem vaticiniis addictam; simul, quod necesse erat, surgentes undique novos vates : vix igitur fieri potuit, quin de Delo tremefacta aliquod tunc ederetur oraculum, non antea, quum id impossibile crederetur. Callimachus certe hoc vaticinium norat, quum scriberet, Hymn. in Del. 53 : Οὕνεκεν οὐκέτ' ἄδηλος ἐπέπλεες, κ. τ. λ. Ubi vestigia agnoscis paronymiæ, Δῆλος ἄδηλος, ornamenti jam olim in oraculis et adagiis exquisiti, sicut apud nos hodieque. Sed hæc omnia de Delo; nihil hactenus de Samo invenimus, cujus in nomine lusit pariter falsus vates. Tertiam paronymiam his additam, Ῥώμη ῥύμη, multo recentiorem esse cuivis patet, et vide not. ad III, 364.

106. Non Laodiceam modo, sed totam eam regionem quæ juxta Lycum fluvium et quæ juxta Mæandrum porrigitur, crebris terræ tremoribus obnoxiam esse docet diuque antea fuisse monstrat historiarum exemplis Strabo, lib. XII, pag. 578, sqq. Minime autem dubium est, recentissimam tum quum hæc Sibyllina scribebantur, illam intelligi cladem qua Laodicea sub Nerone eversa est, Tacit. Annal. XIV, § 27 : « Eodem « anno [post Chr. 61], ex illustribus « Asiæ urbibus, Laodicea tremore terræ « prolapsa, nullo a nobis remedio pro« priis opibus revaluit. » Ingens enim urbs illa fuit et dives, quum Hieronis et Polemonis donis, a Strabone memoratis, loc. supra dict., tum præsertim soli uberrimi virtute, notante eodem geographo, ibid., qui eam vel hac sola laude ceteris Phrygiæ urbibus, excepta Apamea, anteponit, pag. 576, extr. Collapsam eam e ruinis suis exstitisse, non Tacitus modo testatur, sed et Sibyllista confirmat hoc hemistichio : Στήσει δὲ πάλιν πόλιν εὐρυάγυιαν. Utique tantæ urbis calamitate, quantumvis cito reparata, adeo commotæ fuerant hominum tunc viventium mentes ut non semel ejus rei memoria recurrat in nostris libris, hic et III, 471, et V, 289.

119, sqq. Nero Antichristus, id est, Ne-

ro sub extrema mundi tempora rediturus et Antichristi, sævissimi illius humani generis hostis, partes acturus, nunc primum in Sibyllinis prænuntiatur. Verum hæc opinio jam a primo sæculo maximeque primæ persecutionis temporibus apud Christianos invaluerat, existimantes crudele istud Neronis edictum, quo ipsi proscribebantur, initium et quasi præludium esse ultimarum calamitatum quæ sub mundi finem, proxime illum quidem ex Christi prædictione affuturum, exspectabantur. Non obscure alludit ad istam opinionem divus Paulus, epist. II ad Thessalon. cap. 2, quamvis ibi Neronem ipsum designare fastidiens, ob oculos vero vel in mente habens Danielis Prophetias, cap. 7, v. 25, de exsecrabili tyranno Epiphane, quem multi olim interpretes cum Antichristo confuderunt, suntque etiam nunc qui confundant. Neque exstincto Nerone cessavit, imo magis crevit illa Neronis exspectatio, quia jam ab ejus obitu increbuit non apud Christianos modo, sed etiam apud gentiles, testibus Suetonio et Tacito et Dione, rumor adespotus quidem, sed vulgatissimus, vivere istum et alicubi (in Parthia plerique credebant) latitare, inde rediturum in Romani imperii exitium. Hæc et quæcumque adversus Neronem excogitare potuerat commune odium, certatim cum Christianis amplexi sunt Judæi, infensissimi quippe Neronis memoriæ : nam eum multo plus quam Vespasianum aut Titum, quia bellum ab ipso jussum ipsiusque auspiciis gestum fuerat, eversorem suæ gentis, suæ urbis, suique templi arbitrabantur. Hinc in Sibyllinis sive Christianæ sive Judaïcæ originis redit continuo Neronis Antichristi mentio, adeo ut ejus historia non aliunde possit plenius aut melius edisci quam ex his nostris carminibus. Plura, nisi potius omnia quæ de ista re quæri possunt, pete ex nostro Exc. VI, part. II, cap. 16.

128, sq. Cyprum insulam terræ motibus expositam semper fuisse, uti nunc est, testatur Seneca, epist. XCI : « Cyprum, inquit, quoties vastavit hæc clades? quoties in se Paphos corruit? » Et sic omnino, Quæst. nat. VI, § 26, respiciens ille quidem, ut videtur, ad eam cladem qua Paphos sub Augusto afflicta erat circa annum ante Chr. 15, de qua Dio, LIV, § 23 : Παφίοις τε σεισμῷ πονήσασι καὶ χρήματα ἐχαρίσατο καὶ τὴν πόλιν Αὐγούσταν καλεῖν κατὰ δόγμα ἐπέτρεψε. Sed Noster alludit potius ad immanem tremorem, quo pæne deleta fuit ea insula, Vespasiano rerum summam tenente, circa annum Christi 71, tribus urbibus dejectis, juxta Eusebium in Chron. : Ἐν Κύπρῳ τρεῖς πόλεις σεισμῷ κατεστρώθησαν. Harum urbium duas nunc a Sibylla discimus, easque maximas, Salamina et Paphum : tertiam nemo docuit. Scimus autem multas neque spernendas in ea insula fuisse, etsi Pomponius Mela tres tantum nominat, Salamina, Paphum et Palæphatum : an hæc tertia est quam quærimus?

130, sqq. Diximus huic IV libro, Sibyllinorum christianorum natu maximo, atque inde Sibyllinis omnibus sequentibus, causam primam et originem dedisse Vesevi montis incendium, quod anno 79 exarsit, quodque hic apertissime memoratur. Quo casu quantum Romæ fuerint percussæ hominum mentes, monstrat optime Dio Cassius, libro LXVI, § 23. Quidni igitur in provinciis quoque, et in Ægypto, quo non rumor tantum, sed ipse cinis ex illo incendio allatus perhibetur ab eodem Dione, ibid. : Τοσαύτη γὰρ ἡ πᾶσα κόνις ἐγένετο, ὥστ' ἀπ' αὐτῆς ἦλθε μὲν καὶ ἐς Ἀφρικὴν καὶ Συρίαν καὶ ἐς Αἴγυπτον. In Ægypto autem commotos jam reperit Judæorum et Christianorum animos exspectatione propinqui rerum finis (vide supra, not. ad 119), cui clades ista præire videbatur. Sed magis ad nostram rem accedit Plutarchus, Sibyllinum aut tanquam Sibyllinum de ea re citans oraculum duobus locis, ac primum de Pythiæ Orac. tom. VII, pag. 566, ed. Reisk. : Ταῦτα δὲ τὰ πρόσφατα καὶ νέα πάθη περί τε Κύμην καὶ Δικαιάρχειαν, οὐχ ὑμνούμενα πάλαι καὶ ᾀδόμενα διὰ τῶν Σιβυλλείων ὁ χρόνος ὥσπερ ὠφείλων ἀποδέδωκεν, ἐκρήξεις πυρὸς ὀρείου, κ. τ. λ.; Iterumque de Sera Numinis vindicta, tom. VIII, pag. 240 : Ἔλεγε δὲ ὁ δαίμων τὴν φωνὴν εἶναι Σιβύλλης . . Καὶ βραχέα κατήκουσεν, ὧν ἦν τὸ περὶ τὸ Βέσβιον ὄρος

καὶ τὴν Δικαιαρχείας ὑπὸ πυρὸς φθορὰν γενησομένην, κ. τ. λ. Istud de Cumis Italiæ ac de Dicæarchia (Puteolis), ambabus igne montano perituris, oraculum, in re tam recenti aperte recens, Plutarcho vetus esse visum miraremur, nisi sciremus gravem et sapientem virum, sæpe, ut antiquos plerosque, acumine critico caruisse. Nobis id maxime notandum, non recens modo, sed haud dubie profanum fuisse oraculum : quo magis patet quam gravis fuerit animorum commotio quæ non solum christianas, sed etiam gentiles excitaverit Sibyllas.

145. Hanc prædictionem de opibus Asiæ restituendis, quam diximus nonnisi post direptam a Romanis Asiam venire cuiquam potuisse in mentem, legimus jam supra, sed hinc profecto translatam, lib. III, 350, sqq., ubi vide not.

161. Qui versum hunc Sibyllinum de ablutionibus judaïcis, non de baptismo christiano accipiendum contendunt, ut præ ceteris doctissimus Ewaldus (hic quidem Essæis, Judæorum asseclis, ista balnea tribuens, Dissert. pag. 47), ad lucem ultro nictare nobis videntur. Quonam enim sensu additum esset ὅλον δέμας, nisi de plena immersione baptismali, sola tunc apud illius ævi Christianos, non apud Judæos neque, nisi fallimur, apud Essæos, usitata ?

Ad librum V.

1, sqq. Consentit nobiscum, haud sane suo more, vir doctissimus (Dissert. pag. 51, sqq.; 66, sqq.) hunc librum sub Antoninis esse scriptum, præter hos tamen primores LI versus, cujus exceptionis causam nullam affert idoneam. Immo manifestum est his rejectis vel poema exordio cariturum vel exordium poemate. Quod si quid discriminis primos inter et sequentes versus animadvertere sibi visus est vir clarus, id soli materiæ tribuendum. Nam usque ad 52 modestius ac tutius incedit poeta noster, historiæ tanquam adminiculo utens : postea illo deficiente fulcro, audacter se in futurum conjiciet, cæco similis qui baculum projecerit.

23. Ineptæ isti Romanorum jactationi de Babylone sub Tiberio domita, quam et libro III, 384, notavimus jam, et rursus libro XII, 41, notabimus, nequaquam astipulantur historici. Scimus tamen jam sub primis imperatoribus superbiam Romanam, affectantem totius orbis imperium, aluisse votum illud illamque spem, ita ut classicæ ætatis poetæ pleni sint talibus auguriis. De Parthis enim ulciscendis sæpe agit Horatius, eoque respicit Virgilius ipse, Æn. VII, 606, et Lucanus, I, 10 :

Quumque superba foret Babylon spolianda tropæis
Ausoniis,

ubi vix animadvertendum Babylona non illam esse antiquam, sed novam, Ctesiphonta nempe Parthorum regiam, quæ Babylonis non statum modo, sed et apud poetas nomen occupaverat, ipsa cogente metri necessitate. Hæc poetarum et vulgi vota : sed maluit pacem cum illa gente Augustus, cujus successores in eodem consilio manserunt usque ad Trajani tempora. Quum tamen circa ann. 35 bellum civile inter Parthos exarsisset, Romanus in Syria legatus, L. Vitellius, unum e competitoribus adjuvit, eumque cum « robore legionum et sociorum » (sic Tacitus, Hist. VI, § 37) ad sua regna reduxit; dicere nolumus « in sua regna », quia Euphratem injussu Cæsaris transgredi non ausus est. Minime vero dubium, Romanos, in Euphratis ripa stantes, obiter saltem antiquam Babylona occupasse, ruinis jam tunc oppletam et paludibus, paucis incolis ac plerisque Judæis. Inde diffusus per occidentem rumor et adulatione auctus, Babylona sub Tiberio captam, quem rumorem auctor hic libri V idemque tertii libri partis tertiæ, ex vulgi fide, admisit; ex ipsius autem fide, scriptor modo citatus libri XII. Melius hoc vaticinium productum fuisset ad Trajani tempora, cujus in orientem expeditiones omnibus notæ sunt. Etiam sub M. Aurelio ejusque fratre L. Vero, Avidius Cassius Veri auspiciis Seleuciam et Ctesiphonta cepit, ambas Parthorum regias : Dio LXXI, § 2. De Septimii Severi victoriis, quas Noster cognoscere non potuit, loqui nunc præproperum esset.

32. De Isthmo Corinthio a Nerone

perfodi cœpto agitur in Sibyllinis non semel et in hoc ipso libro, 215, sqq., ubi vide not. Lectionem λύθρῳ τε παλάξει, diu ab editoribus frustra quæsitam, a nobis primis ex libro XII, 84, restitutam, olim nos vulgari sensu interpretati sumus ex Dione seu Xiphilino, LXIII, § 16, narrante sub fossorum ascia petris istis primum incussa fluxum manasse sanguinis : Αἷμά τε γὰρ τοῖς πρώτοις ἁψαμένοις τῆς γῆς ἀνέβλυσεν. Quanquam, mutata mente, nunc veremur ne sanguis potius intelligendus sit captivorum ad illud opus vi et suppliciis pertractorum, Judæorum præsertim, poetæ Judæo maxime flebilium, quorum sex millia eo, tanquam ad mortem, missa refert Josephus de Bell. Jud. III, cap. 10.

38. Infandus adversus Titum de parricidio rumor, quem tamen in vulgus serpsisse testis est Dio seu Dionis excerptor Xiphilinus, lib. LXVI, § 17.

43. Trajanus patria non Gallus, sed Hispanus ex Italica Bæticæ urbe fuit: Gallus vero a Sibyllista improprie dictus, seu propter ambarum regionum continuitatem, seu propter mixtam Celtiberorum originem; montivagus deinde ob res in Armenia gestas.

51. Tres simul imperasse Antoninos, Pium nempe et M. Aurelium et L. Verum juniorem, etsi monumentis historiæ et lapidum scriptorum testimonio refellitur, tamen communi opinione jam antiquitus jamque ipsis viventibus receptum fuit, quum videret illius ævi vulgus unum Augustum, duos Cæsares, diversis titulis, sed pæne æquali jure, rerum summæ præsidentes. Adeoque participes habiti sunt imperii, ut apologetæ Christiani, publice licet ad eorum auctoritatem confugientes, tribus simul principibus inscriberent libellos suos, uti vel ex operum titulis constat. Atque etsi non apud omnes æque vulgatus, Christianis tamen et Judæis libentissime acceptus fuit iste mos, illis quidem ob sanctæ Apocalypseos revelationes, utrisque vero ob Danielis prophetias : quibus ambobus vaticiniis magna et ultima rerum confusio prædicebatur post tria capita seu tria cornua; hæc autem cornua vulgus infensum Romanis non dubitavit tres ipsos esse Antoninos simul tunc regnantes, tanquam Antichristo et extremo rerum fini prævios atque proximos. Ista vulgi opinio ex Sibyllina lectione magis magisque elucebit.

52. Isidis sororem jactat se Sibylla eamque primam alloquitur, quod scilicet antiquissima numinum Ægyptiorum haberetur, omnes pæne Ægyptiacas religiones cultu suo complectens. Ejus vero deæ templum, de quo statim agetur, ne dubita Memphiticum esse, quod quidem vel ex hoc ipso libro magis magisque constabit, ubi, 457, sq., collocabitur ea ædes in Nili ripa, arenosum ad litus, prope lacum Acherunticum : quæ omnia Memphidi soli conveniunt.

92 (*bis*). Hunc versum, prius ex codd. et edd. absentem, eruimus nos e codice bibliothecæ Cæs. Parisiensis, varia omne genus fragmenta continente, mstorum græc. 1043, f° 96, v°. Ibi diu latuit cum sequentibus XVII versibus omnino corruptis et mutilis, nec quidquam sani ad vulgarem textum afferentibus, addito tantum scholio hujusmodi : Ἑρμηνεία. Ἰδοὺ καὶ αὐτὴ [ἡ Σίβυλλα] τὸν Πέρσην λέγει ἔρχεσθαι σὺν τῷ Ἀντιχρίστῳ ἐκ τῶν δυσμῶν μολύνοντα αἵματι τὸν ἀέρα καὶ τὰ θυσιαστήρια [referendum hoc ad παρὰ βωμοῖς] σὺν πλήθει ψαμμαθίδων [sic] ὅμοιον ψάμμου· καὶ λέγει πᾶσαν τὴν γῆν θρηνεῖν τὴν βασιλείαν τῶν Ῥωμαίων, καὶ μετὰ τὸ ὑποστρέψαι τὸν Πέρσην ἀπὸ δυσμῶν καὶ ἔρχεσθαι εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν σὺν τῷ Ἀντιχρίστῳ, καὶ μετὰ τὸ πᾶσαν τὴν γῆν ἐρημῶσαι, κἀκεῖ καταργεῖσθαι ὑπὸ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Λέγει γὰρ προνομὴν ποιῆσαι [id est, ποιήσειν] εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν τὸν Κύριον [lege τοῦ Κυρίου], καὶ κρίσιν δικαίαν [suppl. ποιῆσαι seu ποιήσειν τὸν Κύριον] ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ. Quæ sic fere verti possunt : « Interpretatio. Ecce Sibylla ipsa venientem nuntiat Persam [id est, Persarum regem] cum Antichristo ab occidente [nempe post occidentem domitum et Romam præcipue deletam], inficientem cruore aera [falso sensu vocis ἠέριος] et aras [quasnam illas, an suas?], cum ingenti numero seu copia ψαμαθίδων [sic Noster, ψαμαθηδόν adverbium haud intelligens, quanquam addit ὅμοιον ψάμ-

μου]. Addit [Sibylla] tunc omnem terram imperii Romani casum defleturam ; et post reditum Persæ [seu Persici regis] ab occidente ingressumque ejus in sanctam urbem [Hierosolyma] cum Antichristo, [nota hoc maxime, quia regem Persarum Antichristo socium comitemque mansurum, nusquam antea lectum erat], hunc [Antichristum] postquam terram totam in solitudinem verterit, ibi [Hierosolymis scilicet] finem regni inventurum adventu Domini nostri Jesu Christi. Dicit quippe [Sibylla] vastationem ab illo futuram urbis sanctæ [non obsidionem tantum, quod antea credebatur], et tum demum judicium justissimum [severissimumque] facturum Dominum nostrum Jesum in secundo suo adventu. » Ita desinit græcum istud scholion, in quo falsa multa, absurda atque inepta, quædam tamen nova et, ut videntur, e commentario aliquo pleniore gravioreque desumpta : quare non omnino negligenda, sed ad res Antichristi melius cognoscendas, locosque nonnullos hujus præcipue libri explanandos, fortasse non inutilia.

119. Pitanam, cum aliis quibusdam Asiæ Minoris urbibus, terræ tremore concussam memorat Eusebius ad annum Trajani octavum, monstrante Ops. in schedis ined.

121. De Lesbo similia vide vaticinia infra, 304, sqq., et III, 344. Noli tamen terræ motum intelligere, quem refert Aristides, Serm. sac. III, pag. 497, ed. Dind., sub M. Aurelio deploratum, anno 178, sed alium paulo anteriorem, sub Pio videlicet : malum, ut jam diximus, in Asia frequens.

125, sqq. De Lycia terræ motibus marisque exundationibus pæne obruta sub Nerone, et quidem ultimo ejus anno, testis est Dio Cassius, lib. LXIII, § 26, ed. Sturz : Ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐπαναχωρήσασα ἐπὶ πολὺ ἡ θάλασσα μέρος μέγιστον τῆς Λυκίας κατέλαβε. Huc quoque referenda quæ de Myris, urbe Lyciæ, canebantur apud nos libro IV, 109.

138. Doctissimo Ewaldo (Dissert. pag. 56, not. 1), nescio quo casu, ἰσόθεος φώς vertitur *göttliches Licht*, tanquam ἰσόθεον φῶς legerit.

150. Hoc verbo ὕμνησα respicit aperte poeta ad libri III partes antiquiores in laudem Judæorum scriptas : simul vero inscius eumdem se prodit cum plagiario libri III, § 3, dum ceteras ejus libri partes ipse sibi vindicat.

154. Intellige ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει, anno quarto seu post annos tres : nam Antichristum tres annos cum dimidio sive dimidiam annorum hebdomadem regnaturum, constans fuit traditio præsertim ex Apocal. cap. 12, v. 4. Ibi enim, loco licet difficili et obscuro, fuga mulieris (Ecclesiæ) a facie serpentis (Diaboli, sive, ut plerique interpretati sunt, Antichristi) tempus habet ita definitum, καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ. Totam vero Apocalypseos de Antichristo doctrinam semper ob mentem fuisse auctori libri hujus, Judæo quidem, sed nostris opinionibus nostrisque literis leviter intincto, diximus jam neque est dubium. Qua de re, si cui nondum videtur manifesta, quia plura non vacat hic disserere, adeat velimus Excursum nostrum VI, ubi multa nos de Apocalypsi, cap. 33, et de Antichristo, cap. 16.

181. Python hic vocatur Memphis ob celebres in ea urbe religiones, præsertim vero ob Apidis oraculum ibi famosum, de quo Plinius, VIII, § 46 : cognomine apud Nostrum a Delphis sumpto, græco igitur illo, non ægyptio, et huc adducto non ex communi usu, sed ex poetico ingenio. Additur cognomen aliud Δίπολις ob situm urbis in utraque Nili ancipitem : idque recte, δικαίως, nisi adderetur antiquam istam fuisse appellationem, τὸ πάλαι, quum hæc quoque græca sit et in Ægypto, si quando ibi innotuit, recens. Nobis quidem videtur memoria lapsus esse poeta ob simile nomen Διόπολιν, « Jovis urbem », aliquando Thebæ inditum a Græcis, quum Ægyptiacas religiones ad suos mores convertere molirentur, vel utramque sane theologiam permutatis vellent conciliare nominibus.

188. Ex hoc versu patet Theben Ægyptiam, licet ob insanæ rebellionis conatum a Cornelio Gallo, Romano præfecto, sævissime habitam, stetisse tamen sibi superstitem etiam sub Antoninis : aliter non caneretur Antichristi armis

peritura. Agnoscis vero constantem sibi ac sæpe recursuram in Sibyllinis traditionem de Antichristo post domitum occidentem rursus in Asiam atque inde in Ægyptum et Æthiopiam et Africam arma circumlaturo, unde Barcæ et Thebes et Syenes et Pentapoleos videmus hic fieri mentionem : cfr. not. ad IV, 119.

203, sqq. De his versibus, quos primi nos ad Vespasianum retulimus, gaudemus conjecturas nostras clarissimo viro Ewaldo (Dissert. pag. 60, not.) non omnino displicuisse. Quod autem Vespasianus e Syria seu Phœnice legionem Gallicanam a Muciano missam (Tacit. Hist. IV, § 39, et V, § 1) adversus Judæos acciverit, ansam inde capit poeta ut acerrime invehatur non adversus Gallos modo, sed etiam adversus Britannos; utque Ravennæ, navali Romanorum in Gallia olim Cisalpina celeberrimo, unde pleræque copiæ in Orientem transvehi solebant, exitium minetur et imprecetur.

215, sqq. De Isthmi perfodiendi consilio aliquid supra diximus ad versum 32. Susceptum id fuerat contra præceptum veteris cujusdam oraculi vetantis tanquam fatale istud opus, unde verba hæc : Ἰσθμοῖο παρ' ὀμφήν. Nunc vero fingitur opus a Nerone regnante inceptum a Nerone Antichristo confectum iri. De hac omni materia cf. intpp. ad Dion. Cass., loc. supra cit.

221, sqq. Atrocia profecto Judæorum inimicorum somnia adversus Antoninos, optimos principes : sed nos plura de hac re in hujus vol. Præfatione, ubi ex Esdræ libro IV (Judæo-christianus ille liber) simile huic Sibyllino vaticinium protulimus. Cfr. non minus infandam de Tito calumniam supra, 38.

232. Alludit poeta ad morem Romanorum crudelissimum, quo post triumphum captivi reges capite olim plecti solebant : postea mitior usus prævaluit, salva miserorum, si non dignitate, saltem vita, ut in Perseo rege.

255, sqq. De tribus istis semi-christianis versibus carmini ceterum judaïco insertis, diximus quod certissimum nobis videtur in Introductione ad Sibyllina. Poeta nempe Judæus christianis literis nonnihil intinctus fuerat et fortasse ex catechumenorum ordine rursus ad suos transfugerat. Ex nostra doctrina vix aliud retinuerat quam apocalypticas visiones vel ob id quod intelligere nequiverat, homo sua et suorum natura talium tenebrarum captator, unde vates et Sibyllista factus. Ut igitur Apocalypseos laciniis judaïcas suas rhapsodias contexuit, ita sanctissimi nostri Redemptoris memoriam antiquis Hebræorum traditionibus admiscuit. Nam quum promissam Judæis prosperitatem quibus licebat coloribus illustrasset, 246-254, ipsum Messiam de cælo adducit : hunc vero neque omnino christianum, neque omnino judaïcum, sed ex utroque compositum, Jesum nempe eumdem qui olim filius Nave solem stare jussit, ac qui postea filius Mariæ manus in cruce extendit. Crux Nostro est ξύλον πολύκαρπον, prorsus ut hodieque in ecclesiæ catholicæ hymnis sacris arbor illa canitur « flore, fruge fertilis ». Deinde Ἑβραίων ὁ ἄριστος Josue vocatur non tanquam Mosi præferendus, sed quod omnium miraculorum quæ sacris historiis memorantur, unus ipse maximum et clarissimum ediderit.

292. Incensum ab Eratostrato Ephesi templum anno ante Christum 356, rursus fuit Alexandri Magni jussu ædificatum non minore artis miraculo, rursusque totius Asiæ Minoris ornamentum nobilissimum haberi cœpit, populorum venerationem et dona ad se, ut antea, convertens. Stabat incolume sæculo post Christum primo, tum quum ejus causa divus Paulus, ut pote qui Dianæ cultum simulque præcipuos urbis reditus novis sacris introductis labefactaret, seditione vulgi ejectus est, clamantis una voce : Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων, « magna Diana Ephesiorum ». Postea, sed multo serius, templum idem sub Gallieno imp. direptum a Scythis incensumque narratur (Treb. Poll. pag. 719, ed. Var.), nec surrexit e cineribus, populorum fide deficiente, et instante jam tum æmulæ religionis victoria.

305. Audacter fecimus quod Σάμορνον de nostro reposuimus ubi antea codd. et edd. omnes Λυκοῦργον, sine sensu : audacter quidem, sed uti nunc etiam nobis videtur, felicissime. Artissima-

quippe fuit inter Smyrnæos et Ephesios cognatio, memorante Strabone, lib. XIV, p. 633, sqq., non cognationem modo, sed et præcipuum ejus argumentum, portum Ephesi antiquo et vulgari usu Σάμορνον seu Σάμορναν, interdum etiam Σμύρναν cognominatum : cfr. et Steph. de Urbibus, v. Σάμορνα, et Hesychii interpp. ad Σαμονία. Concordiam inter eas urbes aliquando dissutam resarcire conatus est Aristides oratione XLII, περὶ Ὁμονοίας, exstatque numus : ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΕΡΓ. ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Itaque per illos continuos terræ tremores qui, anno præsertim 178, eam Asiæ oram commoverunt, crebri inter illas urbes discursus fiebant : Ἐφέσιοι δὲ καὶ Σμυρναῖοι παρ' ἀλλήλους ἔθεον θορυβούμενοι, Aristid. Serm. Sacr. III (tom. I, pag. 497, ed. Dind.). Quo tempore quis dubitet Smyrnæ legatos, quum Ephesiorum opem implorarent, antiquæ cognationis et Samorni portus meminisse? Neque id frustra, siquidem ad reparandas Smyrnæ clades unanimem totius Asiæ concursum laudat idem Aristides, Orat. XXI (tom. I, pag. 434).

307, sqq. Asiaticam intelligi Cumam non est dubium, 1° quod continuo post Ephesum et Smyrnam adducatur, inter urbes Asiaticas plerasque, immo omnes, si Corcyra excipiatur, una, incertum cur, nec fortasse satis certe, his immixta ; 2° quod vix sit verisimile Sibyllam nostram, si de Cumis Italicis cecinisset, ad earum oraculum vatemque sibi cognominem non allusisse, nisi illuc aliquid referendum putes ex istis νάμασι θεοπνεύστοις, « fontibus fatidicis ». De prava autem horum Cumanorum indole, Κυμαίων δῆμος χαλεπός, Sibylla cur ita queratur adhuc nos latet, etsi fatendum Strabonem parum iis favere, lib. XIII, pag. 622, ubi ait : Σκώπτεται εἰς ἀναισθησίαν ἡ Κύμη.

319. Lycum, Phrygiæ Cariæque amnem, Hieropoli et Laodiceæ affluentem, crediderat Eratosthenes eumdem esse cum poetarum Thermodonte, taxatus ob id a Strabone, lib. XI, pag. 629. Hic tamen noster locus Eratostheni videtur astipulari, ut duo forte sint Thermodontes intelligendi, unus Ponti, alter Phrygiæ.

324. Φοίβου τὴν γείτονα χῶραν Miletum intelligit Noster et sic vocat ob vicinum templum et oraculum Apollinis Didymæi, in Branchidis vulgo dicti : quod quidem templum Persico bello destructum, postea Milesiorum munificentia instauratum fuerat. Nec vero religionibus tantum insignis fuit ea urbs, sed etiam doctorum virorum ac præcipue philosophorum fama, Thaletis, Anaximandri, Anaximenis, quo respicit versus 326.

372. Decretoriæ illius pugnæ, quam poeta futuram fingit Antichristum inter et Antoninos, hos quidem supremo isto discrimine perituros, nota eumdem fere statui locum in Macedonia, ubi bis fatale fuit civilia ex Italia bella transferri. Quo pertinent noti ex Virgilio versus : Ergo inter sese paribus concurrere telis Romanas acies iterum videre Philippi. Ex hoc autem nostro loco colligi potest, quod nos alibi nusquam scriptum reperimus, Antichristi post suam de Antoninis victoriam ad orientem redeuntis iter, nempe, siquidem e Macedonia proficiscentis, per occidentales Asiæ provincias, Bithyniam, Pontum, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, Ciliciam, unde in Syriam et in Ægyptum : quænam enim alia probabilior via suppetat?

422. Hac voce ἔνσαρκος non usus esset poeta, nisi suo tempore multos esse cognovisset qui traditiones omnes de nova Hierusalem, in sacris scripturis obvias, figurato, non proprio sensu, spiritali, non corporali, capiendas esse contenderent. Repugnat igitur Apocalypsi, cui sæpius adhærere solet, quum templum istud « corporeum » fore prædicit, ἔνσαρκον, qui saltem in sancto libro legere debuisset, cap. 21, v. 22 : Καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ, « et templum « non vidi in ea. »

433, sqq. Comparandi hi versus cum supra lectis, III, § 303, sqq. Hic vero confundit aperte Noster veterem Babylona, Assyriæ reginam, cum nova Babylone Parthorum sive Ctesiphonte, de qua vide not. ad 23. Itaque operam abludat qui poeticum hunc locum ad historicæ veritatis regulas componere velit, etsi de obsequio Romanis præstito dimidiæque servitutis indiciis respondent

quæ hic leguntur ad Parthici imperii commoti labefactique declivem illo tempore statum.

457. Referenda hæc verba, ὅτ' ἐπαύσατ' ὄλεθρος Αἰγύπτου, ad illa libri III, 318, καὶ τότε παύσῃ, e quibus ambobus locis inter se collatis argumentum sumpsimus communis inter utrumque carmen originis, quum in Excursibus prioris editionis, tum in hujus ipsius voluminis Præfatione, quam vide.

463, sqq. Rarissimum sane prodigium Nilus gelu astrictus seu crustas vehens: cujus tamen exemplum unum nobis affert Bellorum Sacrorum Gallicus scriptor Michaud, tom. I, pag. 142, not., auctore quidem suo non citato, nec definito tempore, nisi quod ex circumstantibus ætas colligi potest sæculo XII propinqua, manente interim dubitandi loco.

486. Recte vocatur Serapis λίθοις πολλοῖς ἐπικείμενος, « multis saxis imposi« tus », cujus templum luculenta descriptione nobis effingit Rufinus, Hist. Eccl. XI, cap. 23, « per centum aut am« plius gradus in sublime suspensum » : addit Sibyllista candidos fuisse istos gradus, λίθοις λευκοῖς, id est, ex marmore albo confectos. Propter quas substructiones recte quidem dici potuit illud templum collis instar assurgere : improprie autem Sozomenus, Hist. VII, cap. 15, in colle seu tumulo ponit, ἐπὶ γεωλόφου κείμενον. Eunapius in Sophistis, ad vitam Ædesii, tom. I, pag. 43, ed. Boisson., postquam fervorem seu potius furorem ostendit militum simul et monachorum certatim ad destruendam ædem ruentium, notat remansisse tantummodo templi solum seu pavimentum, prohibente lapidum magnitudine ne facile moverentur : Μόνον τὸ ἔδαφος οὐχ ὑφείλοντο διὰ βάρος τῶν λίθων· οὐκ ἦσαν γὰρ εὐμετακίνητοι. Pariter eamdemque ob causam superfuisse credimus gradus prædictos, supra quos area fuit, in qua, si bene Sozomenum intelligimus, surrexit exstructa paulo serius ædes monachorum, in laudem Arcadii imp. divo Arcadio sacrata. Scimus autem eversum fuisse templum sub Theodosio, anno post Christum 389, quo exemplo firmatur id quod alibi diximus, admisisse Sibyllistas in carmina sua prædictiones quasdam ante eventum fortuito jactas, quæ postea facto comprobatæ sunt. Idem observari potuit de Isiaci templi eversione modo prædicta, 484, sqq., et supra, 54, sqq. Sed hoc præcipue vaticinio, tam plenum eventum nacto, commotæ fuerunt hominum mentes : itaque huc respicit quidam divo objiciens Augustino, de Div. Dæm., cap. 1, § 1, « Dæmonem nescio quem « eversionem templi Serapis, quæ Alexan« driæ facta est, prædixisse ». Cui respondet sanctus Pater, ibid. cap. 5, § 11 : « Quid ergo mirum si jam imminente tem« plorum aut simulacrorum eversione, « quam prophetæ Dei tanto ante prædi« xerant, Serapis dæmon alicui cultorum « suorum hoc de proximo prodidit, ut « suam quasi divinitatem recedens vel « fugiens commendaret? » Additque alia æque vana, quæ non dictasset sanctus vir si reputasset Sibyllistæ otiosi, non Serapidis istud esse oraculum.

491, sqq. Nemo non interpretum, de his commentans, ad Oniæ templum respexit, erectum prope Heliopolim, regnante in Ægypto Philometore, Oniæ pontificatum ambientis consilio, regis impensis. Nec multum refert an vetus illud fuerit fanum Ægyptiacum, annuente rege, novis sacris dedicatum : utique fuit postea a Judæis, præsertim Alexandrinis, summa veneratione pæne ad instar Hierosolymitani templi cultum. Verum ista Oniæ ædes longe ante hos libros scriptos, a Paulino Ægypti præfecto, Vespasiani videlicet jussu, clausa et religionibus suis orbata fuerat, ita ut nullum judaïci ritus vestigium in ea relinqueretur, diserte id testante Josepho, de Bello Jud. VII, cap. 30 : Ὡς μηδ' ἴχνος ἔτι τῆς εἰς Θεὸν θεραπείας ἐν τῷ τόπῳ καταλιπεῖν. Contra, hæc de qua nunc agitur ædes, incertum cujus instinctu sacerdotis, λινοστόλου ἀνδρός, aut in qua Ægypti urbe, cujusve jussu aut impensis exstruenda (nihil enim Sibylla de his omnibus), tempora durando victura prædicitur, donec sub extremum mundi finem ab Æthiopibus deleatur, infra, 507. Aliud igitur templum et prorsus ab Oniæ æde diversum intelligendum est, quod revera nullum unquam fuit. Verum istud

construendi in Ægypto novi templi consilium, erat, ut verum dicatur, a Judæorum moribus et fide minus quam quis putet alienum. Quidquid enim in lege scriptum legerent aut mente præsumptum haberent, non poterant multum ab ista cogitatione abhorrere post Isaïæ prophetiam, cap. 19, v. 18, sqq.

AD LIBRUM VI.

1, sqq. Hæreticos plerosque qui in primæva Ecclesia pullularunt, Ebionitas, Cerinthianos, alios, quorum nomina sæpe a theologis confusa difficile expediuntur, divinam Christi missionem a baptismo Joannis inchoasse, notum omnibus qui de nostræ religionis originibus egerunt; idque olim a nobis in Exc. VI, cap. 5, fuse tractatum, nolumus hic iterum agere : conferantur præsertim Irenæus, lib. I, § 25, et Epiphanius, hær. 30, quanquam neuter fortasse de ea re satis explicitus. Ea quippe videtur fuisse istorum hominum de incarnatione doctrina, quæ non improprie incarnatio per baptismum dici possit; Jesum Christum, hominem inter homines, quanquam ortu supernaturali, editum, divinam demum suscepisse naturam in Joannis baptismo, tum quum ei infusus de cælo fuisset Sanctus Spiritus. Tunc demum, aiebant, coaluit in unam cum ipso personam æternus Dei Filius sive æternum Verbum, et simul proclamata vox : « Hic est Filius « meus, etc. ». Ab illo tempore duas in Christo naturas, unam personam agnoscebant hæretici isti; neque Christi divinitatem negabant, immo aperte profitebantur, etiam in ipsa Redemptoris passione et morte, ut vere proprio vereque orthodoxo sensu exclamarent sub finem hujus libri VI, 26 :

Ὦ ξύλον ὢ μακαριστὸν, ἐφ' ᾧ Θεὸς ἐξετανύσθη,
O lignum felix, in quo Deus ipse pependit.

Præcipuum igitur inter nos et illos doctrinæ discrimen, saltem a die baptismi, fuit, quod Filium a Spiritu sancto non recte distinguerent; cui simile vitium primis Ecclesiæ sæculis late diuque fuisse diffusum alias observavimus.

3. Offendit quemlibet istud οὔπω γεννηθέντι, nec ferri potest, nisi de secunda, id est, terrestri generatione Christi intelligatur. Ipsum duarum generationum dogma statim in hoc ipso versu declaratum : Ἐπεὶ κατὰ σάρκα τὸ δισσὸν ἠγέρθη, usitatæ apud nos theologiæ repugnare videtur, magis tamen vulgatæ consuetudini quam rerum veritati contrarium, quippe apud Græcos etiam θεολογωτάτους omnino receptum, neque a Nostrorum eruditissimis, præsertim a Petavio, de Incarn. VII, cap. 5, repudiatum. Confer quæ de hoc argumento dicta sunt et a multo quam nobis doctioribus disputata in prioris editionis Exc. VI, cap. 5. Quibus jamdudum equidem acquiescebam, quum ecce Toleti in Hispania, maxime catholica et orthodoxa regione, affixum reperi ante hos paucos annos supra fores ædis divi Josephi titulum hujusmodi :

Bis geniti tutor Joseph conjuxque parentis
Has ædes habitat primaque templa tenet.

6. Arsisse fluvium Jordanem sive insolita luce effulsisse quum Christus in eo baptizaretur, non apud hæreticos modo, sed etiam in tota fere catholica Ecclesia diu traditione servatum est, necdum prorsus e ritibus nostris evanuit, ut in benedictione aquæ per cereum immersum solemnis alicujus festivitatis die, precibusque ad hanc cærimoniam adhibitis. In orientali præsertim Ecclesia regnat illius traditionis fides, sicut e Græcorum euchologiis facile monstrari potest : cfr. Exc. nostrum V, pag. 470, sq. Id autem ideo factum contendebant hæretici de quibus modo agebamus, ut descendentis in Jesum Spiritus Sancti adventus (quod dogma maxime ipsis cordi esse diximus), non columbæ tantum illapsu, neque divinæ vocis auditu, sed etiam fluminis ardore significaretur, unde illius incendii mentio bis in his duobus libris, hic nempe et VII, 84, intra paucos licet versus, recurrit.

26. Versus hic duplici fulget unus testimonio, primum venerationis erga sanctam Crucem; deinde etiam divinitatis Christi, quam indivisibiliter adhærentem monstrat humanæ ejus naturæ vel in

ipsa, uti diximus, passione et morte. Sensum igitur exhibet tam verum, tamque pium, tamque christianis auribus gratum, ut jam a sæculis III et IV, haustus licet e suspecto fonte hæretici carminis, pæne in proverbium abierit, atque ab auctoribus illorum temporum etiam gravissimis memoratus reperiatur, uti suo loco inter varias lectiones observavimus.

27. Notandum prorsus hoc vaticinium, Οὐχ ἕξει σε χθών, quia omnino repugnat traditioni postea in vulgus diffusæ (tum vero minime prænosci poterat) de sancta Cruce per Helenam Constantini matrem reperta. Plerique antea credebant sublatam fuisse in cælum miraculo aliquo illam Crucem, quæ supremo judicio, tanquam signum solemne, præfulgeret, juxta receptam hodieque interpretationem sacrosanctæ prædictionis apud Matth. cap. 24, v. 30 : Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν οὐρανῷ, in Sibyllinis quoque nostris memoratæ, VIII, 244, sqq. :

Σῆμα δέ τοι τότε πᾶσι βροτοῖς σφρηγὶς ἐπίσημος
Τὸ ξύλον ἐν πιστοῖς τὸ κέρας τὸ ποθούμενον ἔσται,

quod nos latine vertimus :

Insigne et cunctis aderit mirabile visu
Nullo sat cultu venerandum et amabile lignum.

Hinc maxime apud omnes Ecclesias vigebat sancti illius signi veneratio, jam tum labiis adorari, ut hodie, soliti, etsi, quantum colligi potest, sine crucifixi imagine. Conf. Exc. nostr. VI, cap. 31.

AD LIBRUM VII.

1, sqq. Hic liber, quamvis aperte, ut jam sæpe monitum, cum priore sententiis conjunctus, ab eademque haud dubie manu profectus, sic tamen incipit tanquam novum aliquod carmen, et quidem capite truncum, non annorum, uti nos remur, injuria, sed ipsius auctoris consilio, ad imitationem æmulationemque Sibyllinorum aliorum antiquiorum, gentilium præsertim, et judaïci libri III, § 2, cujus conferendum cum hoc initium. Sed hoc alio quoque respectu mutilum diu fuit : nam primus ejus versus aberat, ut ex editis, ita omnibus e codicibus, omnibus, inquam, præter unum fragmentum manuscriptum ex quo nobis fuit eruendum. Sequentes versus minime inter se cohærent; nec satis patet utrum e poetæ cerebro tales quales nunc prodeunt exciderint, an ex aliis passim decerpti libris sine ordine huc illati sint, utique jam libro I sine ordine lecti, 184, 193, sqq.

12. Cur Phrygia ex aquis diluvii universi prima emersisse credita sit, uti libro etiam I, 196, declaratur, præcipua causa fuit quod antiquissimos ethnicæ religionis deos atque ideo pagana ipsa sacra ex ea regione orta vel profecta traderentur etiam apud gentiles, multo autem magis apud Judæos, unde et apud Sibyllistas, ut constat non ex hoc tantum loco, sed etiam e libris III, § 2, 140; V, 129, sqq. Prorsus diversa est traditio, etsi judaïca illa quoque, sed recentior, de arca Noëmi in monte Phrygiæ prope Apameam Cibotum, recedentibus diluvii aquis, commorata, I, 261, sqq.

24, sqq. Conferendus hic de judicio locus cum celebrata acrostichide, VIII, 217, sqq., et cum libri II fine, qui totus jam a versu 195 eodem spectat.

41, sqq. De incestis novorum Persarum moribus (quanquam, nisi fallimur, apud solos vigentibus principes et ex antiquiore Parthico usu retentis), confer Agathiam II, § 24 et 31, fusiusque de hoc argumento disserentem Brissonium, de Reg. Pers. principatu, lib. II. Mirum igitur quomodo clarissimus Ewaldus (Dissert., p. 67, not.) non apertam cuique viam sequi voluerit; sed hæc opprobria vel ad Romanos transferre maluerit, vel etiam ad corruptam quamlibet gentem flagitiis talibus obnoxiam : neque attenderit sequentes versus : Ὕστερα δ' αὐτοῖς, κ. τ. λ. minime intelligi posse, nisi, quod nos priores ostenderamus, referantur ad Alexandri Severi infelicem adversus Persas expeditionem, probante Sibyllista libri XII, 277, sqq., et iisdem prope verbis idem deplorante infortunium.

55. De Colophone, sicut supra de Pataris et de Mileto, deque aliis gentilibus oraculis, contra vulgatam apud recentiores opinionem, etiam tum, sæculo post

Christum tertio, exstantibus, locus erit dicendi ad XIV, 272, ubi vide not.

66, sqq. Rursus hic, ut libro VI, nec satis opportune, exspatiatur Noster de Christi baptismo, cujus mentioni cur tantum insistat, probe jam novimus satisque supra notatum est ad VI, 1.

71, sqq. Hæc turrium allegoria manentium in cælo justos advenas, petita videtur ex Hermæ Pastore, lib. I, vis. 3, quanquam ibi turris unius mentio fit, quæ, Herma ipso commentante, Ecclesia est : tres turres totidemque virtutes in iis habitantes, ex ingenio sunt Sibyllistæ. Neque vero hic reperias, quod fortasse sperasses, ipsa nomina Virtutum quas Divus Paulus recenset ad Corinth. I, cap. 13, v. 13, quæ vulgo theologicæ vocantur et omnibus notæ sunt, πίστις, ἐλπίς, ἀγάπη, « fides, spes, caritas ». Apud Nostrum alia tria sunt nomina, ἐλπίς, εὐσεβίη, σεβασμοσύνη, quorum præter ἐλπίδα nullum cum Apostoli catalogo convenit, nisi εὐσέβειαν eamdem esse cum caritate putes, quod vide an admitti possit : nos quidem non multum adversabimur. Docte, ut solet, commentans de hoc loco clar. Ewaldus (Dissert. pag. 70, not.) ita vertit : *Hoffnung*, *Frœmmigkeit*, *Dienstfertigkeit*, recte ad philologicum sensum, ad theologicum minus recte. Magis vero probandus Sibyllista Judæus libri V, 284, popularium suorum, quos ibi maxime laudat, virtutes ita resumens :

Ἤλπισαν, εὐσεβίην μεγάλην καὶ πίστιν ἔχοντες,

ubi tres illæ possunt sic fere verti :

Spes vivax, pietasque animis immota, fidesque,

non longe ab apostolico sensu, si pietas pro caritate accipiatur, ut jam dictum.

105. Στάχυν de frumento interpretari vix licet, cujus maxima pars ex Ægypto vel Africa Romam advehebatur, non sane ex Gallia in Ægyptum : et tunc Galliæ pars Alpina, παρὰ δύσβατον Ἄλπιν, infelix ac prope sterilis regio habebatur, tanquam glacie obducta, κρυμαλέοισι παχυνομένη κρυστάλλοις. At contra ex Alpibus in Ægyptum importabatur unguentariæ rei causa vis magna Nardi seu Spicæ improprie ita dictæ, quæ Clusio et Bauhino « Nardus « Celtica »; Hallero « Valeriana foliis in- « tegerrimis, radicalibus ovatis, caulinis « linearibus obtusis » ; Linnæo et recentioribus « Valeriana Celtica ». De hac Hallerus, Stirp. Helv. tom. I, pag. 91 : « Odor multo vehementior quam vul- « gari [nempe, ut opinamur, officinali] « vires promittit majores : parum tamen « in officinis nota est. In Ægyptum ad « sexaginta *tonnas* hujus nardi quotannis « ex Germania mittuntur, quibus utun- « tur ad unguentum quod cutem mollem « servet; alii ad balnea aiunt adhiberi. « Veteribus notissima erat Nardus Gal- « lica olusatri folio, caule cubitali geni- « culato, [flore ?] in purpura [an potius « ex purpura ?] albicante, radice obli- « qua avium pedes imitante; aliis *Phu* « Plinii. In antidoto habet Celsus. Non « dubito quin ad nervorum instabilita- « tem, perinde ut Valeriana silvestris « [officinalem intellige] et magis valeat. « Nuperis neglecta est, ut nulla ejus post « sæculum XVI icon data sit, nulla des- « criptio. »

132, sqq. In his versibus judaïsmi morientis, eoque magis impatientis mori, extremus sonare videtur anhelitus. Quousque ferri potuerint ac revera tolerata fuerint in Ecclesia nascente antiquæ illus theologiæ vestigia, disquisivimus in Excursu nostro VI, part. III, cap. 3. Hic vero minime defendi potest ista doctrina, quippe aperte in schisma et in hæresim prolabens, ubi dissidentes ab opinionibus suis, damnata ipsa, damnat et a christiana societate rejicit.

139, sqq. De ista annorum supputatione, postquam rem in omnes vertimus partes, hic demum consistimus. Annum agi putamus 350, æræ videlicet Actiacæ, quæ tunc sola fere in Oriente recepta fuit (is annus nobis esset 380). Ipsum vero numerum 350 hoc modo deducimus. Primos sine controversia numeramus annos trecentos, qui tria sæcula utriusvis æræ conficiunt. Annos deinde sequentes tertio sæculo imputamus, ἐν δὲ τρίτῳ κλήρῳ, quanquam rectius ad quartam centuriam pertinentes : nil vero tam est antiquis familiare, in hujusmodi supputationibus, quam terminum, ut

vulgo dicitur, vel summa includere vel de summa detrahere. Sic apud Græcos πενταετηρίδες, apud Latinos « lustra » dici solent et pro quinis annis numerari, quæ revera quaternos tantum includunt. Sic fere vel contra poscit usus linguæ nostræ ut pro una hebdomade octo, pro duabus quindecim ponantur dies. Et sic nobis sæpe accidit, quotidiano et familiari sermone utentibus, hæsitare talemne annum, qualis est supra 350, ad tertium an ad quartum sæculum referamus. Nunc in præsenti exemplo, qui tertiam centuriam excedunt anni 50, quomodo numerabuntur? Hoc, nisi fallimur, modo. Primi ex iis 49 septem implent annorum hebdomadas, numero bis sacro bisque fatali : nam septenarium numerum in oriente ac præsertim apud Judæos religione quadam consecratum esse, nemo nescit; et hanc fortasse ob causam in Apocalypsi numerus dierum Antichristi definitur tribus annis cum dimidio, id est, dimidia annorum hebdomade. Hic vero, quod ipse videtur Sibyllinus indicare versus, si ad septem hebdomadas unam monadem addideris, id est, octavæ hebdomadis annum primum, ὀγδοάτης πρώτης (apertius dixisset Noster τῆς ὀγδοάτης ἑβδομάδος ἐνιαυτῷ τῷ πρώτῳ), habebis quem quærimus annum 350. In summa quid sibi voluit Noster? Finem rerum proximum esse; Antichristum brevi venturum brevique periturum; nec posse illius dominationem ultra annum 350 proferri (scribebantur hæc circa annum æræ nostræ 234, qui est Ægyptiacæ 264); post hunc secuturam ultimam rerum convulsionem, sicut continuo dicetur, 140, sqq.; atque inde piorum, id est, Judæorum seu Judæo-Christianorum terrestre regnum, 144, sqq. (duce videlicet et auspice Messia), conversante cum justis Deo ipsosque docente quidquid non fuerit a Sibylla revelatum, 150, sqq.

151, sqq. Cum hoc epilogo confer palam ex ipso ductum ac pæne transcriptum epilogum libri II, 340, sqq., quibusdam tamen attenuatis aut omnino suppressis, ut maxime filiæ cum patre flagitiis, quod posterioris retractationis indicium est.

AD LIBRUM VIII.

1, sqq. Pauca de hac libri octavi parte, VIII, § 1, notanda nobis erunt. Scripta quippe est de iisdem prope rebus cum libro V, atque, ut alias demonstrare conati sumus, ab eodem auctore, Judæo nempe illo, nostris quidem sacris alieno, non prorsus autem literis nostris, præsertim apocalypticis. Statim, si quis tantum habeat otii ut ambo carmina conferre juvet, componendum est hoc initium cum libri V exordio.

68. De Antonini Pii principatu paulo longius progreditur hoc carmen quam liber quintus; unde credas, quamvis ab eodem, paulo tamen posterius editum.

88, sqq. Draconem istum eumdem esse qui in Apocalypsi, cap. 13, sqq., figuratur, minime dubium est. Is vero, sicut reliqua sancti illius libri, varie accipi potest, potuitque a Sibyllista, sicut a quovis lectore vel interprete, in propriam trahi sententiam. Nobis videtur, vel ob illud hemistichium, γαστέρι πλῆθος ἔχων, intelligendus Antichristi στόλος sive classis, cum suo duce suoque agmine maria trajiciens sive ab Asia in occidentem, sive ab occidente rursus in Asiam. Prius iter, venientis nempe, non revertentis, magis ad reliqui loci tenorem accedit, ut terribilis ille tyrannus e Parthia Romam petens significetur, nondum quippe deletam, cui sequentia paratam ab ipso perniciem portendunt.

123, sqq. Recurrit non semel in Sibyllinis, præcipue III, 58 sq. et XIII, 64, sqq., illa non immerita declamatio adversus insaniam sub imperatoribus Romanis ac præsertim sub Antoninis per totum imperium, maxime vero per Asiaticas provincias diffusam, amplificandi, exædificandi singulas urbes novis sumptuosisque monumentis, templis, circis, plateis, etc., quorum reliquias hodie miramur, simul artis, simul magnificentiæ causa. Talem luxum apud nos hodie redivivum conspicimus, felicius utinam!

131, sq. De qua demum generatione capiendi sint hi duo versus, ambigere nefas : nempe ad Antoninos haud dubie

referendi, si judicentur quum e reliquo hujus libri tenore, tum e legendis infra versibus duobus 137, sq., omissis intermediis quatuor, de quibus vide not. Ibi enim, 138, canentur hæc eventura, id est, Romanorum imperatorum ordo desiturus, post Ægypti reges quindecim, nempe post totidem imperatores Romanos ab Augusto ad Hadrianum numeratos, sicut supra, 50, sqq., atque ideo sub Antoninis. Horum vero dynastia quomodo sexta numeretur, variis modis excogitari potest; et quidquid olim de ea re conjecerimus, certior nunc videtur nobis instituenda hæc ratio : Cæsares, Flavii, Nerva, Trajanus, Hadrianus, Antonini.

133, sqq. Quatuor hosce versus, 133-136, quos primi nos uncis ut suspectos inclusimus, spurios et interpolatos esse vel id unum argumento sit, quod aperte contradicunt versui supra lecto 65, ubi tres Antonini prædicuntur ultimi et in ultimo rerum articulo regnaturi, πανύστατον ἦμαρ ἔχοντες, quæ constans fuit Sibyllistarum traditio, uti sæpe nobis animadversum est. Sed nec melius conciliari possunt cum iis quæ paulo infra sequentur, 143, sqq., quæque passim alias in Sibyllinis pæne ad satietatem recurrunt, de propinquo jamque adventante Romani imperii fine. Qui enim propinquus habeatur finis, quem in tam multas principum generationes, immo in perpetuum differri videmus hoc versu !

Παῖδες καὶ παίδων τούτου γενεὴ ἀσαλεύτων.

Cæterum si interpolati sunt, uti remur, hi versus, quando vel a quo, nisi post adventum Constantini ab aliquo Christiano novas spes fovente ideoque sinistra nostrorum carminum auguria in melius retractante? Nec diu vero nec longe debuit iste, quisquis fuit, novum oraculum suum quærere; invenit enim, si voluit, simillimum huic, lib. XIV, 280, sqq. de ignoto aliquo neque unquam eventuro principe post multos pariter ignotos temere a Sibyllista in futurum conjectos. Sed præluxerat Homerus, Iliad. V, 308, talem omnino prophetiam et quidem ipsis literis integrum exhibens hemistichium de Æneæ ejusque posteris olim in urbe Scepsi seu Palæscepsi regnaturis :

Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Tale omen in suos usus convertere plagiariorum nostrorum nec contra indolem nec supra ingenium fuit.

139. De Phœnice, prodigioso alite, semel post aliquot sæculorum ambitus in terris aspici olim credito, quia materia est multis tractata omnibusque nota, nihil hic observabimus, nisi ultimum ante nostra carmina apparuisse istum alitem extremo Tiberii anno, si Tacito fides, biennio post Tiberium, si Plinio. Nunc vero idem rediturus canitur sub rerum finem paulo ante Neronis Antichristi adventum : vana omnia, de quibus tamen adi, si vacat, curas nostras posteriores ad priorem editionem, pag. 225, et Friedliebii Introductionem ad Sibyllina, pag. LIV.

157, sqq. Leo iste, immanis ferus, haud dubie ipse est Nero Antichristus, seu potius, quia nunc Judæo duce utimur, Antimessias, periturus post breve regnum per Messiam, qui nunc oblique designatur sub canis figura gregem custodientis. Hæc igitur metaphora nunc est in bonam partem capienda, non ut serius, lib. XIV, v. 15, loco licet hinc ducto, in malam atque pessimam, ubi de Odenati interfectoribus usurpabitur.

169, sq. Mirum forsan alicui videbitur Messiæ regnum hic nuntiari, priusquam de Roma actum sit, cujus statim mentio fiet. Verum hæc fuit Judæorum ac judaïzantium opinio, Messiam de cælo descensurum eo ipso tempore quo Antimessias imperium Romanum invaderet, nondum capta ab eo Roma multoque minus diruta, necdum subactis omnibus gentibus quibus olim conflatum ejus fuisset imperium. Tunc fore ut in Judæa urbs nova novaque Dei ædes exstrueretur, non figurato, sed proprio ac vero sensu, Judæis partim ex omni terrarum regione congregatis, partim ex sepulcro revocatis (quanquam non sine delectu, ut opinamur, neque ideo sine priore aliquo judicio), ut civitatem illam populo non quidem novo, sed renovato instruerent. Hoc igitur, de quo

nunc agimus, Sibyllino loco, ista versus clausula, σκῆπτρα κρατήσει, latine vertenda est « regnum adibit sive auspicabitur », melius quam « tenebit aut exercebit ». Tunc enim in Judæa tantum vigebit illa dominatio, nondum ut postea toto orbe, πάσης γῆς. Mortuos vero ad lucem revocatos, ἀποφθιμένους ἀνεγείρας, de Judæis tantum intelligimus non ex ipsius auctoris verbis, sed ex recepta apud suos sententia. Quod addit poeta, æternum hoc fore regnum, εἰς αἰῶνας ἅπαντας, contradicere videtur Sibyllistæ libri quinti, qui ipsum aliquando destruendum cecinerat, primum barbarorum irruptione, V, 503, sqq., deinde astrorum conflictu, V, 511, sqq. Sed auctorem nostrum a libro V ad VIII transeuntem, de ultimis mundi fatis opiniones nonnihil inflexisse suas, iterum notabimus ad 213, sqq.

185. Turbas movet hic versus, quia duobus Sibyllinis locis, hic et I, 176, variat prioris hemistichii lectio. Quæ quidem, qualis maxime vulgata est, ἀσταοίησι τύραννοι, vix græcum sonat : etsi tuentur ipsam interpretum nonnulli, allusum rati ad instabiles imperatorum vices, bene, si græce. At libro I legitur ἁρπασιαῖοι τύραννοι, barbare sane omninoque ad metrum male, sic tamen ut boni aliquid per illud malum introspici queat, lucem afferente Gregorio Naz. Hic enim vitia hominum enumerans, de Rebus suis carm. II, pag. 50, ed. Morell. ita scribit : Ψεύστας, ἀνδροφόνους, ... ἅρπαγας, ἀνδρογύνους, κ. τ. λ. idemque ad Nemesium, pag. 140 : Ψεύστας, ἀνδροφόνους, ... ἅρπαγας, κ. τ. λ. Quo utroque loco videtur Sibyllam in mente habuisse (non ille quidem a Sibyllina literatura alienus : nam vide not. ad VI, 26), et ab illa vocabulum istud ἅρπαγες ad se traxisse. Nisi id malis ex Evangelio sumptum, Luc. cap. 18, v. 11, ubi est : Ἅρπαγες, ἄδικοι, μοῖχοι, κ. τ. λ. : sed poetam a poeta mutuatum nobis quidem vero similius est. Possemusque indicium afferre Sibyllæ ipsius, ponentis in simili enumeratione, loco quidem non genuino, sed hinc ducto, lib. III, 40 : Αὐτοῖς (id est, ἑαυτοῖς) ἁρπάζοντες. Ex his omnibus nobis elucet scripsisse olim Sibyllistam, ἅρπαγες ἠδὲ vel ἠὲ τύραννοι : sed lectionem nobis certam, aliis fortasse dubiam, in textum admittere ausi non sumus.

194. Respicere videtur ἡ ἱλαρά, sicut et quæ sequetur, 200, sqq., θηλυτέρη, et libro III, 75, sqq., χήρη, ad mulierem innominatam quæ sub rerum finem regnatura prædicitur in Apocalypsi, cap. 17, v. 3, sqq. et cap. 18, v. 3. Noster enim, quamvis Judæus, Apocalypseos lector fuit, ut alias ostendimus. Hanc quidem mulierem apud divum Joannem urbis Romæ figuram esse, dubium non est; et ipse palam assentit Apostolus, cap. 18, v. 2, Babylonem vocans. Verum interpretes, ut solent, sereno nebulas obduxerunt, dum feminæ cujusdam ignotæ regnum comminiscuntur, idque jam antiquitus, teste nostra ipsa Sibylla. Quanquam declarat vir harum rerum diligentissimus Malvenda, de Antichristo, lib. XI sub finem, nusquam se istius feminæ mentionem apud priscos Patres reperisse : quod non tam absolute negasset, si satis attendisset ad Irenæi locum de Hæres. V, cap. 25, ubi similiter viduæ figura usurpatur, non quidem de Roma, sed de terrestri Hierusalem, translato ad ipsam cognomine χήρης ex hoc, nisi fallimur, Sibyllino loco, non enim ex Apocalypsi.

205. Hæc mortuorum resurrectio eadem videtur esse quæ supra, 170, Judæorum nempe sepulcris exeuntium, ut cum civium superstite turba urbem restitutam frequentent : vide ibi not.

213, sqq. Si quod diximus neque dixisse piget, pars hæc libri octavi, VIII, § 1, ab eadem qua liber V manu prodiit, credibile est auctorem, uti jam ad 169 innuimus, dum hanc sui carminis quasi novam editionem procurat, aliquid de doctrina sua retractasse vel complesse, quatenus ad finem rerum et ultima tempora pertinebat. Nam libro V Judæorum dominatio a Messia in terris constituta tandiu duratura erat, donec a barbaris Æthiopibus destrueretur; et tunc astrorum conflictu totus periturus erat mundus. Hoc autem libro VIII, supra, 170, æternum prædictum est Messiæ regnum, εἰς αἰῶνας ἅπαντας, unde conjici potest

æternam fore etiam Judææ dominationem. Quæ ut aliquo modo concilientur, necesse est post auream Judæorum felicitatem astrorum conflictu disruptam, ævum novum imagineris pæne christiano sensu, in quod justi omnes, non Judæi tantum, admittantur post supremum Dei judicium, κρίσιν ἀθανάτοιο Θεοῦ, præeunte tempestatum annuarum conversione, ἀλλ' ὅταν ἀλλάξῃ καιροὺς Θεός, totiusque veteris mundi dissolutione, ἀλλ' ὅτε κόσμος ὄλωλε. Atque hæc facile, quisquis volet, ex epilogo hujus sectionis, nempe post versum 203, conjecturis eliciet, sed conjecturis tantum : adeo trunca et mutila sunt omnia.

217, sqq. Acrostichis hæc, omnium Sibyllinorum pars longe celeberrima, monet nos ut quæ olim multa de eo argumento disseruimus in Excursu V, cap. 5, paucis nunc resumamus. Quæ græce « acrostichis », interdum etiam ac præsertim latine « acrostichium » nuncupatur : minus tamen proprie, quia acrostichium prima est litera seu versus seu vocis alicujus, acrostichis vero opusculum sive opusculi fragmentum ex literis complurium vocum initialibus in continuæ sententiæ formam redactum. Itaque non sunt acrostichiis accensendi ii griphi qui ex omnibus unius vocis literis per numeros suos designatis et in unam summam collatis sensum aliquem efficiunt, quales in Sibyllinis tres invenimus, I, 141, sqq. (etsi dubia illic est interpretatio), in Dei nomine exprimendo; item, I, 326, sqq. in sacro nomine ΙΗΣΟΥΣ; et VIII, 150, in nomine urbis Romæ. Judæis potissimum placere debuit ingenii lusus iste, consuetis circa literarum apices curiose versari, et unum ejusmodi exemplum in ipsa Apocalypsi reperimus, cap. 13, v. 18, in nomine ΛΑΤΕΙΝΟΣ (pro Λατῖνος), numerum 666 efficiente. Aliud est griphi genus per singulas literas totidem sensus repræsentantis, ut apud Sibyllam, III, 24, in nomine ΑΔΑΜ. Aliud similitudine tantum duorum nominum abutitur, ut in Antoninorum vocabulo cum Ἀδωναΐ collato, supra, VIII, 66. Verum hæc, ut supra dictum, nostri non sunt argumenti. Veriore, necdum tamen usitato sensu, acrostichis dici potest, quæ unius tantum nominis prima litera vel nomen totum vel sensum aliquem designat, cujusmodi exempla in significandis imperatorum nominibus complura ac pæne continua præbent primores LII versus libri V et quatuor libri ultimi pæne integri. Sed hæc facilia nimis et vix digna quæ notentur. Nec multo major scribentis opera, quum diversæ unius sermonis sententiæ certo quodam literarum initialium ordine continuantur, quales citari possunt in ipsa sacra scriptura ii Psalmi qui alphabetici dicuntur, 118, 144, et Jeremiæ prophetæ lamentationes. Accedimus ad nostrum acrostichidis genus, quod Cicero ad Cumana Romanorum oracula respiciens, de Divin. II, 54, recte, quamvis subobscure, ita definit, « ubi ex primo versu cujusque sententiæ « primis literis illius sententiæ carmen « omne prætexitur », quod melius fortasse, certe pellucidius dixisset, « ubi ex literis unius alicujus versus omnia sequentium versuum initia deducuntur ». Talis fuit ordo literarum in Cumanis aut sic dictis apud Romanos oraculis, sicut allato uno et altero exemplo monstravimus in Exc. III, quo totam ad Cumanos libros spectantem doctrinam exposuimus. Nec solus respexit ad istum ordinem Cicero loc. cit.; sed et ex Varronis fide Dionysius Halicarnasseus, IV, § 62, addens, si qui forte spurii versus iis oraculis irrepsissent, acrostichidis vitio deprehendi : Ἐλέγχονται δὲ ταῖς καλουμέναις ἀκροστιχίσι. Quod artis laboriosæ specimen, pro illis temporibus rarum sane et insigne, quomodo impetrari potuerit, re diligenter quæsita monstravimus in eodem Exc. cap. 16. Atqui nunc eamdem omnino acrostichidis formam servatam reperimus in hoc, de quo agimus, Sibyllino loco. Quid inde colligas? Quum primævus Sibyllinorum christianorum, id est, libri IV idemque fortasse Proœmii auctor, pseudovaticinia sua protulisset, fuerunt haud dubie minus creduli lectores qui supradicta Varronis seu Ciceronis seu Dionysii Halic. testimonia objicerent de Cumanis acrostichiis. Quapropter, etiamsi potuisset Noster Erythræorum aliorumve Sibyllinorum, hoc

ornatu carentium, exemplo se tueri, ne illa quidem parte vinci a quacumque Sibylla voluit; sed, quum librum aggrederetur, qui hodie est VIII, § 2, specimine quodam Cumanæ artis librum illum novum inchoavit. Inde hæc nostra acrostichis, nobis nunc accuratius discutienda. Materiam hujus laboris nec diu nec longe quæsivit auctor : primas enim accepit voces quæ apud Christianos vulgatissimæ tunc et sacratissimæ ferebantur : ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΕΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ. Ac fortasse ibi primum constiterat, in versu nempe 243 : deinde vocem unam addidit fidelibus illorum temporum ipsam quoque venerabilem ΣΤΑΥΡΟΣ (de qua vide not. ad VI, 26); an ut ex carminis titulo versum efficeret spondaïcum, sane pessimum? vix credimus. Utique latere poetam non potuit ex hac in media acrostichide quasi cæsura suspicionem orituram additæ recentius appendicis atque ideo diversæ originis. Hoc tamen neglecto incommodo uti perseveravit eadem acrostichidis forma, donec istius laboris finem indicaret ipse his versibus, 249, sq. :

Οὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροστιχίσιν Θεὸς ἡμῶν
Σωτήρ, κ. τ. λ.

Quid vero si non idem ubique versuum numerus exstat? Nam apud divum Augustinum, de Civ. Dei, XVIII, cap. 23, fragmentum hoc citantem, ex ejusque fide in latinis medii ævi euchologiis, prior tantum pars acrostichidis reperitur. Imputandum hoc latino interpreti Augustiniano, qui ultra XXVII primos versus non processit. Quod ultra XXXIV non perrexerit auctor ipse, nec queri nec mirari oportet : quis enim credat propositum ipsi unquam fuisse totum librum in hanc formam producere? Reliqua igitur simplici et vulgari modo persecutus est; et hæc omnia, quoad sensum et metrum, nec melius nec deterius quam cetera Sibyllina. Immo in acrostichiorum labore non videtur addita sponte difficultate multum impedita fuisse scribentis oratio, nisi quod sæpius in articulos totidem quot versus dissecta, minus leniter decurrit. De cujus singulis verbis quia longum esset disserere, a grammaticis et mere philologicis temperantes, uni nunc insistemus nomini ΧΡΕΙΣΤΟΣ. Hujus enim antiquissima orthographia ætatem firmat hujus libri, ducta videlicet a verbo χρείω pro χρίω, juxta vetustum morem scribendi per ει diphthongum ι quodcumque longum. Satis hoc igitur de græco textu dictum sit : nunc aliquid addendum de latina interpretatione metrica divi Augustini ope servata, quæ nobis, ut Latinis, notior et, ut catholicis, quodammodo sanctior. Quanquam de versuum concinnitate ne ipse quidem valde defendit eam Augustinus, qui nec interpretis nomen indicat; tantum ab amico sibi commodatam docet : « In his, inquit, latinis versibus « de græco utcumque translatis, etc. ». Nec minus tamen, ipsi tanquam Augustino tribuenda, apud occidentales, ut pleraque Augustiniana, proximam sacræ scripturæ auctoritatem per totum medium ævum obtinuit, non citata modo ab auctoribus plurimis gravissimisque, sed etiam in ecclesiis decantata inter ferales cærimonias, prorsus eodem loco liturgiæ quo nunc hymnus canitur : « Dies iræ, etc. ». Manent lugubris illius cantici non verba tantum, sed et numeri in multis euchologiorum manuscriptis asservati, nec diu ante hos nostros dies typis editi a doctissimo viro Coussmaker, in opere cui titulus : *Hist. de l'Harmonie au moyen âge,* Paris. 1852. Satis inde patet quantum fuerit hodieque sit, saltem antiquitatum sacrarum curiosis, nimis heu! paucis, illius interpretationis pretium : quam, ne lector aliunde quærat, huc proferemus, cum græcis ex ipso nostro textu quærendis, pag. 230, sqq. facile, si cui vacabit, componendam.

217 Judicii signum tellus sudore madescet.
E cœlo rex adveniet per sæcla futurus,
Scilicet in carne præsens ut judicet orbem,
220 Unde Deum cernent incredulus atque fidelis
Celsum cum sanctis, ævi jam termino in ipso.
Sic animæ cum carne aderunt, quas judicat ipse,

Cum jacet incultus densis in vepribus orbis.
Rejicient simulacra viri, cunctam quoque gazam.
Exuret terras ignis, pontumque, polumque
Inquirens ; tetri portas exuret Averni.
Sanctorum sedenim cunctæ lux libera carni
Tradetur ; sontes æternum flamma cremabit.
Occultos actus retegens tunc quisque loquetur,
Secreta atque Deus reserabit pectora luci.
Tunc erit et luctus ; stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis jubar, et chorus interit astris.
Volvetur cælum ; lunaris splendor obibit.
Dejiciet colles, valles extollet ab imo ;
Non erit in rebus hominum sublime vel altum ;
Jam æquantur campis montes, et cærula ponti
Omnia cessabunt ; tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaque igni.
Et tuba tunc sonitum tristem demittet ab alto
Orbe, gemens facinus miserum variosque labores.
Tartareumque chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic Domino reges sistentur ad unum.
Recidet e cælo ignisque et sulphuris amnis.

In hac translatione, præter aliqua metri vitia nobis parvi habenda, maxime notatu digna sunt hæc. Singulorum versuum initia, qualia ex græco titulo prodibant, pæne tanquam sacra servare voluit interpres, latinis tantum expressa literis. Quæ latino sermoni deerant elementa, supplevit haud ita feliciter, ut si quis ex acrostichiis titulum reficere velit, barbarum inveniat : IESVCS. CREISTOS. TEV. DNIOS. EOTER. Quia scilicet græce vox ΙΗΣΟΥΣ sex literis efferebatur, quinque tantum in latino continens, pro IESVS scripsit interpres IESVCS, velut ambas græci sigmatis formas C et Σ repræsentare conatus. Deinde in voce ΥΙΟΣ, quum υ græcum latine desideraretur, ita vertit tanquam scriptum invenisset ΔΝΙΟΣ : viderint grammatici ecquid inde colligi possit de antiqua istius literæ pronuntiatione. Sed jam ista pleraque senserat et parvi duxerat Augustinus : hæc etiam minora. Versu 237 « confracta » scripsit interpres, unde conjicias legisse illum in exemplari suo ῥηχθεῖσα, ubi textus Eusebianus habet φρυχθεῖσα, « combusta ». Versu 239, cani consuerat in ecclesiis, sicut apud Augustinum legitur, « et tuba » ; apertum vero est olim scripsisse interpretem, « sed tuba », ita jubente sententiarum atque ipso literarum ordine. In ultimo denique versu vulgata fuit estque lectio « decidet », bene, si ad metrum et linguam respiciatur, male si ad acrostichii legem atque ipsius interpretis mentem : nam putavit ille, sicut in vocibus aliis quibusdam, « relligio, relliquiæ, rettulit », posse in « recidet » quoque literam geminari consonantem. Idem, quum metrum suaderet « e cælis », scribere maluit « e cælo », admisso in cæsura hiatu, græca utens licentia quo magis latine loqueretur. — Et hæc hactenus de utraque acrostichidis forma, quum græca, tum latina. Quod nisi hæc prolixiora jam viderentur quam pro simplicis notæ modulo, monstraremus ibi alteram acrostichidem sub priore latentem : in ipso enim titulo græco primis e verborum literis vocem effici ΙΧΘΥΣ, quæ latine est « piscis » : cujus piscis imago delineata, præsertim in epitaphiis, quorum hodie multa exstant, symbolum fuit christianæ religionis. Tertia posset afferri acrostichis græca undecim versibus constans græcis, cujus titulus, si reficeretur, hic esset : ΙΧΘΥΣ ΕΙΣ ΑΕΙ, hoc initio : Ἰχθύος οὐρανίου,

κ. τ. λ. Hæc lapidi cuidam sepulcrali inscripta fuit quarto haud dubie sæculo, et ante hos paucos annos reperta est Augustæ Æduorum, ubi nunc visitur. Quæ quum eruditorum mentes in omnem versata partem exercuerit, nobis quoque licuit ipsam novo textu et nova commentatione adornatam proponere in prædicto Exc. V, pag. 338, quo sacrarum antiquitatum diligentes remittimus.

244, sqq. Laudatio sanctæ Crucis, carum illius ævi fidelibus argumentum, occurrit jam nobis libro VI, 26, sqq. ubi vide not. : eadem plenior huc prodit in acrostichidis parte secunda, aliquas ipsa quoque notas postulante. Σῆμα, « signum », hic vocatur Crux sancta, sicut in evangelio σημεῖον, Matth. cap. 24, v. 30 : Σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Dicitur etiam σφραγίς seu σφρηγίς, « si«gnaculum, sigillum », (sic quidem juxta vulgatam ; nam apud Eusebium aliter), quoniam sigillum illud quo jactat se divus Paulus fideles signasse, σφραγίσαι, σφραγίσασθαι, ad Cor. II, cap. 1, v. 22 ; ad Ephes, cap. 1, v. 13, interpretibus multis non aliud esse visum est quam sigillum Crucis ; simul fortasse quod illo jam tempore Christianis usitatum esset, tanquam fidei suæ symbolo, Crucis gestu se signare. Eadem dicitur πρόσκομμα κόσμου, id est, « objecta mundo scandali causa », sicut apud Paulum, ad Galat. cap. 5, v. 11, τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ. Dicitur ῥάβδος Δαυῒδ, id est, « virga seu sceptrum Da« vid », eaque potens et ferrea, ex illo Apocalypseos, 2, v. 27 : Καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, quod ipsum ductum est e Psalmi 2 versu 9, juxta plerosque interpp. ad sanctam Crucem, violenter licet, translato. Dicitur denique κέρας ob locum notissimum Psalmi 131, v. 17 : Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαυῒδ, citatum etiam in Evangelio Lucæ, cap. 1, v. 69, his verbis : Καὶ ἤγειρεν κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν οἴκῳ Δαυῒδ, quem locum de Cruce interpretari antiquitus, ut nunc, solemne fuit. Ex quo rhetorice nimis Julius Firmicus, pag. 448 : « Hæc « veneranda Crucis cornua, etc. Hæc sunt « Crucis cornua quibus omnia et sublevan« tur pariter et continentur. His cornibus « bene hominum nititur vita, etc. »

247. De duodecim Apostolorum missione tanquam ab ipsis sanctæ Crucis radicibus, notabilis locus præsertim ob ætatem primo sæculo supparem. Non aliter, sed ævo paulo inferiore, libro I, 285, canentur apud Sibyllam iidem Apostoli regimen habituri sanctæ gentis post Prophetas. Sed hoc loco videtur improprie loqui Noster, quum innuit jus baptizandi solis ipsis commissum, respiciens fortasse, sicut infra 271 (ubi nos aliquid de ea re), ad locum Joannei evangelii, cap. 4, v. 2, sed improprie huc translatum ; fors et recogitans præceptum illud Christi, apud Matth. cap. 28, v. 19: Βαπτίζοντες αὐτούς, κ.τ. λ. tanquam ad solos undecim Apostolos eorumque causa dictum, id vero contra omnium Ecclesiarum receptam ab omni ævo disciplinam.

256. Notandus in hoc versu singularis usus vocis κρίσις, cujus varios sensus exposuimus in prioris editionis nostræ Excursu VI, part. II, cap. 20. Primus est sensus Judæis usitatus, quo significant post universam rerum confusionem futurum Messiæ adventum, qui mortuos sit excitaturus, vivos mortuosque judicaturus, Judæos a gentilibus, justos ab iniquis discreturus, regnumque Dei in terris constituturus. Secundus judicii sensus est, quo nos uti solemus, christianus omnino et ex sanctis evangeliis petitus, quo Christus descendit nubibus invectus, impiis afferens æternas pœnas ; justis vero æternam felicitatem, sive in terris, sive extra terras, certe in corpore fruendam. Millenarii, ii saltem qui suæ sententiæ suoque nomini constarent, duplicem resurrectionem duplexque judicium admittere cogebantur, unum judaïco, quem diximus, sensu, alterum christiano post mille annos : qui duo sensus apud primævæ Ecclesiæ scriptores interdum confundi videntur. Valde autem, quantovis rarior, antiquus hic quoque sensus habendus est, quo nunc videmus a Sibyllista, VIII, 256, et infra, 269, usurpari κρίσεως nomen de primo Christi in terras adventu, tanquam supremi judicii initio quodam et exordio. Probabiliter, nisi contra scripturæ literam, Joann. Evang. cap. 3, v. 17 : Οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεός, κ. τ. λ. « Non enim misit

« Deus Filium suum in mundum ut judicet « mundum, sed ut salvetur mundus per « ipsum », et cap. 12, v. 47 : Οὐ γὰρ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, κ. τ. λ. « Non « enim veni ut judicem mundum, sed ut « salvificem mundum ». Quibus testimoniis nec sanctius quidquam nec apertius inveniri potest. Sed fatendum alia scripturæ loca magis videri ad alterum sensum inclinare, ut illud in eodem Evang. cap. 16, v. 11 : Ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται, « quia princeps hujus « mundi jam judicatus est ». Quod tamen cum prioribus facile conciliari potest, si intelligatur regnum maligni Spiritus, id est, mundum profanum cum suis moribus, veniente Christo judicatum atque damnatum esse. Quam tamen distinctionem non videntur in animo habuisse Sibyllistæ; κρίσιν vero de hominibus ipsis judicandis cepisse non hoc tantum loco, sed etiam paulo infra, 415, ubi de Christo judicium supremum exercente scriptum legitur : Καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἥξω, et in alio ejusdem ætatis libro, IV, 78 : Κρίνων ἔμπαλι κόσμον. Quid enim sibi velint hæ voces ὕστερον et ἔμπαλι, nisi Christi in terras adventus judicii prioris loco haberetur?

257. Sæpe recurrunt in hoc præcipue libro, immo singulariter ac pæne unice in hoc libro, vox μορφή, 259, 267, 285, derivatæque ab ea voces μορφῶσαι etc. : quod fortuito factum non videtur, sed potius profectum ex aliqua partim theologica, partim philosophica doctrina, juxta quam infra, 267, sqq., Pater solus hominem creat ad imaginem formamque vel suam vel Filii vel utriusque (nam vox ἡμετέρην ambigua est); Filio autem reservatur opera reparandæ aliquando et reficiendæ istius formæ, verbi nempe seu Verbi unica potestate, λόγῳ seu Λόγῳ, ut commune inde producatur opus, ἵνα κοινὸν ἀνάσταμα δῶμεν, 268. Paulo inferius redibit non semel vox εἰκών de homine ad imaginem Dei creato, 266, 377, 402, et ἰδεή, 372. Quæ omnia colorem quemdam metaphysicum huic libro, seu potius hujus libri parti § 2, appingunt, talem fere qualem in Procemio Sibyllino observare est, unde cognationem aliquam inter ista duo carmina jampridem suspicati eramus, et agnoscit ipse sagacissimus Ewaldus (Dissert. pag. 31, extr.).

265. Solemne est omnibus fere sanctarum scripturarum interpretibus et apud Ecclesiæ Patres occurrit sæpe memoratum illud ποιήσωμεν, Genes. cap. 1, v. 26. Immo ex hoc, ut grammatici aiunt, imperativo plurali, plerique conjectando educere voluerunt notionem aliquam, in veteribus Hebræorum libris præmaturam, sanctæ Trinitatis, quum palam sit vel unam personam, si una loquens induceretur, nequivisse aliter se ipsam alloqui. Consentiunt tamen in hoc quasi argumento Justinus, Dialog. § 62; Theophilus, II, cap. 18; Irenæus, IV, § 37; alii multi, et ante omnes Judæus ipse Philo, de Opificio, pag. 12, vet. ed. Redibit idem verbum ποιήσωμεν eadem mente in hujus etiam octavi libri parte diversa, § 3, versu nempe 443; nec aliam ob causam σύμβουλος vocatur Filius in nostris carminibus, VIII, 264, 441, et ex Sibyllarum fide apud Lactantium, lib. IV, cap. 2. Consilium autem Sibyllista noster ait duas inter divinas personas habitum non de creando tantum homine, sed etiam de redimendo:

Νῦν μὲν ἐγὼ χερσὶ, σὺ δ' ἔπειτα λόγῳ θεραπεύσεις,

et hoc quoque consentiunt sancti Patres, unus inprimis antiquissimus, auctor epist. ad Diogn., § 8, de redemptione ita loquens : Ἐκοινώσατο μόνῳ τῷ Παιδί.... τὴν σοφὴν αὐτοῦ βουλήν.

290, sqq. Ab hoc versu per insequentes fere viginti revelat se immodicus ardor allegoriarum, quibus maxime delectatos fuisse Therapeutas, hujus libri auctores nobis creditos, diximus hoc ipso in volumine, Introd. ad Sibyll. Illorum quidem Ascetarum allegorias laudat iterumque laudat Philo, libr. de Vita Ascetica, talium ingenii acuminum summus ipse amator et æmulator. Eadem periculosa figuratæ interpretationis ratione usi sunt multi sancti Patres, cum iisque ac præ ceteris Origenes, audacissimus hujus viæ dux habendus. Ecquid inde profecerit christiana doctrina, non nostrum est inquirere.

310. Inducitur Christus ideo descen-

dens ad inferos, ut mortuis spem salutis, id est, evangelium afferat, sicut libro I, 378, loco hinc desumpto. Nimirum fuit ista primævæ Ecclesiæ doctrina, ne vita æterna patere videretur iis qui nondum Christo initiati fuissent. Hinc apud Irenæum, lib. V, cap. 23, passus idcirco mortuusque dicitur Christus (ipsa sunt sancti Patris verba) « ut evangelizaret « Abrahæ et iis qui cum eo, apertionem « hereditatis ».

320. Sufficiat vel hic versus, primævæ Ecclesiæ suppar, ut diximus, ad eorum sententiam refellendam, qui, scripturæ silentio adversus unanimem perpetuamque traditionem abutentes, contendunt in Christi passione non quatuor membra, sed manus tantum fuisse perfossas.

357, sq. Piget nos hosce duos versus, (sicut alios quatuor supra, 133-136, ubi vide not.), interpolationis arguere vel suspicari. Id tamen, fere ut antea, duas ob causas facere hic quoque cogimur : unam, quod, etsi de communi Sanctorum intercessione nullam fas sit oriri controversiam, tamen privatæ ipsorum singulorum intercessionis atque ideo invocationis exempla fere nulla ante sæculum IV (nostrum autem carmen primi est sæculi vel secundi incipientis) occurrant. Altera causa est, quod omnium Sibyllistarum sententiæ prorsus repugnet, finem mundi, quem tanquam proximum usque prædicunt, in tantum temporis spatium, nempe in septem sæcula prorogari. Cui similem objectionem supra jam ad versum 133 notavimus, tanquam interpolationis indicium; ac necesse est rursus hic tempus idem definire spuriæ insertionis sub Constantino M. ejusve successoribus, certe ante sæculum VI : nam sæculo sexto scribens, ut diximus, Sibyllini corporis hodierni conditor, quum librum suum II ex laciniis octavi libri totum fere vel dimidium consarcinaret, duos hosce versus inter cetera fragmenta illuc admisit, 312, sq., et quidem cum prioribus versibus ita connexos, quod ipsum bene notandum, ut ægre ab iis separari possint.

403. Istud incruentæ mensæ præceptum non minima nobis causa fuit cur hunc librum et duo cognata ei carmina, Proœmium et librum IV, Therapeutis tribueremus (cfr. Introd. nostr. ad Sibyllina). Hanc enim carnis abstinentiam, τράπεζαν καθαρὰν τῶν ἐναίμων, diserte iis tribuit Philo, de Vita Ascetica, pag. 696, ed. vet. Qua etiam parte, ut multis aliis, monachos nostros præcesserunt, cum quibus miram ipsorum similitudinem agnoscit Eusebius : Εἰκόνα τινὰ προϋπέγραφον τῶν νῦν μοναχῶν, et Photius, quamvis eos pertinaciter a coævis Christianis contra Eusebii mentem secernens, Biblioth. cap. 104 : Τῶν νῦν μοναζόντων τὴν πολιτείαν προϋπέγραφον.

430. Hoc est novæ partis initium, VIII, § 3, seu verius, ut nos quidem remur, novi libri (libenter hunc librum X vocaremus) : quem ideo miramur a doctissimo viro Ewaldo (Dissert. pag. 79, sqq.), tanquam unius carminis tenore cum prioribus continuari. Nam qui, solita ingenii subtilitate, interdum libros singulos conjunctissimos secum maximeque unos, in plures scindere quærit (ut quum libri V versus primos 51 a sequentibus separare conabatur), vix similis sibi prodit, ubi non animadvertit priora libri VIII, § 2, philosophicum quemdam odorem redolere, unde ipse aliquam agnovit hujus libri cum Proœmio Sibyllino cognationem; reliqua vero jam a versu 430 prorsus diversi esse generis. Posthac enim ne speciem quidem vaticinationis affectant, neque ullatenus oracula esse volunt, sed hymnus potius, qualem fere librum sextum supra legimus, in honorem primo Dei Patris, deinde Patris et Filii, quorum unanimi consilio creatus homo, deinde redemptus canitur : et ibi quidem casu aliquo narratio abrupta est post Christi in terras adventum; sed quæ desunt, ex initiis sequentium facile divinari ac tuto affirmari possunt.

440, sqq. Est hic locus plane gemellus illi quem supra nec multo ante in diversa hujus libri sectione legebamus, 264, sqq.; nec sensus modo idem, sed eadem prope verba agnoscuntur. Cuinam igitur obscurum aut dubium sit nequivisse tam parvo intervallo relabi in sua vestigia auctorem, quisquis fuit, libri VIII, § 2; ideoque non posse ambas

partes, § 2 et 3, pro una haberi, quod vir clarissimus modo volebat?

460. Non est fortasse sine nota prætereundum epitheton σθεναρόν, ortum quippe ex antiqua traditione, angelos majoris esse quam homines naturæ staturæque. Quam traditionem, in annuntiatione beatissimæ Virginis, artifices omnes ob omni christianæ artis ævo, sive sculptores, sive pictores, retinuerunt.

481, sqq. Quæ hic, prioris nostræ editionis exemplo, inscribitur libri octavi pars quarta, § 4, melius hanc tertiæ partis appendicem censeri nunc velimus, cum qua facile continuari potest hoc modo. Post adventum Redemptoris in terras ejusque nascentis initia juxta evangelicam narrationem usque ad pastorum adorationem deducta, sequitur lacuna ingens quæ necessario complecti olim debuit totam Christi vitam, Passionem quoque et mortem et resurrectionem. Inde procedebat illa poesis ad Ecclesiæ incunabula, atque ibi locus erat opportunus exponendæ christianæ doctrinæ, quod argumentum inchoari videmus his versibus: Ἐν κραδίῃ τε ταπεινοφρονεῖν, κ. τ. λ. Nec vero pars hæc posterior priori cedit sive orationis elegantia seu metri concinnitate. Quod si verum, ut est, habeatur, jam ex VIII, § 3 et § 4, unus fiet liber, isque, ut modo suadebamus, decimus, ita ut lacuna impleatur inter VIII et XI. Origo autem decimi hujus libri, tam hujus quam prioris sectionis, minime dubia esse potest, quum auctor ipse Christi sectatorem aperte se profiteatur his versibus, 484, sqq. :

Τοὔνεκ' ἄρ' ἡμεῖς ἐξ ὁσίης Χριστοῖο γενέθλης, κ. τ. λ.

Idcirco Christi sacra de gente creati
Dicimur et dulci gaudemus nomine fratrum.

Christianus ergo poeta, nec ille quidem pessimæ notæ aut deterrimæ ætatis, sicut in Introd. ad Sibyll. demonstravimus.

490. Inter ritus paganis exprobratos tanquam impios aut certe divina majestate indignos, bis occurrit in Sibyllinis, hic et supra 387, lampadum seu candelarum interdiu accensarum usus. Qui postea in christianis quoque Ecclesiis prævaluit, non tam gentilium exemplo, quam ex ferali Catacumbarum memoria. Nec tamen statim receptus aut ubique probatus. Nam tertio etiam sæculo desinente, Lactantius, Divin. Inst. lib. VI, cap. 2, de ethnicis quidem faciens ibi sermonem, suos tamen haud obscure perstringens : « Accendunt, ait, lumina velut « in tenebris agenti Deo, » et infra : « Num igitur mentis suæ compos putan- « dus est qui auctori et datori luminis can- « delarum ac cerarum usum offert pro « munere? » Idem, de Ira Dei, cap. 23 : « Mundemus, ait, hoc templum [animi « videlicet nostri], quod non ceris ar- « dentibus, sed claritate ac luce sapien- « tiæ illuminatur. » Defendit tamen hunc usum multis auctorum antiquorum testimoniis gravissimus Lactantii interpres Isæus ad Div. Inst. loc. supra cit.

498. Agaparum usus, primum Ecclesiis omnibus communis, diu in multis, licet usque paucioribus, perseveravit; neque ullo modo statui potest quando ubique desierit, quippe cujus hodieque manifesta exstant vestigia in orientalibus præsertim ecclesiis. Licet igitur antiquitatem redoleat hic locus, nullum ex eo indicium colligi potest ad statuendam carminis ætatem. Sed est observatu digna primævi cultus humanitas, constantis maxime, præter hymnos et preces, omnimodis affectus fraterni pignoribus, ut videlicet agapis istis communi præbitis impendio, et large quidem ac pæne profuse, ἀφνειαῖς ἀγάπαις, donisque in commune collatis, εὐδώροις παλάμῃσι, et quidquid mutuos amicitiæ sensus cum pia castaque lætitia alere et fovere poterat, ἁγναῖς πραπίδεσσι καὶ εὔφρονι θυμῷ.

501. Deest aliquid in fine, sed omnino modicum, versus nempe, nisi fallimur, perpauci, in laudem Dei creatoris, quales fere in præsentis hymni exordio, 430, sqq. : quo magis sectiones hæ duæ, § 3 et 4, hærent inter se devinctæ ac pro una, sicut diximus, habendæ sunt.

AD LIBRUM XI.

1. Hunc librum cum tribus sequentibus, simul omnes historiarum totius humani generis complectentes a diluvio universo usque ad Aureliani imperatoris

tempora, magna ex parte laciniis priorum librorum consutas esse, quod in Introd. ad Sib. notavimus, res ipsa ostendet, quo minor supererit nobis annotandi materia.

28. Hoc de Assyriis antiquissimis esse capiendum, qui primi in oriente prævaluerunt, nemo non videt. Sed monendus lector, sæpe in Sibyllinis, præcipue vero in his quatuor ultimis libris, Persas et Parthos et Medos et Assyrios permixtis appellationibus confundi, ut III, 159; VIII, 6; XI, 44, 51, etc. Quare de hac nominum perturbatione, quoties occurret, nihil ultra notabimus.

48. Videntur υἰωνοί auctori nostro infra, 56, vel Judæi esse vel regum Judæorum posteri, unde in hoc versu, 48, υἱὸς υἰωνοῖο ultimus est heres illorum regum Sedecias. Quænam vero sit istius vocis origo, ducta videlicet ex libro III, 399, opportunius dictum est inter varias ad utrumque locum lectiones.

49, sq. Istos CXX annos probabiliter computavimus olim, crassioribus licet numeris, inter Sedeciæ et Esdræ tempora, id est, captivitatis Assyriacæ spatio, additis usque ad novæ urbis ædificationem annis L. Nongenti autem anni, quorum mentio fit altero versu, possunt esse novem sæcula inter Mosem et Sedeciam elapsa, quamdiu steterunt incolumes utcumque res Hebræorum. Nec ignoramus mere conjectanea hæc esse, neque nimium chronologicis aut arithmeticis urgenda rationibus : nihil tamen speciosius hactenus succurrit.

62. Indorum nomine sæpe vocantur in Sibyllinis, tanquam vel ex iis orti vel accedentes ad eorum regionem, Æthiopes : unde hoc versu Ἰνδογενής Æthiops. Is vero nobis pæne absque dubio Sabacon est, vir bello potens, qui Ægyptum armis occupavit, novam ibi regiam stirpem creavit, multosque regnasse fertur annos, L si Herodoto fides, lib. II, § 136 (sed quis credat?); si Eusebio, Manethonem ducem sequenti, XII tantum. Is, Ægypto subacta, forsan Assyriis quoque bellum intulerit, iisque non, ut vult Sibyllista, servitutem, sed tributum imposuerit : quod idem per multos annos expostulatum ab illius regis posteris vel successoribus, videtur non sine causa fingi posse. Neque enim aliter intelligendi CV anni Assyriacæ sub Æthiopibus sive Ægyptiis servitutis. Tres autem Æthiopicæ dynastiæ reges apud Eusebium recensentur : 1° Sabacon supra dictus, Ægypto potitus annos XII; 2° Sevichus (melius fortasse Sabacon II dicendus ob commune vel simile nomen, idemne ac sanctæ scripturæ Sua, Reg. IV, cap. 17, v. 4?), is quoque annos XII; 3° Taracus, qui aperte Scripturæ Tharaca est, annos XX. Hi vero ne simul quidem numerati summam annorum CV implerent, sed XLIV tantum : quam longe a computatione Sibyllina! Ceterum unus ex iis Tharaca in sacris libris memoratur Assyriis bellum movisse, Reg. IV, cap. 19, v. 9, et Isaï. cap. 37, v. 9, isque fortasse Indus ille alter existimandus est, qui apud Sibyllam canetur infra, 68, sqq. Qui quidem Nostro dicetur, ibid. 72, sqq., postquam annos aliquot regnaverit, populorum (Ægyptiorum videlicet) seditione laboraturus per triennium (absens scilicet, sive dum Æthiopiam revisit, sive dum in Assyria militat), dein redux iterum tyrannide potiturus, 76, sqq. Unde hæc Noster, prorsus incertum, ac ne conjecturis quidem exquirendum.

226. Incertum quis ille designetur vir nobilis ac generosus, primus Alexandri successor aut inter primos quærendus. Si ad sequentia respicias, Ptolemæus Lagi : sed quid illi cum Europa, quam totam occupaturus canitur rapinisque nudaturus? Quod si pro Europa nominatam reperiremus Asiam, statim de Antigono cogitaremus, eo nos ducente verbo ἐπικαλαμήσεται, quia Plutarchus, Apophth. pag. 69, ed. Reisk. hanc illius regis vocem refert : Ἐκεῖνος μὲν γὰρ [Ἀλέξανδρος] ἐθέριζε τὴν Ἀσίαν, ἐγὼ δὲ καλαμῶμαι. Nec melius conveniret in una regnans Europæ parte Antipater. Itaque sensus videtur huic vaticinio deesse; sed multa sunt Sibyllis ignoscenda.

272, sq. Sibyllista horum quatuor librorum, peculiari sibi more, annos historiæ Romanæ ab Urbe condita usque ad Augusti Cæsaris imperium, qui vulgo DCCXXIV aut DCCXXV numerantur, in DCXX contrahit, uti nunc videre est. Neque id temere ab eo committi, sed

ex certa quadam sibique constanti doctrina chronologica, argumento est quod bis in eumdem numerum relabitur, XI, 272; XII, 12. Mireris nullum istius doctrinæ vestigium apud ceteros scriptores occurrere. Quod si ducem secutus est Noster (id vero nobis omnino certum) aliquem se priorem, is nec valde antiquus fuerit nec multum auctoritate valuerit oportet, cujus opinio nec laudata nec refutata, immo ne citata quidem ab ullo scriptore reperitur. Utique quos Romæ dempsit annos CIV vel CV, necessario regum temporibus detraxit. Id sane multum Niebuhrio placuisset, Romanarum historiarum sagacissimo reformatori. Notavit enim summus vir fide non esse dignum, exemplo quippe carens in omnium gentium annalibus, grandi spatio duorum cum dimidio sæculorum regna septem duntaxat contineri, præsertim quum plerique isti reges violenta morte sublati perhibeantur, unus senex ad solium evectus, alius nondum senex solio dejectus. Sed ne ipse quidem Niebuhrius Sibyllino hoc testimonio, si notum habuisset, multum se jactasset, tam infirmæ quippe auctoritatis. Etiam qui illam sententiam poetæ nostro commodavit, aliquem fuisse putamus Sibyllarum fautorem, qui e Romanis fastis quantum potuit recidere conatus sit vel unius oraculi causa quod supra legimus libro VIII, 148, sqq., Romam nominis sui annos CMXLVIII impleturam, quod et recurret infra, XIII, 469, sqq. Nam quæcumque fingatur ætas ignoti istius chronologi, modo post Antoninos vixerit ideoque post fatalem annum elapsum, profecto alterutrum necesse esse cognovit, vel mendacii teneretur oraculum, vel aliquid de Romæ fatis detraheretur. Sed hæc plenius exposita sunt in Exc. VI, part. I, cap. 4.

294. Tumulus ille, qui apud Nostrum τύμβος, sed Alexandrinis vulgo σῆμα (ita vocant Strabo et Zenobius apud H. Steph. Paris.), communis fuit Ptolemæis sepulturæ locus, Alexandri Magni sepulcro contiguus, cum quo male a plerisque confundi solet. In eo videlicet deponebantur Lagidarum corpora, non fasciis, nisi fallimur, Ægyptio ritu involuta, sed græco more cremata, urnisque condita, vel sarcophagis, quibus absumerentur, inclusa. Locum illum proximum fuisse regum palatio subindicat addita vox οἴκοθι, quod etiam ex Plutarchi narratione de Antonii et Cleopatræ morte magis elucet. Habemus autem monumenti formam, quæ antea ignota erat, facile ex hoc Sibyllino loco describendam: rotundus fuit tumulus, περίδρομος τύμβος, multis circum obeliscis vel fastigiis decoratus, πολλαῖσιν ἐφάρμοστος κορυφαῖσιν, quam formam nostri interdum architecti pictoresque, supplente doctrinam ingenio, Græcis artificibus inscii subripuerunt.

AD LIBRUM XII.

30—38. Locus omnino christianus, ideoque, brevis licet, in auctore penitus Judæo notabilis. Sed Judæi isti, præsertim qui aliquando christianæ doctrinæ obiter initiati fuissent, inde ad patria sacra reversi, de suo cum Nostris commercio retinuerant quasi colorem quemdam passim ex ipsorum scriptis eminentem, et nostrarum opinionum vestigia, qualia bis aut ter in his præsertim ultimis libris deprehenduntur, infra, 232, hic et XIV, 281, sqq. Tale etiam aliquid notavimus in libro, ceterum mere illo quoque judaïco, V, 255, sqq.

45. Urbem illam ad Eridanum sitam haud dubie Cremonam intelligit, quam tamen sub Tiberio direptam falso ait, quanam enim causa vel quo prætextu? Neque ad triumvirorum tempora respiciendum, quibus Cremona agro quidem privata, nihil tamen intra muros passa est. At bello civili inter Vitellii et Vespasiani partes anno post Christum 69, quum ejus urbis cives Vitellianæ causæ infeliciter adhæsissent, a victoribus, jussu nempe Antonii Primi pro Vespasiano legati, crudelissime multati sunt: ipsi cædibus et omne genus injuriis traditi, urbs direpta per quatriduum incensaque, Tacit. Hist. III, § 33. Huc respexit Noster, memoria lapsus, ut videtur, nec tam de re erravit quam tempora confudit.

47. Falso Tiberium ferro interficit Noster, quod ab auctore libri quinti

commissum non fuerat. Sed quæ de Romanis imperatoribus in his ultimis libris, maxime XII et XIII, falsa multa pluribus veris mixta tradentur, ubi per se manifesta videbuntur, notare omittemus. Conferat hæc qui voluerit cum historiarum testimoniis, et prima quidem libri XII usque ad Antoninos cum initiis libri quinti, unde magnam partem desumpta sunt.

85. Δισσὸς ὀλοΐιος alludit ad duplicem Neronis tyrannidem, unam ut Cæsaris, alteram ut Antichristi, orbi terrarum utramque fatalem.

88, sqq. Legerat hoc Noster de Claudio imperatore scriptum libro V, 26 et ibi quidem de Claudio vere, quod hic ad Neronem falso refertur.

102. Falsum hoc, nobis quidem judicibus, de Phœnice provincia, quæ nihil tale videtur a Vespasiano passa : contra ex ea magnam partem deductæ sunt copiæ ad bellum Judaïcum mittendæ, unde Vespasianus, libro V, 202, Σιδόνιος βασιλεύς vocatur. Phœnicen autem cum Judæa videtur confundere Noster, ideoque ad ipsam falso pertrahit quæ libro III, 268, sqq., de Judæorum Babylonia captivitate prædicta legerat, ne mutato quidem Assyriæ nihil huc pertinentis nomine, infra, 107. In hoc versu quid sit Lydiæ cum Phœnice commune frustra quæras, nisi Συρίαν legas, metro licet reclamante, quod suademus.

126, sqq. Stupendum sane Domitiani, talis principis, encomium. Inde colligas, ut olim Neronem, ita Domitianum quoque, pariter infamem, desiderium sui apud imperitos aut pravos reliquisse.

136, sqq. De ista urbium ædificandarum vel monumentis ornandarum insania, quæ nunc usque in Assyriam seu potius in Syriam Oronteam diffusa canitur, et postea ad Arabiam usque pertendet, XIII, 64, sqq., vide supra notata ad VIII, 123, sqq. unde ipsis fere literis hæc transcripta sunt.

176, sqq. Lucius Verus hic canitur, trigesimo literæ numero, τρεῖς δεκάδας κατέχων, facile agnoscendus. Canitur autem tanquam ultimus duobus primis Antoninis successurus, quod omen re confutatum est. Idem libro V, unde ductus hic versus, peccatum fuerat; sed nunc turpius, quia post eventum. Ceterum de hoc principe loquetur iterum Noster, ac de mortis tempore et modo contradicere sibi videbitur infra, 182, sqq., hoc etiam peccans, quod istam mortem Parthico bello priorem faciet, non, ut historiæ, paulo posteriorem. Ne quis autem succenseat aut miretur quod L. Verum M. Aurelio canendi ordine præpositum reperiat : nam istum ordinem in vitis imperatorum describendis vulgo servatum fuisse testatur Julius Capit. in Veri vita, pag. 220, ed. Var.; nec causam addit, facile tamen adipiscendam, ne duo Veri, pater et filius, neve Aurelius ejusque filius Commodus, a se invicem separarentur.

197, sqq. Notandus hic præcipue locus ob miraculum legionis Fulminatricis apud Sanctos Patres ac plerosque christianos historicos, de illis temporibus agentes, celebratissimum. Nec de facto ullam moveri fas est controversiam, quod quidem palam agnoscit cum sacris profanisque scriptoribus Judæus noster : sed idem cum Capitolino historico, Claudiano poeta et Themistio rhetore impetratam Romanis salutem et missum de cælo pluviæ insperatæ auxilium confert in ipsius Aurelii principis pietatem et preces, δι' εὐσεβίην βασιλῆος. Αὐτῷ γὰρ, κ. τ. λ. Nec dubium fuisse illam communem gentilium sententiam, ideoque, regnante saltem Aurelio, totius aulæ totiusque senatus, totius denique imperatorii consilii, ac, nisi vellet solus omnibus obstrepere, imperatoris ipsius. Quid ergo rescriptum illud principis inter Justini martyris opera post Apologiam II servatum, et ab ipso Tertulliano, gravi auctore, memoratum? Necesse est conficta fuerit a Christianis quibusdam hæc epistola, vivoque adhuc M. Aurelio emissa in provincias et a vulgo credentium atque inde a Justino vel Tertulliano fidenter nimis accepta. De Dione Cassio nihil asseri licet, quem nonnulli testem attulerunt ex libro LXX, § 8, non suis tamen, sed Xiphilini recentis epitomatoris verbis loquentem. Dignior fide Eusebius, Hist. Eccl. V, § 5, qui tamen a vulgata apud suos opinione discedere non potuit. De

toto autem hoc argumento, a multis ante nos in utramque partem versato, ac de omnibus eo pertinentibus documentis, confer præcipue Sturzium ad Dionis loc. cit. et, qui amplissimam testium copiam produxit, Fabricium Bibl. Gr. tom. I, pag. 314, ed. Harl.

230, sqq. Hic rursus Christi servatoris natalibus designatur Augusti principatus, sicut supra, 30, sqq., pæne ut loquentem audire te credas aliquem nostræ religionis nostræque ætatis scriptorem. Nec fere aliter, XIV, 281 sqq.

233, sq. In Commodi ætate definienda, quem Romanorum imperatorem decimum nonum invenimus hic numeratum (sicut Hadrianum quintum decimum in Sibyllinis ubique), erravit Noster aliquot annis. Nam istius necem in annum confert qui est Actiacæ æræ 244, quum id factum cadat in annum æræ christianæ 192, Actiacæ 222.

255. Non in Assyria periit Niger, sed in Bithynia apud Cyzicum, Propontidis urbem, post attritas ad Byzantium partes fugitivus, fortasse dum Assyriam, id est hoc loco, Parthiam petit : Spart. in Severi vita pag. 343, ed. Var.

267, sq. Cur aut quomodo Severus terrarum spolia transtulerit in Orientem, præsertim erga se male animatum ob recentem Nigri memoriam, nemo facile intelliget, nisi fingat belli Parthici causa magnas pecunias eo convectas. Sed verius est male interpretatum esse Nostrum atque huc incaute transtulisse oraculum quod in prioribus legerat, IV, 145, sqq. ; III, 130, sqq.

268. Inter hunc versum et sequentem latet in lacuna trium principum memoria, Caracallæ nempe et Getæ et Helagabali, incertum cujus lectoris odio suppressa. Getæ quidem, a fratre sublati, nomen publico jussu erasum fuerat in omnibus monumentis tam diligenter ut etiam in Ægyptis hieroglyphis deleretur, quod hodieque antiqui scalpri vestigiis deprehenditur : sed nihil hoc ad nostram rem. De Helagabalo certum est non reticuisse Sibyllistam, quia nequeunt ad alium spectare sequentis versus voces pænultimæ σὺν τῷ. Pauca tamen ibi de illo impuro canebantur, siquidem redibit ejus memoria, ut æditui barbaris addicti religionibus, infra, 273, sqq.

277, sqq. De novorum Persarum imperio deque incestis illorum moribus, item de Alexandri Severi infausta adversus ipsos expeditione, hausit sua Noster ex libro VII, 45, sqq., ubi vide not. De Laodicea terræ motu vel hiatu absorbenda, ut de Asiæ spoliis rursus in Asiam transferendis, sæpe jam in Sibyllinis mentio fuit. De morte autem Alexandri, quem fingit Noster in oriente occisum, dum Italiam repetere properat, nihil notandum, quia satis ex historiis manifestus error.

293, sqq. Epilogus hic vel ipsius fragmenta quædam, ut præsertim 269, sqq., supra jam et bis quidem lecta sunt in libri II fine et tertii initio : sed ibi furtivam interpolatoris manum jam pridem agnovimus; hic plagiorum istorum originem deprehendimus. Conditor enim Sibyllinæ collectionis, quum talia pæne innumera farragini suæ insereret, ex his præsertim ultimis libris XI-XIV multa desumpsit, nec lacinias a se dereptas dissimulare operæ pretium duxit.

AD LIBRUM XIII.

6, sq. Possent utcumque carere hi versus lacunæ nota, sicut in manuscriptis revera carent, si orationis tenor is fere fingeretur : « Jubet me Dei voluntas omnipotentis, simulque Mars violentus, futuras belli canere clades. » Sed offendit nos, et quem non offendat? cum Christianorum Judæorumque Deo optimo maximo Mars gentilium ita conjunctus, ut prope ex pari agere videantur. Ex uno etiam Vaticano codice, cujus mentionem inter varias lectiones fecimus, indicium sententiæ ibi interruptæ duci potest, sed quam certum? Lacunam ergo hic designavimus ambiguo jure, quam qui non probaverit, omittat.

8. De scelere Maximini, qui Alexandro interfecto successit, vix aliquid obiter attrectatum fuerat, XII, 288. De ejusdem regno nihil, quo major lacunæ suspicio. Nunc Gordiani duo, avus et pater, ambo in Africa a Maximini legatis oppressi, paucis verbis tanguntur. Horum nepos

filiusque Gordianus junior locum suum obtinebit infra, 15, sqq., ubi cladem quoque militarem hujus principis, in oriente acceptam, memorabit quidem Noster, obiter tamen et paucis et tanquam invitus, prorsus ut Alexandri Severi infelicem expeditionem libro XII, 284, sq. Minus enim videtur hic Judæus Romano iniquus esse imperio quam anteriores ex sua gente Sibyllistæ : adeo dolores et affectus omnes tempore molliuntur.

21, sqq. Philipporum, patris et filii, memoriæ parcit poeta Judæus, quod in auctore Christiano minus miraremur, quia vulgo narratur Philippus pater nostris sacris initiatus fuisse. Fortasse vir ambitiosus et catus, quo pluribus gratiosus præsertim in oriente fieret, inter duas religiones medium se tenuerat. Utique immanem ejus proditionem nec ignoravit nec dissimulavit Noster : nam Alexandrum supra dixit, 19, socii proditione periisse, προδοθέντ', inquit, ὑφ' ἑταίρου.

36. Ἄρεα vocat Ὠκεανοῖο bellum ad Rheni inferioris ripam, ideoque non procul Oceano, probe et feliciter non a Philippo ipso, tum potius de Persicis rebus satagente, sed ejus regnantis auspiciis, ideoque, ut mos fuit Romanis, ipsius nomine, ab legato gestum Aureliano fata sua tum in Germania auspicante, sicut ait Vopiscus in Aurel. pag. 826, ed. Varr.

43, sqq. Facile hic agnoscitur poetæ Alexandrini manus Romanorum fortunam ab Ægypto, tanquam a nutricis ubere, suspendentis.

46, sqq. Numerus annorum Romæ urbi concessorum hic definitur, idem qui libro VIII, 148, sqq., is nempe qui ex ipso Romæ nomine junctis numeris conficitur, 948. Tum vero quum hi postremi Sibyllini libri scribebantur, Odenato in orientis tractibus summam rerum tenente, annus agebatur æræ nostræ circiter 270, ab urbe condita 1024, aut juxta chronologiam sibyllinam supra memoratam nostrisque notis illustratam ad XI, 272 et XII, 12, annus ab urbe condita 920, qui unus tunc poterat exspectari, elapso jam alterius chronologiæ fatali termino. Restabant igitur, quocumque modo Romani fasti numerarentur, atque etiamsi more sibyllino reciderentur ex iis anni CIV vel CV, restabant, inquam, usque ad Romæ supremum diem anni, tantum XXVIII. Quanam igitur ratione, si istud servavit oraculum (nec servasse ambigendus est), conficere potuit Noster tam longam principum seriem, quos ex ingenio suo creatos Romæ aliquando jura daturos fingit per totum fere librum XIV, nisi aut plane sui immemor aut alienæ memoriæ incuriosus?

56. Audacius videri potest quod nos consulto statuimus, pro Σαταναίους, quod textus habebat sine sensu, inserendum esse Σεληναίους, et intelligendos Seleucenses ad Tigrim. Audacius, esto : tamen eodem fere nomine designabitur eadem urbs infra 96 : Οὐδὲ σεληναίη τότε ῥύσεται ἱερὸν ἄστυ, « Luna nec in « terris sacram sibi proteget arcem. » Hoc Noster de Syriaca loquens urbe, quæ si non Seleucia est, dicat aliquis quænam alia. Nec nos latet quod omnes sciunt, Seleuciam hanc, sicut ceteras cognomines, appellationem suam non a Selenes sive Lunæ cultu, quanquam apud Assyrios frequenti, sed a Seleuco conditore accepisse. De etymologiis vero nullam esse Sibyllistarum auctoritatem aliis jam antea didicimus exemplis, I, 81, 261; III, 141, etc. Utique Σεληναίους retinere nobis placeret vel hoc titulo, quod in Euphratea valle nullum aliud urbis nomen reperimus facile in Σαταναίους vertendum. Quid vero si conjectura nostra historico firmatur indicio, nec aliunde quærendo quam ex hoc ipso versu? Nam Mesopotamia, latiore sensu Babyloniam includens, Trajani primum armis Romano acquisita fuerat imperio; dein ab Hadriano, ut quæ magis oneri esset quam fructui, sponte relicta Parthisque restituta. Eadem postea rursus a Septimio Severo subacta, fœdere cum Parthis icto, Romani mansit juris, simulque terræ illius urbes ad dextram Tigridis ripam sitæ, quarum una fuit Seleucia. Hinc urbes illæ cœperunt, ut ab oppositis in altera ripa sitis, quarum Ctesiphon fuit, discernerentur, Cæsaris urbes vulgo dici, sicut hoc ipso versu, Καίσαρος πτολίεθρα.

Mansit hoc ipsis nomen, etsi sæpe dominos mutaverunt, ambiguæ pæne inter utramque gentem, reciprocante belli æstu, sed vel hoc ipso novis usque damnis expositæ : Seleucia inprimis, urbs magna, olimque Syriaci regni et postea Parthici caput, quæ quum maxime floreret sub Arsacidis regibus, præsertim ante conditam vicinam nimis æmulamque Ctesiphonta, sexcenta, ut aiunt, civium millia numeraverat. Is sub æræ nostræ initia status erat hujus civitatis; post, in expeditione Trajani, capta et incensa, multum splendoris amisit; rursus deinde legatus pro L. Vero Cassius sine prælio occupatam vastavit; tertium a Severo capta direptaque fuit, sub quo amissa demum Parthis Mesopotamia, regiis orba honoribus Seleucia, tanquam capitis minor, in tantum decidit, ut pæne cum Babylone, deserta tunc et vasta, ex æquo haberetur. Nec tamen statim eo res devenit, quandoquidem a nostro Sibyllista, sub finem tertii sæculi scribente, adhuc honeste memoratur, non alia quam religionum causa, quibus ibi maxime cultam fuisse deam Lunam vel ex hoc loco discimus.

57, sqq. Quæri potest Mopsuestiæ urbis inundationi cum Ægarum, huc per conjecturam illatarum, calamitate commune quid possit interesse. Videtur a Sibyllista militaris innui clades : quænam autem illa Ægas potuit attingere, quippe Strabonis jam tempore, parvam humilemque urbem, quamvis commoda navigantibus statione, πολίχνιον ὕφορμον : quam postea militarem factam, munitam nempe atque ita obsidioni expositam fuisse, nullo nos adhuc testimonio comperimus. Sed fortasse a Scythis, qui tertio sæculo Asiam infestare cœperant, occupata vel inquietata fuerit ea urbs, aut etiam a Persis tum primum usque ad oram Asiæ maritimam descendere ausis, Gordianorum, de quibus modo agebatur, temporibus. Utique etiamsi lectio Αἰγαῖοι in dubium veniat, duos hosce versus ad Ciliciam spectare patet: nam et Pyramus amnis Mopsuestiam alluit, et Ægæ sunt ad ostium Pyrami. Cetera fortasse a poeta gratis sunt excogitata; notanda tamen.

59, sqq. Antiochia defletur Persarum armis inquietata; addi poterat capta et possessa, quandoquidem liberanda fuit imperatori Gordiano juniori. Is enim Roma profectus cum ingenti exercitu, « Antiochiam venit, quæ jam a Per« sis tenebatur; illic frequentibus præ« liis pugnavit et vicit, Sapore Persarum « rege submoto : post Antiochiam, Ar« taxata et Carras et Nisibim recepit, « quæ omnia sub Persarum imperio « erant. » Sic Julius Capitolinus, pag. 669, ed. Var. En tibi Romanorum in Asia præclaras victorias, non tamen sine multis Asianorum incommodis, unde Antiochiæ fatum deploratur. De Gordiano dubitari non sinit epitheton illud πρόμος ἀνδρῶν, et quod additur σοῖς ἐνὶ μελάθροις κατοικήσει, plane cum Julii Cap. narratione convenit, sicut et victoriarum ab illo de Persis relatarum mentio, quanquam, non tam ipsi tribuendarum quam Misitheo ejus socero, legato prætoris ducique fortissimo. Fatemur tamen ordinem temporum a poeta nonnihil inverti, quia hæc post Philipporum regnum posuit, manifesto annis aliquot anteriora. Itaque melius hæc posita fuissent paulo supra, ante versum 20 : sed historici diligentiam nec a poeta multoque minus a vate reposci æquum est.

68. Urbes duas compellat Arabiæ Romanæ : jam enim a Trajani temporibus Arabia, seu pars Arabiæ Petræa vulgo vocata, Romanis parebat. Duas urbes diximus, pro quibus licebat unam dicere. Nam Bostra et Philippopolis duæ fuerunt ex una factæ civitates, nisi una potius duplo aucta, unde Sibyllista modo plurali, modo singulari verbo utitur. Bostra quidem antiquitate etiam e sanctis libris cognita, eademque scientiarum ac præsertim astrologiæ studiis, clara, unde paulo infra apud Sibyllam μαθηματική περ ἐοῦσα : Philippopolis autem pæne in pomœrio sive suburbio prioris urbis condita a Philippo imperatore, Bostris oriundo, neque tum sane existimante ambas illas, sicut alias multas in Asia nuper exstructas vel magnis impensis ornatas civitates (qua de re sæpe nos alias et supra ad XIII, 136), barbaris mox adventuris prædam parari.

73. Difficilis versus non tam verbis quam sensu. Quis enim ille vir, ἀνὴρ ἐκεῖνος? Idem, nisi fallimur, qui sæpe in prioribus antiquioribusque libris Antichristus seu, quia Judæum nunc sequimur ducem, Antimessias prædicitur, modo plene et clare sub persona Neronis; modo, uti nunc fieri videmus, elliptice et subobscure, qualia nobis jam occurrerunt libro III, 470, λυμήτης ἀνήρ, et V, 188, ἄγριος ἀνήρ. Hic pariter elliptice et emphatice ἀνὴρ ἐκεῖνος dicitur, et infra, 138, non magis pellucide, magis licet emphatice, πολεμιστής. Ceterum minime dissimulamus rarissimam esse in his ultimis libris Antichristi sive Antimessiæ mentionem. Sed non potuerat Sibyllista, ceterorum librorum assiduus frequentator, quin ex eorum lectione aliquid retineret. Antimessiam, ut ceteri Judæi, sicut Christiani Antichristum, exspectabat, male licet apud utrosque definitum. Neque hic Nero aut Belias aut alius quovis nomine designandus prodit, sed ignotus quidam arcanusque vir, tremendus bellator, rerum finem præcessurus, imperii Romani finem omniaque secum mala terris importaturus. Itaque calamitates omnes prænuntiantur ipso propinquante, ὁππότ' ἂν ὅσον μετόπισθε πελάσσῃ, « si tantum, inquit, accesserit iste » : quanto magis quum advenerit?

74, sqq. Turbas illas in Ægypto, quibus diversæ civitates inter se conflicturæ canuntur, promptum est cuivis ad superstitiones indigenarum referre, cujusmodi bellum ob Apim ab aliis inventum, ab aliis rejectum, prædici seu memorari vidimus libro VII, 18, sqq. De quibus religiosis seu potius impiis certaminibus, citare supervacuum foret Juvenalis Satyram XV omnesque ad ipsam interpretes. Eas autem turbas aliquando Romanorum interventu compescendas fuisse monstrat sui temporis exemplo Plutarchus, de Is. et Osir. tom. VII, pag. 495, ed. Reisk.: Ὕστερον, inquit, ὑπὸ Ῥωμαίων κολαζόμενοι διετέθησαν. Quare nos nunc quidem (quid enim si quando aliter?) versum infra legendum, 78, haud dubitanter interpretamur de militum agmine Romani præfecti jussu veniente pacis causa inter tumultuantes vi componendæ.

81, sqq. Decium ob insignem crudelitatem non minus Judæis quam Christianis detestabilem fuisse, hinc discas. Gentiles vero, quia Nostris infensus fuit, magis ejus memoriæ pepercerunt. Laudant generosam ejus indolem, « placidam et communem domi, in armis promptissimam », Aurel. Vict. in Epitome. Laudant præsertim, qua maxime inclaruit, mortem antiqui Decii exitu dignam, idem de Cæs. in Decii vita. Filium, cognomine Etruscum, Cæsarem a patre nuncupatum, simul cum ipso bellantem interiisse docet Aurelius, loc. cit. Filius alter post patris interitum fuerat a Gallo successore assumptus in spem participandæ potestatis, simulque ambobus, ut ait Aurelius in Gallo, insignia sunt a senatu decreta. Sed hunc lues abstulit gravissima per totum orbem debacchata, ad quam respici videtur infra, 148. Sibyllista noster, infra, 102, plures Decii liberos videtur innuere eosque cum patre infectos : Ἐπὶ δ' αὐτῷ παῖδες ὀλοῦνται : sed quænam hominis fides? Nec plus illi credendum fuit supra, 80, senem hunc imperatorem facienti, διὰ πρεσβύτερον vel πρεσβυτέρου βασιλείαν, qui non videtur quinquagenario major interisse.

89, sqq. Cyriadæ facta et fata, ante hunc librum Sibyllinum ab Angelo Maio editum, anno 1828, nonnisi ex Trebellii historici Triginta Tyrannorum vitis, si pauca Zosimi verba excipias, innotuerant. Nunc testem habemus, eo videlicet graviorem, quod iis quæ narrat coævus fuit, quanquam ob locorum discrimen famæque inconstantiam erroris ipse non expers. Narrat hic Cyriadem, Antiochia ortum, ob quædam fortasse juvenilius facta urbe natali profugum, postea ex latrone ducem factum tumultuariæ catervæ, mox proprii exercitus, inde Cappadocia partim dolo, partim vi potitum, ausum esse denique imperatorios honores affectare. Et sic aperte Trebellius : « Antiochia etiam capta et Cæ« sarea [Cappadociæ metropoli, quæ « Nostro Mazaca] Cæsarianum [id est, « imperatorium] nomen accepit. » Vere omnia, nisi quod Antiochia ante Cap-

padociam citata, videtur Trebellius rerum ordinem invertisse, melius a Sibyllista servatum. Cappadociam enim, ipsa ducente rerum serie, prius invasit posseditque Cyriades quam inde pulsus a Romano Syriæ legato in Persidem confugeret, rediturus mox cum Persarum auxiliis, et tunc Antiochia potiturus, ubi demum, nisi nos veri species fallit, Augustum se nuncupasse putandus est, uti mox dicetur. Quocumque hæc ordine gesta putes, erravit certe Salmasius ad Trebellium, ed. Var. pag. 747, quum sub his verbis « Antiochia etiam capta » latere putavit Antiochiam Mesopotamiæ nescio quam, et Trebellii Cæsaream non aliam esse quam Carras, urbem hanc quoque Mesopotamiæ, incertum cur aut quomodo a Salmasio huc invectam. Redux, ut diximus, e Perside Cyriades (hoc illi commune cum Nerone Antichristo, ex Parthia redeunte, IV, 318, sqq.; V, 92, sqq.; VIII, 153, sqq. et alibi passim), cum Persico exercitu Syrorum transfugis aucto (sic enim apud Nostrum infra, 108), subactis omnibus intermediis Syriæ locis, obiterque vastatis, infra, 124, Antiochiam ipsam armis petit, cujus cives eo veniente perterriti in omnes partes aufugerant, 113, sqq., solis videlicet relictis quibus nihil erat quod amitterent. Describitur, non statim, sed post aliquot versus, Antiochiæ captæ desolatio, direptio, incendium, 124, sqq., additurque spoliatam et nudatam, destructis ipsis domorum tectis inhabitabilem factam, ἄστεγον, ἀοίκητον, demum a tyranno relictum iri, 127, sqq. Sed de istius fatis nihil amplius Noster, quod sane mirum; cetera, quæ apud hunc desunt, partim e Trebellio sunt petenda, partim supplenda conjecturis : Antiochiæ nempe desertum Cyriadem a Persis sociis, deinde a suis ipsum quoque militibus, orta videlicet rixa quum spolia dividerentur, vel adventu nuntiato Valeriani imperatoris in Asiam transeuntis, a proditore quodam interemptum fuisse (sic fere Trebell.) : ineptum, si oblitus est constantis in re politica normæ, ducem quemvis audacia sola pollentem, ubi semel timorem prodit, periisse.

100, sqq. Hic interruptis parumper Cyriadæ rebus, redit Noster ad veros imperatores, Decium nempe, de quo supra jam dictum, 81, sqq.. (ubi vide not.), ejusque successorem Gallum. Miscentur his Syriæ negotia, et quædam, 97-100, rursus de Cyriade. Idem paulo infra recurret, 122, sqq. Nam istius tyranni res ad duorum vel trium imperatorum regna pertinent.

103, sqq. Hic est Gallus, dum adversus Gothos sub Decio militat, amisso inter præliandum duce, imperator ipse a militibus, mox a senatu electus. Quod ubi cognovit, publico decreto legitime imperare se, icto cum hostibus turpi fœdere desertaque finium custodia, oram Danubii legionibus pæne nudatam relinquens, Romam cum filio contendit, regnandi quam pugnandi cupidior : atque ita viam aperuit barbaris, mox undique Romanum solum invasuris, uti Noster versu proximo dicturus est.

105. Volusianus Galli filius, Cæsar a patre nuncupatus, cur nothus dicatur non hic tantum, sed et infra, 142, nos quidem latet. Certe patri manus intulisse falso criminabitur Noster, ibid. 143.

122. Hic et sequens versus et circumstantium alii quidam, ad Cyriadem manifesto spectantes, lecti jam sunt libro III, 314, sqq., sed ibi de Nerone Antichristo. Qui quum diu ex Parthia, ubi vivus latere credebatur, frustra exspectatus fuisset (quidam enim vel quarto et quinto sæculo rediturum adhuc manebant, Lact. de Morte Pers. § 2; Sulp. Sev. dial. II, §16), fuerunt in Asia præsertim et Ægypto, qui multa reperire sibi viderentur Cyriadæ cum Antichristo communia, fugam in Persidem, reditum cum Persis Romano imperio funestum. Unus ex istis credulis fuisse aliquando videtur Noster, seriusque re mutata, ad aliam conversus esse mentem, ex illo tamen errore, quamvis deluso, aliquid semper retinuisse.

129, sqq. Describitur Asiæ miserrima conditio, vastatæ scilicet desolatæque quum a Persis Cyriadæ desertoribus, Syrisque ab eodem exercitu transfugis, tum etiam a barbaris omnigenis velut composito erumpentibus ex omni plagæ

borealis aspectu. Jam enim inceperat motus ille nationum quo Romana res serius interitura erat. Indicantur præcipue Carpi, Pontica gens, et Sanni, seu Pontica hæc quoque intelligenda, sive Europæa, Danubii accola, quam credibile est Scythis vel Gothis, jam tum Asiæ partes infestantibus, sociatam, Bosporum cum iis aut Hellespontum trajecisse.

131. Casius hic mons non ille est Ægypto finitimus, sed alter in Syria ad Antiochiæ austrum, cujus altitudinem, unde Noster ὄρος αἰπύ, antiqui fabulis exaggerabant : confer Plinium, lib. V, § 18, ejusque plagiarium Solinum ; item Spartianum in Hadriani vita, pag. 64. Gallis nostris medio ævo cruce signatis, quum Syriæ partem hanc totam possiderent, dicebatur Casius iste Gallica dialecto *Mont-Parlier*, teste Willermo Tyrio, lib. IV, cap. 10, quod nomen sæpe nobis in mentem venit a Monte-Pessulano, Galliæ mediterraneæ tractu, deducere, nullius tamen auctoris fide.

136. Respicit fortasse hoc ναοὺς ῥίψουσιν ad Ephesi templum, de quo V, 292, sqq., direptum atque incensum sub hæc ipsa tempora, a Scythis in Asiam Minorem effusis : Trebell. in Gallienis, pag. 719, ed. Var.

138. Quis iste bellator, ὁπόταν ἥξει πολεμιστής, obscurum est, ut supra 73, ὁππόταν ἀνὴρ ἐκεῖνος μετόπισθε πελάσσῃ : sed hic quoque pertinens videlicet ad Antichristum sive Antimessiam, brevi exspectandum, quum jam ejus adventus tot calamitatibus portendatur. Et sic nuper interpretati sumus ad 73, ubi vide not. Cave enim credas de Cyriade hic agi. Nam quid Syro homini cum tot Asiæ Minoris atque etiam Europæ gentibus? Nec videtur cadere posse in istum semityrannum semilatronem nobile illud epitheton πολεμιστής. Contra πολεμιστήν vocari licet Antichristum, qui Romanum imperium armis sit eversurus, ut quinto præsertim libro canebatur, etsi non dubium est multa post quintum librum evenisse quæ istum errorem ex animis hominum tollere debuissent.

148. Λοιμῷ καὶ πολέμῳ vere dictum : non enim bello tantum a Persis et barbaris illato vastata est illis temporibus Asia ; sed etiam horrenda lue, quæ per totum orbem terrarum desæviit, testibus Trebellio, Zosimo, aliisque.

150, sqq. Odenatus hic designatur, Palmyræ rex, vir bello fortis et consilio potens, nondum vero honores affectans imperii, quum invadentibus Persis Mesopotamiam, neque eam modo, sed et Syriam pæne ad Antiochiam ipsam vastantibus, solus ipse Romanorum in illo terrarum tractu socius, ausus est privatis prope viribus resistere magno Persarum imperio, propulsare invictos hactenus creditos hostes, Syriam periculo et metu liberare. Militari igitur præsertim laude floruit ille vir, unde apparet ægre Nostro concedi posse quod ait v. 152, « Odenatum cuncta dolo gessisse », καὶ πάντα δόλῳ διαπράξει : sed neque hoc omnino falsum, quia tam vafer quam fortis, diu nomen absentis imperatoris ambitioni suæ prætexuit, ut docet Trebellius, pag. 714, « quasi Gallieni partes ageret. » Sacerdos hic quidem dicitur a Sole missus, ἀρητὴρ ἡλιόπεμπτος, quod scilicet sacras simul civilesque partes in urbe Palmyra cumularet : ipsa autem urbs præcipue deo Soli dicata erat, sicut Noster ait, ἡελίου πόλις ἔσσεται, de qua plura not. sq..

153. De urbe in tantum potentiæ et gloriæ aliquando promovenda, paucissima sunt historiarum documenta. Palmyreni Φοίνικες dicentur infra, quia e Phœnicibus orti, qui primi eam civitatem condidere commerciorum causa, positam tanquam in vestibulo solitudinis Arabicæ ipsoque limine viæ in Asiam interiorem ducentis. Antiquissima civitas et jam antiquitus clara, quæ in sacris quoque scripturis laudatur, ubi Tadmor vocata, dicitur a Salomone ædificata (occupata forsitan et in civitatis formam erecta), Paralip. II, cap. 8, v. 4. Sub hæc autem nostra Sibyllina tempora vel non multo ante, docente ipsa Sibylla : Καὶ τότε δ' ἡελίου πόλις ἔσσεται, cœpit ejus urbis oriri splendor. Et tunc ab Odenato ejusque uxore Zenobia monumentis et ædificiis aucta est, quorum magnificentiam admiramur. Ad ejus tunc mœnia bellum a Persis illatum fuisse nec segniter utrinque gestum, videtur ex versu

154 colligi posse, reticentibus licet historicis.

155, sqq. Ab hoc versu usque ad ipsum libri hujus finem abstinet Noster initialibus hominum griphis; sed ad designandos quos agentes inducit viros utitur figuris bestiarum allegoricis, hactenus sibi inusitatis; neque ipsum Odenatum, in cujus laudatione multus est, aliter declarat. Unde hoc? nisi quod de coævis omnino rebus et hominibus cogitur aliquanto circumspectius vaticinari. Ita Valerianum imp. tauro assimilat; filium ejus et successorem Gallienum eidem, ut videtur, fero (ambos quippe libro XIV, 12, pluraliter ταύρους vocabit); Macrianum Gallieni competitorem, seu verius filium Macriani Quietum a patre in Europam properante custodem Asiæ relictum, cervo; Balistam, Quieti legatum aliquandiu fidelem, postea in affectanda tyrannide æmulum, ob intortas et perfidas artes, hirco; Saporem, Persarum regem, infensissimum Romanis hostem ab Odenato hactenus solo compressum, serpenti; Odenatum ipsum leoni, sub qua figura etiam lib. XIV, 12 et 317, recurret. Talium figurarum usum in medii ævi oraculis, præsertim Byzantinis, observavimus jam, maximeque in Append. ad Exc. nostrum IV, pag. 287, sqq.

170. Odenato in Asia regnanti non modo sine controversia, sed etiam cum assensu Gallieni imperatoris, a quo circa annum 264 nuncupatus fuerat Augustus et particeps imperii declaratus; Ægypto insuper, tanquam paratæ sibi prædæ, inhianti (quod de ipso facile conjici potest, quum de Zenobia, ejus uxore, Trebellius id asserat), Odenato, inquam, spondet Noster in hoc epilogo gloriam ingentem, ἐπὶ δ' αὐτῷ κῦδος ὀπηδεῖ, regnum integrum et incolume multos per annos duraturum, αὐτὸς δὲ ὁλόκληρος, κ. τ. λ, nescius quam funesta quamque propera morte heroem illum suum biennio vel triennio post, anno nempe 268, amissurus esset. Satis inde tuto colligitur scripta hæc fuisse, inter annos 267 et 268, vivente et florente Odenato, in cujus laude carmen claudere statuerat vates, nunquam fortasse, sed profecto non ante compertam illius viri necem librum proximum inchoaturus.

AD LIBRUM XIV.

1. Hactenus ordinem Romanorum imperatorum, qualem ab historicis acceperat, persecutus est Noster. Ubi vero ad Odenati, sibi coævi principis, in cujus regno priorem librum clauserat, mortem inopinatam pervenit, deficiente jam historia, elusis rerum eventu prædictionibus quas de priore seu rege sive imperatore emiserat, sane, si saperet, conticescere debuisset. Nunc vel insano prophetandi studio, vel quod potius opinamur, lucri spe abreptus, in futura se conjicit; quumque vera non possit, ficta principum quasi futurorum nomina imaginatur, immo potius vana nominum initia fortuitis literis simulata, quibus totum fere hunc librum, saltem usque ad versum 280, temerarius implebit vates: cf. sub hujus initium voluminis Introductionem nostram ad Sibyllina. Quod quum per se manifestum sit, mirari satis nemo poterit doctissimum et sagacissimum virum Ewaldum sibi in animum induxisse scriptoque mandasse (Dissert. pag. 90, sqq.), sub istis vocabulorum initiis nomina latere principum seu Romanorum seu Byzantinorum, aliquando interpretationis ope tenebris suis eruendorum. Contendit immo (Dissert. ibid.) scriptum esse hunc ultimum librum septimo fere sæculo, in Ægypto vel Sicilia, capta jam ab Arabibus Ægypto, ita ut non Romanæ tantum, sed etiam Arabicæ res hisce literarum integumentis vestiri potuerint, magno historiæ commodo, ubi semel vela fuerint avulsa. Idque se aliquando effecturum speravit doctus vir ac pæne promisit (Dissert. ibid.). Quod ut pro parte sua præstaret, neve spem lectorum irritam relinqueret, dein nec multo post, appendicem subjiciendam curavit Dissertationi suæ, pag. 99, sqq., in quam magna, ut solet, eruditione congessit multa lectione digna, parum tamen ad rem pertinentia, quæ ideo referre ac multo magis discutere superfluum ducimus. Ita vir summus, quod in vano incepto necesse erat, nihil

profecit, nisi ut novam sibi laudem, Sibyllinæ rei lucem nullam afferret.

12. Ταυρῶν ὀλετῆρα figurate vocat Odenatum, Valeriani nempe et Gallieni, (quorum unum ταυρῷ assimilaverat libro XIII, 158, sq. nunc ambo duobus tauris), æmulum, dum viveret, ac nisi mors prævenisset, domitorem futurum.

16. Odenatum, qui supra leoni assimilatus fuerat, XIII, 165, sqq., ab ignavis interfectoribus, tanquam leonem a canibus per valles, per silvas insequentibus, leto datum innuit Noster, nihil amplius de ejus morte definiens, quippe metu, ut videtur, prohibitus, nondum constitutis in oriente nec in Ægypto rebus. Qui tamen infra, 317, sqq., Zenobiam videbitur mariti necis per allegorias insimulare : falso sane, falso, quum tantæ reginæ generosa obsit indoles, quumque Trebellii historici judicio facinoris istius palam arguatur Mæonius, Odenati consobrinus brevisque successor; nec tamen fortasse sine duorum regis filiorum ex Zenobia susceptorum conscientia, quos etiam videtur in animo habere Noster, quum interfectores non unum, sed plures sub canum figura designet priore versu 15. Nulla postea miserorum istorum, ne matre quidem regnante, mentio fit in historiis. Mæonium haud multo post admissum scelus occupatamque tyrannidem a militibus interemptum docet Trebellius in ejus vita.

18. Oppressis in Asia per Odenatum Macriani partibus cum ejus filio Quieto, et cum Balista ejusdem legato primum, dein successore; ipso Macriano, dum Italiam regnandi cupidus petit, in Illyrico per Aureolum victo cæsoque; Odenato mox a suis interfecto; Gallieno Romæ nihil imperatore dignum agente; nemo erat in Ægypto qui dubitaret Aureolum (hic apud poetam A litera et nomine quadrisyllabo designatur) rerum summa potiturum : atque inde Sibyllina hæc prædictio, quam eventus, ut priores illas, confutavit.

21. Post hunc versum nihil deinde sani aut recti a Sibylla quæras, deficiente, uti diximus, historia cæcam vatem, ita ut postea, velut ægri somnia, vanorum principum sub vanis nominibus vana fata nobis nauseantibus propinet.

95. Nomen intelligendum aliquod, quale esset Eugenius vel Eumenius, ab εὖ syllaba incipiens, ideoque boni ominis, unde poeta τοὔνομα ἐσθλόν vocat, luditque in voce ἐσθλόν bis repetita.

98, sqq. De hac Anazarbi calamitate nihil dicendum, quippe ex arbitrio, uti videtur, conficta. Quæri tamen potest unde νέα πόλις dicatur urbs sane antiqua, et prius quidem Cyinda dicta, postea Anazarbus a vicino monte Zarba, sero demum Diocæsarea, postquam sub imperatore Nerva terræ motu eversa et regnantis beneficio restituta fuit : quo fortasse alludit illud ipsum νέα πόλις, novato ab adulantibus nomine publico, quum interim vetus appellatio in vulgi usu maneret, Suid. ad h. v.

125, sqq. Videtur Noster, inscius videlicet memoriæ lusu abreptus, dum falsas umbras fictorum principum imaginatur, ad Trajanum et Antoninos forte respexisse. Quis enim ille litera T, ter centum valente, designatus princeps, Armeniorum Parthorumque victor, nisi Trajanus? Et illis temporibus crevisse apud Romanos, sub Hadriano præsertim, luxum splendoremque urbium, nonne, Sibylla monente, aliquoties notavimus? Ultimo etiam versu, 135, iste in longinqua insula periturus princeps, nonne Marcus prædici videtur Aurelius?

160. Talem aliquam immanem atque incognitam volucrem capita hominum snpervolasse, pugnante ad Bedriacum Othone, narrat Tacitus, Hist. II, § 50, et Xiphilinus ex Dione, LXIV, § 10. Ceterum volucris istius nomen ignotum huc affertur Φάλκη, haud dubie commune aliquid habens cum simili apud Suidam vocabulo : Φάλκη νυκτερίς, ut videlicet ingens aliqua species intelligatur vespertilionis nocturnæ avis, quod Maius in sua hujus libri interpretatione non inscite reddidit : « Turpis avis, seroque « trahens a vespere nomen. » Cetera de hoc vocabulo testimonia desunt : est enim τῶν ἅπαξ λεγομένων. Forma tamen ipsa nominis aliud indicare videtur ac Suidæ visum : etymus enim petendus vel ab adjectivo φολκός, quod apud Homerum calvitiem designare creditur:

vulturem sic innui putes; vel a latino nomine *falco*, cui *falx* radix. *Falco* autem apud Latinos vox antiqua fuit, vitium quoddam pedis designans in eo homine, « cui pollices pedum curvi « fuerunt, quemadmodum falcones aves « habent », uti Servius ait de Falcone Capuæ conditore, ad Æn. X, 145. Idque Festus confirmat suo loco : « Falcones dicuntur quorum « digiti pollices in pe- « dibus intro sunt curvati, a similitu- « dine falcis ». Inde translatum istud nomen, teste Servio ipso, loc. cit., ad quoddam volucris venaticæ genus, unguibus longis et incurvis armatum : latine quidem, non græce, et apud Latinos ipsos parum frequenter.

199, sqq. Noster interdum, quod sæpe somniantibus accidit, memoriæ vagantis ludibrio a falsis ad vera reducitur, ut supra de Trajano et Antoninis, 126, sqq. Nunc manifestus est de Ptolemæis cogitare, quorum unus, Auletes quidem vulgo dictus, publice autem Dionysus seu Bacchus, filium habuit alterum Dionysum Cleopatræ fratrem. Nunc tertius fingitur Dionysus ex Ægypto in Italiam venturus difficillimis Romani imperii temporibus (sic poetæ visum), de quo tamen nihil clare prædicitur, nec nobis sensu vacua interpretari libet.

202, sqq. Hic quoque videtur, dum futura et fortuita prædicit, ad præsentia respexisse falsus vates, nempe ad domesticas cruentasque (sic vulgo creditum) discordias inter Odenatum et Zenobiam : quos etiam ambos infra monstrabit, 317, sqq. sub leonis et leænæ figuris, imperium sibi rapientes. Sed hactenus in fortuitis adhuc versamur.

260. Ab hoc versu Noster, velut longa mendaciorum serie defessus, non jam singula principum nomina comminiscetur; sed communi quasi comploratione reliquorum Romæ imperatorum urbisque ipsis subditæ fata deflebit, donec ad extremum, 280, sqq. exstincto illius sobolis ultimo rege, dominationem inchoet tam insperatam quam incredibilem novi regis novæque ex eo prolis per multa generationum sæcula duraturæ. Hinc haud dubie processit excogitatum ab interpolatore nescio quo simile vaticinium de Constantino M. quod insertum legitur libro VIII, 17, sqq., ubi vide not.

272. Hic locus et alius infra legendus, 301, sqq., scripti eadem ambo manu sub finem sæculi tertii, satis per se monstrant quam falsum sit id quod vulgo perhibetur, a primo nostræ religionis exortu atque ab ipsis Christi natalibus universa gentium oracula conticuisse. Satius erat dicere jam ante Christi adventum, deficiente in dies gentilium erga sua numina fide, minorem et usque minorem hominum frequentiam ad fatidica adyta confluxisse; inde gratiam et famam et reditus istorum locorum decrevisse, quod de præcipuo oraculo Delphico recte observat Cicero, de Divin. II, 57, et de aliis plerisque Strabo, VII, pag. 327; XVI, pag. 762; XVIII, pag. 813. Plutarchus, philosophus licet, ejusdem rei causas alias, plerasque vanas et insulsas, excogitavit, libro de Orac. def., ubi tamen fatetur, pag. 709, ed. Reisk., exstare adhuc nec carere consultoribus nonnulla passim oracula, in Cilicia præsertim, ut Mopsi vatis in istius provinciæ urbe Mallo. Porro quamvis verisimile sit multa sensim oracula derelicta atque deserta obmutuisse, non tamen simul universa, quod optime demonstraverunt, allatis auctorum testimoniis, Van-Dalius, egregio pro sua tempestate libro de Oraculis, et nuper doctissimus Gust. Wolff. in dissertatione prædocta nobisque sæpe in usum accersita, de Novissima Oraculorum ætate, Berol. 1854. Is μαντεῖα omnia quæ Christo superfuerunt, summa cura et fide recensuit : ac primum notissima celeberrimaque Apollinis Delphici in Phocide; Apollinis Didymæi, in Branchidis vulgo dicti, prope Miletum; Apollinis Clarii, prope Colophona; Apollinis Pataræi in Lycia; Veneris Paphiæ in Cypro insula, etc. Minora vel minus nota omittimus ibidem enumerata, plura viginti, quæ omnia ad mediam usque partem sæculi quarti perseverasse certissimis demonstrantur argumentis : nec profecto sola; sed eorum augeri potest augebiturque numerus. Viri post Christum nati, multi nec de vulgo, ad ea consulenda accesserunt :

utque de solis principibus agamus, Titus, Hadrianus, Licinius Constantini collega, Constantinus ipse priusquam imperator et Christianus fieret. Non ergo mirum, quum per omnes sparsa provincias falsæ vaticinationis adyta etiam tum plus minusve florerent, de propinquo eorum exitu nihil prævidisse Nostrum; sed somniasse, sicut in hoc versu videmus, post longa temporum intervalla postque multas principum generationes publico ista jussu consultum iri per omnes terras : additum male « per insulas », περὶ νήσων (sic enim parum græce pro διὰ νήσων), quum in Wolffii catalogo supra laudato insulare oraculum nullum, præter unum Paphium, reperiatur. Utique nemo tum cogitasset ante unius sæculi spatium finem affore non modo publicis templorum oraculis, sed etiam qualibuscumque privatis licet divinationibus, proscriptis simul omnibus Constantii imp. edicto, quod in Codice Justinianeo legitur, lib. IX, tit. 18, leg. 5 : « Imp. Constantius « Augustus et Julianus Cæsar ad populum. Nemo aruspicem consulat aut « mathematicum, nemo ariolum.......... « Sileat omnibus perpetuo divinandi « curiositas. Etenim supplicio capitis « ferietur, gladio ultore prostratus, qui- « cumque jussis nostris obsequium de- « negaverit. Datum VIII Kal. Febr. Me- « diolani, Constantio A. IX et Juliano « C. II cos. » Qui annus est post Chr. nat. 357. Dubitari non licet Julianum, quadriennio post Augustum factum, revocasse illud edictum cui Cæsar ipse subscripserat. Tunc igitur vix sopita oracula repente somno excussa sunt, non omnia, nisi fallimur, sed quibus novus Aug. vel pristina subsidia reddiderat vel nova impertierat, inter quæ non ultimum fuit Delphicum, de quo Cedrenus, I, pag. 304 (pag. 532, ed. Bonn.) : Πέμπει οὖν [ὁ Ἰουλιανὸς] Ὀριβάσιον τὸν ἰατρὸν καὶ κουαίστωρα ἐν Δελφοῖς ἀνεγεῖραι τὸν ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος : « Misit, inquit, « Oribasium medicum et tum quæstorem « ad instaurandam Apollinis ædem, » non sane inutiliter, quia illud templum simulacro orbum Dei sui, et sacris tripodibus simul cum idolo Constantinopolim translatis, desertum et quasi nudum remanserat ab extremis Constantini annis, docente Eusebio in ejus principis vita. Julianus vero quum illud repararet, instaurare sibi videbatur præcipuum paganæ vaticinationis domicilium. Certum est etiam illum principem, arma Persis illaturum, ad omnia quæ tum supererant oracula misisse responsa quæsituros, teste Theodoret. Hist. Eccl. III, 6, et ibidem III, 16, ubi etiam quædam ex iis oraculis enumerantur, Delphorum, Deli, Dodonæ; Himerius, Juliano suppar, alia duo addit, Orat. XI, § 3, Branchidarum et Colophonis, sed hic sophistæ semper, ut solet, partes agens, deque tota ista re perorans oratorie fortasse magis quam vere. Utique post tres non amplius annos, exstincto Juliano, palam est revixisse Constantii legem; neque ultra persequemur oraculorum historiam, quæ tum demum extremo fato ac sine spe denuo resurgendi ceciderant. Argumento vel id unum sit, quod de iis, tanquam mortuis et sepultis, in Theodosiano cod. ne agitur quidem.

284, sqq. Rursus tanquam ex Romano Ægyptius et Alexandrinus fit Noster : nam qui hactenus longinquorum principum successione unice præoccupatus fuerat, nunc ad patria redit, ac primum Ægypti laudes inchoat, deinde Alexandriæ urbis calamitates deplorat.

300. Erunt fortasse quos offendat sera hæc mentio ludorum Olympicorum : immerito tamen, quia multo post tertium, quo hæc scripta sunt, sæculum celebrari non desiisse illos ludos, consentiunt omnes docti. Immo, quamvis de anno ipso, quo suppressi sunt, non constet, superfuisse paganæ religionis exitio nec statim a Constantino abolitos esse, certum est. Neque enim cadebat in illius imperatoris primorumve successorum artem politicam, etsi vestigia pristini cultus sensim abolere studebant, tamen populi Romani « voluptates », ut ipsi in editis suis vocabant, invecta morum novorum tristitia, tollere. Idque adeo cavebant, ut sicubi, præsertim in agris circa Romam, læti festivique hominum conventus circa vetus aliquod fanum certis anni diebus fieri solerent (qualia

multa apud nos quoque usitari videmus), istorum conventuum causa etiam templis parceretur, de quo lex est Constantii in cod. Theodos. libro XVI, tit. X, leg. 3 : « Quanquam omnis superstitio « penitus eruenda sit, tamen volumus « ut ædes templorum quæ extra muros « sunt positæ, intactæ incorruptæque « consistant : nam cum ex nonnullis vel « ludorum circensium vel agonum origo « fuerit exorta, non convenit ea convelli, ex quibus populo Romano præ« beatur priscarum solemnitas volupta« tum. Dat Kal. nov. Constantio IV et « Constante III A A. coss. » Anno scilicet 346. Vides ludorum circensium vel agonum circa illa templa mentionem, quibus verbis, modo ab italicis parvisque rebus ad græcas et magnas translatis, inductionis analogiæque jure, pariter Olympia defendi possent, si eorum causa legitime ageretur. Ceterum eamdem principalis auctoritatis indulgentiam erga festos conventus, ideoque erga theatra et ludos, perseverasse etiam post ultimum vulnus paganæ religioni a Theodosio inflictum, argumento est vel illud Honorii rescriptum ad proconsulem Africæ, cod. Theod. XVI, tit, X, leg. 17 : « Ut « profanos ritus jam salubri lege sub« movimus, ita festos conventus civium « et communem omnium lætitiam non « patimur submoveri : unde absque « ullo sacrificio atque ulla superstitione « damnabili exhibere populo voluptates « secundum veterem consuetudinem; « inire etiam festa convivia, si quando « exigunt publica vota, decernimus. « Dat. XIII Kal. sept. Patavii, Theodoro « v. cl. cos., » id est anno 399. Fervere ergo non desiit per omnes civitates insanum agonisticæ rei studium, faventibus, ut olim ethnicis principibus, ita nunc christianis, et clarissimo cuique victori dona, beneficia, privilegia decernentibus, interdum et statuas, sicut in lapide Romæ asservato Filumenus quidam athleta jactat se a dominis suis Valentiniano, Valente et Gratiano Augg. ii proxime ante Theodosium regnarunt) statuæ honore decoratum ob victorias gymnasticas multis locis relatas « ab « oriente ad occidentem usque ». Non ergo insitum aut incussum Christianis odium hujusmodi delectationum iis, de quibus nunc agitur, ludis multum nocere potuit. Ne Olympia quidem Antiochiæ ad imitationem Elidis instituta, nisi sero admodum sub Justino imp., abolita sunt, Malal. pag. 417, ed. Bonn. Sed vera Olympia (illa nempe quæ in Elide), proprias quasdam ob causas neque intellectu difficiles, principibus Christianis invisa esse debuerunt. Ibi enim maximi fiebant hominum ac præcipue gentilium concursus; ea fuerat ab omni memoria profani cultus quasi præcipua in Græcia sedes ; ii ludi sub maximi apud Græcos numinis auspiciis et quasi tutela instituti semperquæ celebrati fuerant. Immo mansit ibi aliquandiu etiam post Constantini tempora simulacrum Jovis Olympii, Phidiacæ artis miraculum, non cum Apolline Pythio aliisque præclaris ea ætate signis (quantum quidem ex Eusebii silentio colligi potest) Constantinopolim in decus translatum novæ urbis (confer Euseb. in ejus vita), prohibente, nisi fallimur, auferendi difficultate, ne in frusta scinderetur opus multis partibus aureis eburneisque compositum : vid. Quatremère, de Jove Olymp. Quanquam id postea factum : nam Cedrenus, ex Theophanis videlicet fide, Olympium Phidiæ Jovem Constantinopoli in Lausi ædibus asservatum memorat inter alia antiquæ artis specimina, idque Theodosii ævo, Cedren. pag. 564, ed. Bonn. A quo illuc advectum? An ab ipso Theodosio? Facile id remur : nam post Julianum certe, qui translati hujus signi nullam facit mentionem, ubi ternorum certaminum, Olympiæ et Nemeæ et Isthmi, tanquam adhuc, se scribente, vigentium meminit, epist. pro Argivis, seu vulg. ep. 35. Qui post eum primi regnaverunt, exemplo consilioque Valentiniani ipsorum maximi, caute egerunt ut emotos infausto Juliani tentamine paganorum animos prudentia componerent, nedum eos nova contumelia irritarent. Etiam Valentinianus ethnicæ religioni minime infensus habebatur. Theodosio igitur fato reservatum fuit ut extremas veteris cultus reliquias famoso suo edicto

aboleret : et tunc suppressa fuisse non dubitamus tanquam haud modicam earum partem Olympia, cumque iis, quidni enim? Nemea et Isthmia. Ita tollitur aut ad minimum redigitur, nempe ad unius et alterius anni discrimen, chronologica, de qua doctos hæsitasse diximus, controversia. Nec jam causa est cur Cedreno fides derogetur, ex Theophane videlicet consueto sibi auctore, asserenti perpetratum hoc esse a Theodosio, anno regni sexto decimo, vitæ ultimo, eumque fuisse Olympiadum finem : Ἐν τούτοις ἥ τε τῶν Ὀλυμπιάδων ἀπέσβη πανήγυρις, ἥτις κατὰ τετραετῆ χρόνον ἐπετελεῖτο, Cedren. p. 573, ed. Bonn. — Hucusque nos perduxit incepta annotatio de Olympiis ludis ad Sibyll. XIII, 300. Reliqua ejusdem versus, hæc nempe verba, ὁπόταν τρεῖς παῖδες νικήσωσιν, aliam poscerent ipsa commentationem, minoris quidem momenti, non tamen sine operæ pretio. Scimus enim ludis istis inserta fuisse puerorum certamina jam antiquitus, jamque ante Pindarum, nonnullas ex iis coronas nectentem. Hunc morem non modo agnoscit Noster, sed etiam prædicit longinqua per sæcula duraturum. Quonam autem pacto tres simul pueros victores aliquando futuros canit? Nam si, quod ratio innuit, pueri cum solis pueris componantur, necesse erit sive ex tribus sive ex quotcumque velis certaminibus, totidem pueros exire coronatos : quod ideo nec dignum erit animadversione, nec pro temporis indicio habendum, sic tamen manifesto suadente poeta. Fingendum igitur ante Nostri ætatem adjecta prioribus fuisse mixtæ ætatis certamina, in quibus pueri cum ephebis, fortasse etiam cum viris concurrerent, id quod in stadio præsertim facile fieri potuit. In istis inæqualium virium experimentis si semel vicerit puer, plaudent et laudabunt spectatores; sin vero tres uno die, quod Noster imaginatur, mirum hoc videri poterit, notandumque sicut a Nostro notatur, tanquam memoria dignum. At talia unquam exstitisse diversarum ætatum certamina, nullo hactenus auctorum testimonio comperimus. Viderint istarum rerum curiosi an ex hoc Sibyllino loco indicium aliquod pro absente testimonio sumi possit.

303, sqq. Imitatio Jovis Homerici ex Iliad. α, 528, loco bene noto, quem in auctore Judæo, passim etiam Christianis imbuto literis, non sine quodam stupore deprehendas. Agnoscis hic potentem illum divinæ cervicis nutum toties in Homero laudatum, δεινὴν δειρήν : hastam vero longam, δόρυ μακρόν, pro sceptro positam minime dubium est. Nec de his valde ambigit clarissimus Ewaldus : sed absolute damnat (Dissert. pag. 102, not. 3) lectionem nostram ἄγοι pro ἄξει, oblitus idem verbum idemque verbi tempus lectum esse, VIII, 171, unde desumptus hic locus, quamvis diverso tenore diversoque sensu. Mavult ipse ἀχεῖ scribere, ignota nobis forma et, uti remur, barbara; barbara vero maxime, si quod sub ipsa lateat aut latere velit atticum sive secundum, ut grammatici aiunt, futurum, incertum a quo verbo deductum. Etiam τρίς adverbium, quod Homerus ipse de Jovis nutu probasset, non fert Ewaldus hoc sensu, sed referri jubet ad tres pueros Olympia coronatos, de quibus, supra, 300, sq.; eosque allegorice tres Cæsares esse contendit : quonam tamen sub Augusto, non addit.

307, sqq. Deflet poeta Ægyptum insolito servitio subactam, videturque respicere ad quandam autonomiæ speciem huic regioni diu relictam a Romanis : qui, antiquo deterriti oraculo, nunquam eam in provinciæ formam redigere ausi erant, neque consularem legatum eo mittere, sed præfectum, qui mores indigenarum manere sineret intactos, unde religionum Ægyptiarum tot ad nos pervenere monumenta. Quando mutatus ille rerum status, utrum sub Aureliano, an paulo post, nescimus an induci possit, ex hoc hactenus uno Sibyllino testimonio, utique non temere ægyptologis prætermittendo. Quod si quis rem propius velit inspicere, rogamus ad singulas voces attendat. Futurum enim istud canitur post gravem Alexandrinorum seditionem, immisso Romano exercitu compressam, non incruente sane, nec absque urbis direptione, Sibyll. 305, sqq. Tum

primum, poeta docente, urbs diu libera, diu clara, diu regina, 309, quæ antea propriis consiliis cum insigni prudentiæ fama (consiliis, nisi fallimur, municipalis cujusdam senatus sive curiæ) regebatur, 310, alieno sub jugo integram plenamque servitutem passa est, post hoc sine ullo proprii juris vestigio longinquis subdita imperatoribus, ignotis iis sæpeque mutatis, sæpe conversa fortunæ vice inopinos accipientibus successores : sic enim πολύεδρον interpretamur, prorsus ut V, 111, πολυκοιρανίην, non de multipartita dominatione, sed de crebra dominantium successione.

312. Quis non Siculorum exercitum huc adduci miretur, gentis antiquatæ et obliteratæ, jampridem ex nationum albo deletæ? Sed pro Σικελῶν legendum haud dubie Σκυθέων. Scythæ enim, seu congeneres iis populi, septentrionalium plagarum incolæ, ut jam antiquitus ipsis solitum, rursus tum post longam quietem in Asiam penetraverant, immo ad Lyciam usque processerant, Sanni, Carpi, etc., XIII, 140, 141 : et quidni in Ægyptum quoque, atque ideo in Sibyllinam poësim, penetrasset eorum timor?

317, sqq. Supra ad versum 16 observavimus miram sane Sibyllistæ nostri taciturnitatem de Odenati morte, quam per figuras tantum indicavit : neque ibi de Zenobia quidquam. Tum scilicet Alexandrinum poetam retinebat Zenobiæ, licet absentis, metus, quæ post viri necem orientis regina ab ipsis agnita Romanis, Asiæ compos, ausa est Ægypti quoque dominationem affectare : quin immo, si Zosimo fides, Alexandriam bis occupavit bisque amisit anno 269 (a præfecto, nisi fallimur, Æmiliano repulsa). Nunc sive ab illo terrore nonnihil convaluerant hominum animi, sive Noster experiundo confisus magis fuerat tenebris allegoriarum suarum, redit ecce, tanquam ex longinquo, ad Odenatum ejusque uxorem : quam mariti necis non modo consciam, sed auctorem facit, ubi leænam ostendit leonis cadaveri crudelissime incumbentem. Famam hinc cognoscas, quæ tum apud vulgus Ægyptium diffusa erat : sed parce famæ credere, et vide supra notata loc. cit.

320, sqq. Post Odenati mortem videtur Ægyptus seditionibus ac turbis agitata fuisse, quippe ob inertiam Gallieni certo rectore carens, ac deinde sub Claudio imp. et Aureliani initiis inter suos distracta præsides : quorum unum certe Æmilianum ad imperium aspirasse constat, qui ideo inter XXX tyrannos a Trebellio numeratur. Turbas illas comparat poeta cum nimia sæpiusque tumultuosa Alexandrinæ plebis trepidatione solemnibus quibusdam diebus conviviorum publicorum causa.

326, sqq. Notandum rursus ingredi Nostrum viam eamdem qua supra pergere deprehensus est sub finem libri prioris et hujus initium. Rursus quippe allegoriarum velo utitur, occultantium sub ferinis aut bestialibus figuris veras personas : ad quam dissimulandi rationem ideo nunc etiam confugit, quod de rebus et hominibus sui temporis acturus majori circumspectione opus sibi putet esse. Atqui nunc quatuor hujus modi figuræ in medium prodeunt. Prima serpentis, quæ necessario debet esse Persarum rex, sic libro XIII designatus. Tres sequentes totidem sunt ad imperium competitores, quorum duo fortasse non prorsus ignoti, Æmilianus jam supra dictus, et Firmus, quem Vopiscus narrat, pag. 253, ed. Var., præfectum itidem Ægypto regendæ, pari nec feliciore ambitione reliquias Zenobiæ colligentem, ab Aureliano compressum fuisse : hunc quidem non sine aliquo prius successu, occupata ad tempus metropoli, « qui Alexandriam Ægyptiorum incitatus furore pervasit », idem ibid. Sed tertium, arietem illum ex Cyrene venientem, μέγαν κριόν, fatemur penitus ignorare nos, fortasse ducem aliquem Romanum, Cyrenaïcæ præfectum, ausum Ægypti dominationem ambire et in illo conamine ad Nili ripas oppressum. Piget quod taceat postea de illo viro Noster, qui tamen, 329, mentionem ejus antea se fecisse ait, ὃν πρὶν ἔλεξα, κ. τ. λ., quum vel nihil de eo scripserit, vel si quid forte, eraserit, immemor sui.

332, sqq. Sequitur longa descriptio tumultus, immo verius belli civilis inter Alexandrinos utriusque gentis, Græcos nempe et Judæos. Nam Judæos constat,

a Græcis seorsum habitantes, partem fere tertiam ingentis illius urbis obtinuisse. Gravissimum in hac re Nostri testimonium, qui turbarum testis et fortasse particeps fuit. Causa discordiæ ignota, nec tamen longe quærenda : facile enim ex jurgiis inter vicinos nec eadem sentientes consuetis oriri potuit, strepera primum conviciis, deinde provocationibus. Totius vero seditionis cognitio et plena quasi historia ex Sibyllina vaticinatione duci potest. Primum jactatio taxatur Ægyptiorum, 334 : Καυχίη δ' ἔσται, κ. τ. λ. Judæi tamen e primo conflictu superiores evadunt, magno civium terrore, quorum multi non ex urbe tantum, sed etiam ex suburbiis et adjacenti regione in agros longinquos aufugiunt, 337, sqq. Mox iidem redeunt numero et armis validiores, 339; Judæos cædunt, et usque ad mare persequuntur, 340, sqq. Multi ex Hebraïca gente litus maris circa Pharon insulam corporibus suis obtegunt, 344, sqq. Arabas illos vocat Noster, 347, quippe Semitas et Arabibus congeneres, agnoscendos vel rutilo comarum colore, ξανθὰ κάρηνα, 346. Fit denique pax, icto fœdere in insula, eadem videlicet Pharo, 348, sqq. : unde renascitur concordia, et ex concordia ætas quædam aurea, juxta poetarum indolem ultra modum et veritatem aucta : vide not. sq.

351, sqq. Inter duas gentes odiis modo usque ad arma et pugnam divisas, vix admiseris tantam, quanta nunc describitur, concordiam communemque inde felicitatem. Detractis igitur ex hyperbolica descriptione quæ nimia sunt et poetice redundant, restat, secundum Sibyllinam prædictionem, Alexandrinos et Judæos continua inter se quiete et securitate fruituros. Quod ipsum vix capias, nisi, in communi licet urbe, clausos illos intra se fingas et a vicinis separatos. Potuit hæc esse fœderis conditio, sicut toto medio ævo maxima quæque civitas plures continebat gentes interseptas muris, apertis interdiu, noctu clausis, qualia etiamnum exstant in Constantinopoleos suburbiis turrita mœnia, semiruta usuque vacua, quibus olim Genuenses et Pisani separabantur. Hac lege et hoc pretio potuit quies inter Judæos et Alexandrinos in præscriptis utrique genti limitibus contineri. Sed ne hoc quidem satisfacit. Quantum enim hoc distat a promissa Judæis sub Messiæ regno felicitate et propaganda per omnes terras perque omne ævum dominatione? An igitur oblitus est Sibyllista prophetiarum illarum antiquissimarum ac pæne Hebrææ genti coævarum? Minime : sed postquam Alexandrinam istam felicitatem per tempus indefinitum produxit, pervenit tandem ad ultima tempora seu rerum finem, quam figurate messem vocat hominum, θέρος μερόπων ἀνθρώπων (sic etiam libro II, 164), et tum, facta, ut videtur, omnium rerum conversione, mortuisque ad lucem revocatis (hoc minus dicit quam innuit), Hebræis nova fata orditur, vix audemus dicere Messianica, tamen Messiæ regno similia, quanquam sine Messiæ mentione. Fatendum quippe Messiæ ipsius mentionem nusquam apud Nostrum fieri, ultimi licet duo versus ita de Judæa gente agant, tanquam de Messiæ regno sine Messia rege. Attende enim : Καὶ τότε δ' ἁγνὸν ἔθνος, non ἁγνὸς ἄναξ, ut liber VIII, 169, et III, 49, quorum ex alterutro locus hic petitus est, palam igitur ex industria emendatus. Deinde : Πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσει : verba hæc ipsa sunt librorum VIII et III, ibid. Deinde : Εἰς αἰῶνας ἅπαντας, hoc etiam in utroque libro : sed in neutro additum quod hic sequitur : Ἀμ' ἰφθίμοισι τοκεῦσι. Quid sibi vult hoc additamentum? nisi regnaturam felicem gentem, sine rege, ipsam sui arbitram, neque aliis parentem rectoribus quam patriarchis suis : quibusnam illis? nisi antiquissimorum temporum ducibus, Abrahamo videlicet, Mosi aliisque redivivis? Sane hæc omnia a vulgatis etiam nunc apud Judæos opinionibus secedunt : sed vel ea ipsa nobis causa est cur diutius his immoremur. Nam per totam hanc carminis hujus pericopen, brevitatis fortasse causa, certe lucis detrimento, decurtata omnia, truncata, mutila, secum minime cohærent, neque ullo modo, si singula urgeantur, expediri possunt. Satius ergo cum Sibyllista non cavillari; sed credere, quod nos

remur, fessum labore poetastrum animo defecisse, reliqua sui pensi neglexisse, idque demum unice curasse ut quocumque modo librum hunc ultimum vaticiniis suæ genti placituris verbisque bene ominatis clauderet.

His in notis et in reliquis hujus operis partibus si quid mihi excidit quod a sanctæ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ doctrina vel minimum abscedat, id omne volens repudio et pro non scripto haberi precor.

Nicææ ad Alpes, die 20 mart. 1869.

C. Alexandre.

INDICULUS

RERUM VOCUMQUE PRÆCIPUARUM EX INDICIBUS PRIORIS EDITIONIS DECERPTUS.

SUPPLEMENTUM

BIBLIOGRAPHIÆ SIBYLLINÆ,

INITIO FACTO AB EDITIONE NOSTRA PRIORE.

1841. SIBYLLINORUM ORACULORUM editio quarta græco-latina, cur. C. Alexandre : voluminis prioris pars prior continens octo primos libros, Paris, 1841, 8°. — Confer annos 1853 et 1856.

1844. Fr. Vervorst : De carminibus Sibyllinis apud sanctos Patres disceptatio ad emerendum doctoris gradum, Paris. 1844, 8°. — Dissertatio ad theologicum sensum haud sane contemnenda, nec philologicæ eruditionis expers.

1846. Les Sibylles, peinture murale de la cathédrale d'Amiens, Amiens, 1846, 8°. — Accurata disquisitio cum eximiis iconibus octo Sibyllarum, de quibus nos in Append. ad Exc. IV.

1847. Jos. Henr. Friedlieb : De codd. Sibyll. mscriptis commentatio, Vratisl. 1847, 8°. — Præmissa fuit hæc dissertatiuncula editioni Sibyllinorum quam vir doctus meditabatur : confer ann. 1852.

1852. SIBYLLINORUM ORACULORUM editio nova græca cum interpretatione metrica germanica, curis Jos. Henr. Friedlieb, Lips. 1852, 8°. — De hac nos aliquid in Introductione nostra ad Sibyllina.

1853. Ric. Volckmann : De oraculis Sibyllinis dissertatio, supplementum editionis a Friedliebio exhibitæ, Lips. 1853, 8°. — Non tam supplementum est Friedliebiani operis quam dissertatio philologica, præsertim vero metrica et lexicographica, de Sibyllinis carminibus, multa ex parte commendabilis, ad quam non semel respeximus in nostro Exc. VII. Alia ejusdem auctoris opuscula infra recurrent.

1853. SIBYLLINORUM editionis quartæ græco-latinæ, cur. C. Alexandre, voluminis prioris pars altera (quæ et in quibusdam exx. secundi vol. pars prior), continens libros ultimos, XI-XIV, et curas posteriores, Paris. 1853, 8°. — Confer ann. 1841 et 1856.

1854. Ric. Volkmann : Specimen novæ Sibyllinorum editionis, nuncupatum viro illustrissimo Hasselbachio munere cedenti, Lips. 1854. 8°. — In hoc opusculo Sibyllinus liber primus post nostram editionem retractatus est, nullis novis codicibus adhibitis, nec semper, ut nobis quidem videtur, satis felici, diligenti tamen et laudabili cura.

1854. C. Lud. Struve : Oracula Sibyllina emendata e schedis ineditis C. L. Struve, inter collectanea postuma ejus viri, edita a fratris filio Jac. Theod. Struve, Lips. 1854, 8°. — Ibi, vol. I, pag. 106, sqq. post dissertationem supra memoratam ad ann. 1817, adduntur ad Sibyllinum textum emendandum conjecturæ patrui, viri doctissimi, qui videtur de Sibyllinis edendis cogitasse, sagacissimæ omnes ac pleræque optimæ.

1856. SIBYLLINORUM editionis quartæ græco-latinæ, cur. C. Alexandre, volumen alterum, seu pars ultima continens Excursus et Indices, Paris. 1856, 8°, — Confer annos 1841 et 1853.

1856. Excursus ad Sibyllina, seu de Sibyllis earumque vel tanquam earum carminibus, profanis, judaïcis christianisve, Dissertationes VII, insertis græce

et latine commentarioque auctis Sibyllinorum gentilium fragmentis quæ supersunt, curante C. ALEXANDRE, Paris. 1856, 8°. — Ipsi sunt editionis prius memoratæ Excursus septem, seorsum a reliquo opere prostantes.

1856. Ueber das Phokylideische Gedicht ein Beitrag zur hellenistischen Litteratur, von Jacob BERNAYS, Berol. 1856, 4°. — Docta et diligens elucubratio, nisi sæpius ad judaïcum sensum atque inde ad paradoxa vergens, in qua de Phocylideo fragmento libri II per duo fere folia excurritur, pag. XVIII, sq.

1857. Die Judische Apokalyptik in ihrer geschichtlichen Entwickelung, von Dr A. HILGENFELD, Iena, 1857, 8°. — Opus egregium, cujus pars secunda, pag. 51-90, tota de Sibyllinis judaïcis agit.

1857. Les Sibylles et les livres Sibyllins, thèse pour le doctorat en Théologie, par M. l'abbé LECANU, Paris, 1857, 8°. — Hæc thesis non programma tantum, sed liber est eruditus in quo tota de Sibyllis ac de Sibyllinis materies diligenter exponitur : mihi quidem pergrate, quod videam doctum virum, qui Excursus meos nondum sibi innotuisse testatur, Dissert. pag. 90, quique ideo opiniones plerasque meas nonnisi ex annotatiunculis per prius volumen sparsis cognoscere potuerat, ad eas sæpe accessisse.

1858. Abhandlung über Entstehung, Inhalt und Werth der Sibyllischen Bücher, von Heinrich EWALD, Götting. 1858, 4°. — Extracta, ut fert titulus, dissertatio ex tomo VIII Regiæ Societatis Scientiarum Göttingensis. Multa de illo opere in nostra hujus voluminis Præfatione.

1858. De libris Sibyllinis egregiæ commentationes viri docti Aug. NEFTTZER in epimenide literaria cui titulus : « Revue Germanique », octobr. 1858.

1859. De ænigmate in arcanum Dei nomen a Sibylla prolato (lib. I, 137, sqq.) dissertationes viri docti V. H. SCOTT, in epimenide cui titulus : « Annales « de Philosophie chrétienne », oct. 1859.

1859. De editione nostra Sibyllinorum disquisitio critica, in epimenide, cui titulus « Philologus », vol. XV, pag. 317, sqq., auctore Ric. VOLKMANN.

1860. Les Apologistes chrétiens au second siècle, par M. l'abbé FREPPEL, professeur à la Faculté de Théologie, Par. 1860, 8°. — Doctissimi hujus operis lectiones XIV et XV peculiariter de Sibyllinis agunt.

1861. De Sibyllinorum carminum in suas partes distributione ampla doctaque elucubratio viri clari ED. REUSS, in epimenide cui titulus « Revue pro- « testante », Argentor. april. et mai, 1861, 8°. — Auctoris sententiæ sæpius, uti reor, cum meis convenirent, nisi, quod ipse me monuit, Excursus meos ignorasset.

1861. Lectiones Sibyllinæ : scripsit Ricardus VOLCKMANN, Pyricii Pomeranorum (*Pyritz*), 1861, 4°. — Opus conjecturis mixtum laudabilibus auctoris docti, diligentis et erga Sibyllinam literaturam jampridem bene animati : cfr. annos 1853, 1854 et 1859.

1869. SIBYLLINORUM ORACULORUM editio quinta græco-latina, ex priore (annorum 1841, 1853, 1856) ampliore contracta, passim tamen aucta, multisque locis retractata, curante C. ALEXANDRE.